TOMVS SECVNDVS.

CONTINENS SECVNDVM SCRIPTVM
Angelici Doctoris. D. Thomæ de Aquino ordinis
Prædicatorum ſuper tertio & quarto Sentẽtiarum,
ad Reuerendiſſ. Dñm. D. Fr. Hannibaldũm Han-
nibaldenſem Romanũ eiuſdẽ ordinis. S. R. E.
tt. ss. Duodecim Apoſtol. presbyt. Card.
nuper iuſſu Sanctiſſimi in CHRISTO
Patris, & Domini noſtri. D. PAVLI
Quarti Pont. Max. reuiſum, emẽ-
datum, atq; impreſſum.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

ROMAE M. D. LVI.

Ad PAVLVM Quartum die Aſcenſionis
Chriſti in Pont. Max. electum,
F. Modeſti Biliotti ord. Præd.
Epigramma.

Dum iuſſis Chriſti pares redeuntis ad aſtra
Qui tibi Paule ſuas paſcere iuſſit oues.
Hæc ignota diu, comperta volumina Thomæ
Non ſecus ac quædam florida prata paras.
Huc velut in paſtum cõmiſſos dirigis agnos
Porrigis hæc miti pabula larga gregi.
Qui ſatur his herbis & Thomæ numine fretus
Inſidias poterit rite cauere lupi.
Te Duce poſtremo conſcendet culmen Olympi
Quo tecum, Paſtor, paſcua ſancta leget.

INDEX PRINCIPALIVM CONCLVſionum & Propoſitionum magis notabilium, quę in hoc Tertio & Quarto ſcripto D. Thomæ continentur ſecundum alphabeticum ordinem.

A. ANTE B.

ABBATISSAE non habent claues ad aperiendum vel claudendum Regnũ cœlorum, ſed actũ ſimilem actui clauiũ 4.d.19. art.1. ad tertium. folio. 316.

Abraham & Iacob habuerunt concubinas, quę quantum ad actum matrimonialem erant vxores, licet non quantum ad familiæ diſpenſationẽ. 4.d.33 ar.2.ad ſec. fo.341.

A ante C.

Accidentis inclinatio ad ſubſtantiam duplex eſt.ſ. ſecundum aptitudinem, & ſecundum actum. Prima non põt ab eo tolli, ſecunda ſic. 4.d.12.ar.1. ad ſec. fo.302.

Actiones & paſſiones indiuiſibiles per eſſentiam diuiſibiles ſunt per accidens, & ſecundum hoc eſt in eis medium accipere. 3.d.33.artic.4. ad pri. fo.358.

Actus quilibet moralis ex intentione ſpecificatur. 3.d.38.ar.1.c. fo.268

Actus moralis non habet perfecte ſuã ſpeciem ante rationis deliberationem. 3.d.39.q.1.ar.1.c. fo.270.

Actus duo ordinati & non omnino diuerſi poſſunt eſſe vnius formę. 4.d.7.ar.3.ad quintum. fo.291.

Actus hierarchici ſunt tres, quorum primus ad Epiſcopum, ſecundus ad preſbyteros, tertius ad Diaconos pertinet. 4.d.23. q.1.ar.1.c.fo.314

Actus nutritiuę non habet turpitudinem, & per conſequens neq; erubeſcẽtiam quã habet actus generatiuę. 4.d.31.ar.3.ad pri. fo.338.

A ante D.

Adoptiua filiatio quę extraneitatẽ in contrarium naturalis filiationis importat, non conuenit Chriſto. 3.d.13.ar.1.ad ſec. fo.222.

A ante F.

Affinitas eiſdẽ rationibus impedit matrimonium quibus & conſanguinitas, quæ ſi præcedat, etiam dirimit contractum, non autem ſi ſequatur. 4.d.40.et 41.ar.2.c. fo.352

Affinitas non cauſatur ex concubitu contra naturam. 4.d.40.et 41. ar.2 ad ter. fo.351

A ante M.

Amor conuenit Deo, ſecundũ ꝙ eſt in parte intellectiua, & paſſionem non nominat. 3.d.32.ar.1. ad pri.& ad tertium. fo.256

A ante N.

Ancilla eſt res Domini quãtum ad miniſterium, non quantum ad concubitum.4.d.33.ar.2.ad tert. fo.341

Ancillam alienam concupiſcere prohibetur ſexto pręcepto & ſeptimo, ſexto ad concubitum, ſeptimo vero ad ſeruitium.3.d.40.lit. fo.274

Angeli boni vel mali ante diem iudicii poſſunt mereri reſpectu pręmii accidentalis, non autem reſpectu eſſentialis. De animabus vero non eſt ſimile 4.d.50.ar.1.ad quart. fo.372

Anima & corpus materialiter intelligũtur nomine humanę naturę. 3.d.2. litera. fo.200

Anima cõmunicat corpori in materia non ex qua: ſed in qua, ideoq; ex coniunctione ad corpus inficitur. 3.d.2 litera. fo.200

Anima nec vnita nec ſeparata eſt perſona.3.d.5.ar.2.ad quar. fo.205.

Anima q̃q̃ ſecundum ſe naturaliter impaſſibilis eſt, eſt tamen paſſibilis per accidens ad paſſionem corporis. Et rurſus ſecundum ſe ex ordine diuinę iuſtitię.3.d.18.ar.1.ad ſec. fo. 232

Anima rationali remota, nihil manet in corpore mortuo partium hominis vniuoce dictum.4.d.43.ar.2.ad pri. fo.357

Anima & corpus vniuntur in vno eſſe quod eſt principaliter ipſius animę; atq; ab ea cõmunicatum corpori.4 d.44.q.2.ar.1.ad ſec. fo.361

Anima ſeparata licet non ſit forma in actu, habet tamen actu id ſecundum ꝙ eſt forma.4.d.44.q.2.artic.1.ad tert. fo.361

Anima noſtra eſt in potentia omnia ſecundũ intellectum, quia intellectus eſt potentia ipſa intelligibilia.4.d. 49.ar.2.c. fo.370.

Animabus ſecundum congruentiã meritorum aſſignantur quędam receptacula, licet nõ pro neceſſitate naturæ, quæ aut ſunt loca pręmiorum aut pęnarum ęternarum vel temporalium.4.d.45.ar.1.o. fo.362

Animæ dãnatorum ſeparatæ & Spiritus dęmonum igne corporeo puniũtur, vt eſt inſtrumentum diuinę iuſtitię, non alterando, ſed detinendo.4. d.44.q.2.ar.3.o. fo.362

Animæ nõ puniuntur in locis vbi peccauerunt, niſi pro noſtra inſtructione.4.d.45.ar.1.ad quar. fo.363

Animam rationalem incorruptibilem eſſe, neceſſe eſt ponere.4.d.44.q.2. ar.1.c. fo.351

Animam aſſumere Dei filium oportebat ad corporis viuificationem.3.d. 2.ar.2.ad ſec. fo.199

Anima Chriſti ad hoc ꝙ perfecte operaretur diuina egebat habitu regulante.3.d.13.ar.1.ad pri. fo.222

Anima Chriſti non poteſt ſcientia ſimplicis intelligentię noſſe quicquid ſcit verbum.3.d.14.ar.2.c. fo.225

Anima Chriſti q̃q̃ non compręhendit verbum, compręhendit tamen creaturas quas cognoſcit in verbo.3.d. 14.ar.3.c. fo.225

Anima Chriſti (vt quidam dicunt) ſciẽtia viſionis ſcit tantum finita, ſed infinita ſcit ſciẽtia ſimplicis intelligẽtię, q̃q̃ alii oppoſitum tenent.3.d. 14.ar.3.o. fo.225

Anima Chriſti res in proprio genere per ſpecies intelligibiles agnoſcit, pręter ſcientiam qua eas pręſcit in verbo. Et quantum ad illam nõ profecit, niſi quo ad experimẽtalem certitudinem.3.d.14.ar.4.o. fo.226

Anima Chriſti ſeparata ab eius carne non potuit caro viuens remanere.3 d.21.ar.2.o. fo.238

Animę Chriſti vniebatur p gr̃am tota Trinitas.3.d.2.ar.3.ad tert. fo.119

A ante P.

Apoſtoli vere & licite ſeruabant legalia ante Euangelii diuulgationem, vt Auguſtinus docet, q̄q̄ ſecundum Hieronymum non vere ſed ex quadam pia ſimulatione.4.d.3.ar.4.ad tert. fo.283

Apoſtoli in ſacramento confirmationis vtebantur aliqua forma tradita eis a Chriſto, quāuis non ſit ſcripta. 4.d.7.ar.3.ad ſec. fo.291

Apoſtolus non intēdit probare ꝙ Melchiſedec fuerit perſonaliter maior q̄ Aharon, aut Leui, ſed ꝙ ſacerdotiū Chriſti per Melchiſedec ſignificatum fuerit maius ſacerdotio leuitico.3.d.3.lit.f fo.202

A ante Q.

Aqua benedicta non ordinatur directe in remedium, ſed magis ad remouendum prohibens.4.d.2. arti.2.ad quin. fo.280

Aqua non eſt de neceſſitate ſacramenti ſanguinis Chriſti, ſed de congruitate, ideo debet apponi vino, ſed in tam parua quantitate ꝙ ipſa in vinū conuertatur.4.d.11.ar.4.o.fo.301

A ante S.

Aſcēdere & deſcendere ꝓprie ſumpta, non conueniunt Chriſto, niſi tantū ratione humanæ naturæ, Deſcendere vero per trāslationem ſumptum poteſt ei conuenire ratione naturæ diuinæ, aſcendere vero nequaquam niſi forte reſpectu notitiæ hominū. 3.d.22.ar.3.c.et ad ter. fo.240

B ante A.

BAlſamū. admiſcetur in chriſmate, ſed non in oleo infirmorū.4.d.23 q.1.ar.1.ad pri. fo.311

Baptiſmalis ablutio quocunq; modo fiat, ſeruat aliquomodo ſimilitudinem mortis Chriſti.4.d.3.art.1.ad ter. fo.281

Baptiſmalis formę integritas in iis verbis conſiſtit, Ego te baptizo &c.4.d.3.ar.2.o. fo.281

Baptiſmi ablutio debet fieri in capite niſi immineat neceſſitas.4.d.3.arti.1.ad quartum. fo.281

Baptiſmi multiplex inſtitutio fuit.4.d.3.ar.4.ad pri. fo.283

In baptiſmi forma aliqua ſunt de ſacramenti neceſſitate, quędam vero non.4.d.3.ar.2.c. fo.282

In baptiſmo trina immerſio congruit ad exprimendam fidem Trinitatis, & triduum mortis Chriſti, non tamē eſt de neceſſitate baptiſmi.4.d.3.ar 1.ad quintum. fo.281

In baptiſmo gręci perſonam baptizantis non exprimunt, quod dicitur ſanctorum patrum conſilio decretum fuiſſe.4.d.3.ar.2.ad pri. fo.282

In baptiſmo datur pueris gratia & virtutes.4.d.4.ar.3.o. fo.285

Baptiſmum magiſter diffinit tangendo materiam, formam, & vſum eius, prętermittens intentionem, conuenientius tamen q̄ Hugo de S. Victore.4.d.3.ar.1.c.& ad primum. fo.281

Baptiſmū quilibet homo præbere poteſt cuiuſcunq; conditionis ſit, quantum eſt ex parte ſacramenti. Ex parte vero conferentis non niſi in neceſſitatis articulo, & ſimiliter ex parte recipientis.4.d.5.ar.4.c. et ad tertium. fo.288

Baptiſmum ſuſcipientes qui nunquam rationis vſum habuere, abſq; vlla intentione ſacramentum, & rem ſacramenti ſuſcipiunt. In iis vero qui aliquando habuerunt ſufficit voluntas cōditionata.4.d.6.ar.2.in quęſtiun

cula. fo.289

Circa baptiſmum in amentibus & dormientibus variæ ſunt habendæ conſiderationes .4. d.4. arti. 3. ad tertium. fo.285

Baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, ideoq; in aqua inſtitutus eſt, vt de facili haberi poſſit, & propter conuenientiam conditionum aquę cum gratia, & quia aqua ſordes corporis lauat. 4. d. 3. ar. 3 o. fo.283

Baptiſmus fieri pót in aqua permixta ſi ex permixtione aquę ſpecies non tollatur, non auté ſi in alterá ſpém permutatur aqua. ibi in quęſtiun. o.

Baptiſmus tollit omne peccatum, originale & actuale quantum eſt de ſe, & pœnam ęternam. De têporalibus vero aliquá omnino tollit, aliquá vero cauſal'r tm̃. 4. d. 4. ar. 2. c. fo.284

Baptiſmus in ficte accedente, recedente fictione virtute characteris cõſeqtur effectũ ſuum. ibi ad ſcc. fo.285

Baptiſmus flaminis & ſanguinis defectum ſupplent baptiſmi aquę, quo ad infuſionem gratię, qñ hunc articulus neceſſitatis non religionis cõtêptus excludit, ſed non quantũ ad characteris impreſſionem. 4. d. 4. arti. 4. o. fo.286

Baptiſmus melior per meliorem miniſtrum non datur. 4. d. 5. ar. 4. ad primum. fo.288

Baptiſmus totaliter liberat a pœna, non autem clauium abſolutio. 4. d. 20. ar. 2. ad tertium. fo.318

Baptiſmus Ioannis erat quodãmodo ſacramentum, & quodãmodo non, Eratq; medium inter ſacra nouę legis, & veteris. 4. d. 2. ar. 3. o. fo.280

Baptiſmo Ioannis ſuſcepto, etiam baptiſmum Chriſti oportebat ſuſcipere. 4 d. 2. ar. 4. o. fo.281

Baptizandi poteſtas nõ eſt collata bono Angelo. 4. d. 5. arti. 4. ad quintum. fo.288

Baptizare aliũ pôt non baptizatus, ſed nõ ſeipſum. 4. d. 5. ar. 4. ad ſc. fo.288

Baptizari debent pueri, & q̃ citius cõmode fieri pót 4. d. 4. ar. 3. ad ſecundum. fo.285

Baptizari non poteſt paruulus in vtero. 4. d. 6. ar. 1 c. fo.288

Baptizati peccatum punitur per pœnam quã ſubſtinuit Chriſtus, cui homo per baptiſmũ incorporatur. 4. d. 4. ar. 2. ad quartum. fo.285

Baptizauerunt Apoſtoli in nõie Chriſti ſpeciali Spirituſſancti inſtinctu. 4. d. 3. ar. 2. ad tert. fo.282

B ante E.

Beati ſciunt ea quæ nos credimus, quę ſunt ſupra intellectũ cuiuslibet viatoris. 3. d. 24. ar. 4. c. fo.244

Beati oportet q̃ dãnatorum videant pœnas in quibus tum Dei omnipotentia, tum illius iuſtitia manifeſtatur, & ex quarum comparatione clarior apparet Dei miſericordia quã illis exhibuit. 4. d. 50. ar. 4. c. fo.373

Beatitudinem oportet omnes continere delectationes virtualiter, nõ collectiue. 4. d. 44. q. 1. articu. 3. ad primum. fo.360

Beatitudinis rationem omnes cognoſcunt & cogitant, ficut ratioñé boni perfecti, Plures tamé errauerunt circa hoc .ſ. cui conueniat eſſe perfectũ hominis bonum. 4. d. 49. artic 3. ad primum. fo.371

Beatitudo ſanctorum extêſiua erit maior poſt reſurrectionem q̃ antea, Intenſiue vero maior eſt vbi eſt perfectior operatio, quę tunc nõ erit maior ex habitu in ſanctis, ſed erit quodammodo intenſior ex potẽtia naturali. 4. d. 49. ar. 4. c. fo.371

Beatitudo ſi ex opationis obiecto pen

ſetur,eſt omnium ſanctorum æqua‑lis,ſi vero ex intenſione operationis habet diuerſos gradus.4.d.49.ar.4. ad tertium. fo.372
In beneficiorũ collatione debet reſpi‑ci cõmunis vtilitas,non coniunctio perſonalis,& magis in eccleſiaſticis ꝗ in ciuilibus.3.d.29.ar.3.c.ad ſec. & ad tert. fo.251

B ante I.

Bigamia cauſat irregularitatẽ q̃tuor modis.4.d.27.ar.4.c. fo.332
Bigamia eſſentialibus ſacri ordinis nõ repugnat. ibi in calce articuli.
Bis,importat numerum actuũ ſecundũ ꝙ actus numeratur propter diuer‑ſam menſuram, non autẽ ſecundum ꝙ ex ſuꝑo.3.d.8.ar.3.c. fo.213

B ante O.

Boetius appellat ſpecificam differen‑tiam rei quiditatẽ,& non animæ in‑tentionẽ.3.d.5.ar.2.ad ter. fo.205
Bona facta cum mortali non fiũt vere bona,ſed mala facta cum charitate, vere mala ſunt.4.d.21.arti.1.ad ſe‑cundum. fo.319
Boni extranei præponendi ſunt malis filiis in collatione eccleſiaſticorum beneficiorum,nõ aũt in illis quæ ad naturalẽ cõicationẽ ꝑtinent.3.d.29 ar.3.ad tert.& litera.fo.251 et 252.
Bonis ſpiritualibus non cõuenit ꝙ qs eis male vtatur formaliter, ſed mate rialiter bene conuenit.4.d.9.arti.2 ad primum. fo.296
Bonorum duo ſunt genera tum in gñe boni naturalis,tũ in gñe boni mora lis,Alterum eſt propter ſe appeten‑dum,alterũ vero propter aliud tan tũ.3.d.39.q.2.ar.1.c. fo.271
Bonũ propriũ vnicuiq̃ hñti cognitio‑nẽ amabile eſt.3.d.32.ar.1.c.fo.256
Bonum de quolibet ꝓſumendũ eſt, niſi de contrario conſtet.4.d.28.ar 3.ad ſec. fo.334

B ante R.

Brutum ſi acciperet corpus Chriſti,ſu meret ſpecies & rem ſub illis cõtẽtã corporalr tm̃.4.d.13.ar.4.o.fo.305

C ante A.

CAſus quidã ſunt in quibus vir nõ põt dimittere vxorem propter fornicationem.4.d.34.et 35.ar ti.4.c. fo.344.et 345
Cathechizandi ante baptiſmũ ſunt & adulti imediate, & infantes median‑te patrino.4.d.7.ar.3.o. fo.289

C ante Æ.

Cęremonialia pręcepta legis reducun tur ad moralia vt ad cãm remotam, mediante aliqua cauſa variabili.ſ.ſi‑gnificatione Chriſti venturi &c.3.d. 37.ar.3.ad ſecun. fo.267

C ante H.

Character ad ſecundã ſpẽm q̃litatis re ducitur.4.d.4.ar.1.c.et ad pri.f.284
Character baptiſmalis de neceſſitate ſacri pręſupponitur ad ordinis ſuſ‑ceptionẽ, confirmatio vero de con gruitate.4.d.24.ar.4.o. fo.327
Characterem ab aliquibus ſacris impri mi in animã omnes concedunt,diuer ſa tamen circa hoc diuerſi ſentiunt. 4.d.4.ar.1.c. fo.284
Characterẽ ea imprimunt ſacra q̃bus homo mancipatur ad aliquod ſacrũ ſpeciale exercendũ. ibi ad tertium.
Characteris ſubiectũ eſt potẽtia animę, non eſſentia.ibi ad ſecundum.
Charitas maxime eſt virtus.3.d.27.ar. 1.o. fo.247
Charitas non diſtinguitur pœnes duo obia quę ſunt Deus & proximus. 3. d.27.ar.2.o. fo.248

Charitas eſt forma virtutum nõ intrinſeca, ſed extrinſeca. ibi ad tert.

Charitas in actu exteriori effectus habet modum, in interiori minime. 3. d.27.ar.3.o. fo.248

Charitas ſola inter virtutes habet modum qui ei competit vt eſt patriæ, & vt eſt viæ. 3.d.27.ar.4.o. fo.249

Charitas primo reflectitur in dirigendum proprium ſubiectũ, & poſtmodum ad diligẽdum proximum. 3.d. 28.ar.4.o. fo.250

Charitas habet gradum per comparationem diligibilis ad diligibile, ſed non per comparationẽ diligẽtis ad diligibile. 3.d.29.ar.1.ad pri. fo.251

Charitas vult idem bonum omnibus ſecundum ſubſtantiam, nõ tamẽ eadem intenſione affectus. 3. d.29.arti. 2.ad ſecun. fo.251

Charitas non poteſt eſſe quin ſit in ſua ſpecie perfecta. 3.d.29.ar.4.c. f.252

Charitas qua diligitur inimicus quo ad habitũ eſt perfectior ea qua amicus diligitur, ſed quo ad actum cõparatum ad diligibile, diligere amicũ melius eſt, quo ad actũ vero comparatum rationi diligendi dilectio inimicorum amicorum dilectioni præfertur. 3.d.30.ar.3.o. fo.253

Charitas per oẽ pctm̃ mortale deſinit eſſe in hoie. 3.d.31.ar.1.o. fo.254

Charitas quo ad habitum & actum in patria augebitur, & modus eius reſpectu quantitatis ex parte Dei ſimiliter, ſed eius imperfectio ex parte noſtra colletur, & idem dicendum de ordine eius. 3.d.31.ar.3.o. fo.255

Charitas vna numero eſt omnium radix virtutum, ſed cupiditas gñe tm̃ vna eſt radix omnium vitiorũ. 3.d. 36.art.3. ad tertium. fo.265

Charitas ſemper prædominatur in iuſto, & in peccatore iniquitas. 4.d.21 ar.1.ad tert. fo.319

Charitatis amicitia poteſt eẽ inter nos & Angelos & Deum. 3. d. 28. arti. 1.o. fo.249

Charitatis differentia eſt ſecundum differentiam boni diligibilis. 3.d.29.arti.1.c. fo.250

Charitatis non eſt ordo in affectu ſecundum quantitatẽ boni quod deſideratur alicui, ſed ſecundum intenſionem actus attendendus eſt, Et quãtum ad affectũ & effectum æqualiter omnibus paribus. 3. d. 29. arti. 2.c. fo.251

Charitatis feruor habet ſemper ſecum odium contrarii. 4.d.17.q.1.arti.1. ad tertium. fo.312

Ex charitate non ſunt diligendi dæmones & dãnati. 3.d.28.ar.2.o. fo.249

Ex charitate non diliguntur irrationales creaturæ, vel virtutes, niſi forte rõne alterius. 3.d.28.ar.3.o.fo.250

Per charitatem perficitur voluntas, p̄ alias vero virtutes, reliquæ vires animæ. 3.d.36.litera. fo.266

Chriſti conceptio dicitur eſſe miraculoſa potius q̃ naturalis, quia magis denominandæ ſunt res naturales vel ſupernaturales ab agente q̃ a materia. 3.d.3.ar.3.c. fo.202

Chriſti caro fuit actualiter in ipſo tantum, & in beata virgine eſſentialiter, ſed in patribus originaliter tantum, & ſecundum illum modum quo in vnoquoq; fuit, ſic peccato erat obnoxia potentia receptiua Dei Verbi 3.d.3.litera. fo.201

Chriſti perſona poteſt aliquo modo dici compoſita, ſed tamen non eſt ibi vera cõpoſitionis ratio, nec propterea dicendum eſt ꝙ dicatur compoſita tantum ſecũdum nominis expoſitionem. i. ſimul cum alio poſita. 3. d.6.ar.3.o. fo.209

Chriſti carnem Verbum actiue viuificat, & anima formaliter. 3.d.6. arti. 4.ad

4.ad tertium fo.110

Chriſti meritum quod ad naturam ſe extendebat,ét ad ſingulos homines ſe extendere poterat. 3. d.18. arti, 2.o. fo.232

Chriſti paſſio habet ex diuina ordinatione neceſſitatem conditionatã,nõ abſolutã.3.d.20.ar.3 ad ter.fo.237

Chriſti corpori non cõpetebat incineratio poſt mortem. 3. d.21. arti. 3.o. fo.238

Chriſti diuinitatem in iudicio impii videbunt per expreſſa indicia,ſed per eſſentiam ſolum electi. 4. d.48.q.1 ar.2.o. fo.368

In Chriſti cõceptione fuit materia naturalis humani corporis ab ipſa beata virgine pręparata. 3. d. 3. arti. 3.c. fo.262

Chriſto conuenire poteſt aſſumere nomen Dei ſecundum ꝙ homo, non tamen conuenit ei eſſe Deum ſecundũ ꝙ homo.3.d.10.ar.1.ad pri. fo.216

Chriſto non conuenit per gratiam ꝙ ſit Deus ab æterno, ſed ꝙ ſimul ſit Deus & homo eſt per gratiam vnionis.3.d.10.ar.1.ad ſec. fo.216

Chriſto non conuenit adoptari,nec irrationabilibus creaturis,ſed tãtum creaturę rationali. 3. d.10. arti. 3.o. fo.217

Chriſto non conuenit ad gratiã adoptionis præparari; & ad gratiã vnionis cõuenit naturę quę eſt vnita,perſonę autem ſecundum ſe nequaquã, ſed inquantum eſt ſuppoſitũ humanę naturę.3.d.10.ar.4.o. fo.218

Chriſto cõuenit ſedere ad Patris dexteram ratione vtriuſq; naturæ diuerſi mode.3.d.22.ar.3.ad ſec. fo.240

Chriſto aliquid tripliciter cõueniebat, vnomodo ratione diuinitatis, alio modo ratione vnionis humanæ naturæ ad diuinam,tertio ratione humanitatis. Hoc poteſt aliis communicari,Prima autem duo nequaquã. 4.d.5.ar.3.o. fo.287

Chriſto ſecundum humanam naturam attribuitur conuenienter iudicium. 4.d.48.q.1.ar.1.o. fo.368

De Chriſto prędicatur vnum quod nõ refertur ad naturam, ſed ad ſuppoſitum naturæ,quod non geminatur. 3.d.6.ar.2.ad pri. fo.209

In Chriſto non eſſe animæ & corporis vnionem, eſt tanquã hęreticum ab Alexandro Papa condemnatũ.3.d. 6.ar.3.o fo.209

In Chriſto humana natura habet aliquam cum accidente, & præſertim cum habitu ſimilitudinem quantum ad tria.3.d.6.ar.4.ad quar. fo.210

In Chriſto fieri hominem habet aliquã ſimilitudinẽ cum fieri accidentis. 3. d.7.ar.2.ad ſecun. fo.211

In Chriſto ponimus duas natiuitates, ſicut duas proceſſiones, diuinam ſ. & humanam.3.d.8.ar.2.o. fo.213

In Chriſto eſt vna filiatio realis qua refertur ad patrem, & reſpectus quidã rationis quo refertur ad matrem ſecundum quem realiter dicitur filius 3.d.8.ar.4.o. fo.214

In Chriſto dicitur eſſe recte duplex natiuitas,non autem duplex filiatio. ibi ad primum.

In Chriſto duplex gratię perfectio fuit neceſſaria.3.d.13.ar.1.c. fo.222

In Chriſto oportet ponere duas ſcientias,ſicut duas voluntates, & duo libera arbitria.3.d.14.ar.1.o. fo.224

In Chriſto vere fuerunt paſſiones animæ,ſed ſecundum tres conditiones differentes a nobis. 3.d. 15. arti. 2.o. fo.227

In Chriſto non fuiſſe verum dolorem, eſt erroneum dicere. 3.d. 15. arti. 4.o. fo.228

In Chriſto fuit volũtas diuina & volũtas humana.3.d.17.ar.1.o. fo.230

In Chriſto fuit contrarietas volitorũ, ſed non voluntatum. 3.d. 17. artic. 2.o. fo.231

In Chriſto quantũ ad ſenſualitatẽ fuit dubitatio, quantũ vero ad fluctuationem rationis, nequaquã. 3.d. 17. ar. 4.o. fo.231 et litera. fo.232

In Chriſto ſolo non adæquabatur humana natura ſuo ſuppoſito. 3.d. 22 arti. 1. ad ſecun. fo.239

In Chriſto habuerunt virtutes morales eundẽ vſum circa paſſiones illatas quem habent in nobis, non autẽ circa innatas. 3.d.33. litera. fo.259.

Chriſtum dicere poſſumus vnum indiuiduum, non autem plura. 3.d.6. arti.1.o. fo.208

Chriſtum nõ potuiſſe peccare, triplex ratio ſuadet. 3.d.12.ar.3.o. fo.221

Chriſtum non fuiſſe in triduo mortis ſuę hominem, cõmunis opinio eſt. 3.d.22.ar.1.o. fo.239

Chriſtum deſcẽdiſſe ad inferos, nõ fuit poſitum in ſymbolo niceno, ꝓpter hæreſim Arrii. 3.d.25.ar.1. ad tertium quæſitum. fo.224

Chriſtus qui in natura diuina eſt Patris virtus, ſecundum humanam naturã eſt brachium quo humanum genus ſaluatum eſt. Prologo tertii libri. fo.195

Chriſtus dicitur factus ex muliere ſecũdum humanam naturã, & factus ſub lege quantum ad legis obſeruantiã, non quantum ad metum, aut cauſam. 3.d.1. litera. fo.198

Chriſtus dicitur eos qui ſub lege erant redemiſſe, non quia non venerit ẽt ad redimẽdũ alios, ſed quia eis prędicauit. ibidem.

Chriſtus non eſt decimatus in lumbis Abrahę, ſicut Leui & alii. 3.d.3. arti. 4.o. fo.202

Chriſtus fuit in Abraham ſecundum corpulentam ſubſtantiam, non autem ſecundum ſeminalem rationem. 3.d.3.lit. fo.202

Chriſtus, nec ſecundum ꝙ Deus, nec ſecundum ꝙ homo, eſt filius Trinitatis 3.d.4.ar.2.c. fo.203

Chriſtus non dicitur filius per creationem. 3.d.4.ar.2.ad pri. fo.203

Chriſtus dicitur vnum ex duabus naturis, non compoſitiue, ſed quia vnum factum eſt vtriuſq; naturæ, diuinę videlicet & humanę. 3.d.5. artic. 4. ad tertium. fo.206

Chriſtus eſt aliquid. ſ. aſſumens, & aliquid. ſ. aſſumptum, & duo neutraliter, non ſubſtantiue. 3.d.6. articu. 2.c. fo.209

Chriſtus dicitur bis natus, quia vna natiuitas ęternitate mẽſuratur, & alia tempore. 3.d.8.ar.2.o. fo.213

Chriſtus non poteſt dici creatura ſimpliciter. 3.d. 11. arti. 2.o. et arti. 3.c. fo.219

Chriſtus, nec ratione perſonæ, nec ratione aſſumptæ naturæ erat obligatus. 3.d.12.ar.2.ad ſec. fo.221

Chriſtus non habuit potentiam peccãdi, ſi ly peccandi eſt gerundium verbi perſonalis, ſi vero ſit gerundium verbi imperſonalis, habuit. 3.d.12. ar.3.ad quartum. fo.221

Chriſtus in perſonam Dei, non in naturam, trãſtulit omnia quæ fecit Deus in nobis, non autem noſtra quæ in nobis tantum ſunt & a nobis, non a Deo. 3.d.15.ar.1.c. fo.207

Chriſtus remouendo culpam, ſanauit defectus noſtros. ibidẽ ad primũ.

Chriſtus habuit defectus noſtros ex pura voluntate, non ex aliqua debiti neceſſitate. 3.d.15.articu 1. ad tertium. fo.227

Chriſtus accepit tãtũ defectus qui conſequuntur naturam, exceptis iis qui ad imperfectionem gratiæ, vel alicuius gratuiti doni pertinent. 3.d.1 ar.1.

ar.1.ad quartum. fo.227
Chriſtus abſolutam patiendi neceſſitatem aſſumpſit, quauis iſta neceſſitas minus deroget potentię naturæ diuinæ eius, per quam poterat mors prohiberi. 3.d.16.ar.1.o. fo. 229
Chriſtus dicitur per ſimilitudinem apperuiſſe nobis ianuam paradiſi. 3.d.18 ar.2.c.et ad tertium. fo.232
Chriſtus in primo inſtanti conceptionis ſuæ, potuit Deũ diligere, ac ſubinde mereri. 3.d.18.ar.3.o. fo.233
Chriſtus per paſſionem ſuam meruit. 3.d.18.ar.4.o. fo.233
Chriſtus ex maiori bonitate mortẽ ſuſtinuit, ꝙ eum crucifigentes, ex malignitate intulerint. 3.d.19.ar.1. ad tertium. fo.234
Chriſtus omnem diaboli poteſtatẽ per ſuam paſſionẽ aut deſtruxit, aut debilitauit. 3.d.19.ar.2.o. fo.234
Chriſtus, proprie loquẽdo, ratione humanæ naturæ eſt mediator. 3.d.19. ar.4.o.fo.235.et litera. fo.236
Chriſtus per mortem ſatisfecit Deo ſufficienter pro nobis. 3.d.20. articu. 2.o. fo.236
Chriſtus deſcendit ad eam inferni partem quæ dicitur limbus patrum. 3.d.22.ar.4.o. fo.240
Chriſtus inquantum homo ad cauſandum, characterẽ quem operatur baptiſmus habuit poteſtatem vt principalis miniſter, & virtute propria illũ operatur, Remiſſionem vero peccatorum cauſat per modum meriti. 4.d.5.ar.1.o. fo.286
Chriſtus dicitur habuiſſe excellẽtiæ poteſtatem in ſacramẽtis, quę conſiſtit in quatuor, quorum nullum vlli homini conuenire poteſt. 4.d.5. arti. 3.c. fo.287
Chriſtus triplici ratione voluit ſacramentum corporis & ſanguinis ſui miniſtrare in cœna. 4.d.8. arti.2.ad ſecundum. fo.292
Chriſtus mora hoſtia conſecrata non mouetur per ſe, ſed per accidens, vt anima in corpore, nõ vt nauta in naui. 4.d.10.ar.3.ad ter. fo.298
Chriſtus in cœna ſumpſit corpus & ſanguinem ſuum propter exẽplum, non propter indigentiam. 4.d.11. artic. 5.o. fo 302
Chriſtus creditur deſcenſurus ad iudicium circa Oliueti montem, vnde in cœlum aſcendit. 4 d.48.q.2.arti.1. ad quintum. fo.369
Si Chriſtus aſſumpſiſſet hominem vniuerſalem, oporteret, ſecundum mentem magiſtri quod de omnibus eius indiuiduis prędicaretur. Atqui ſecũdum intẽtionẽ Damaſceni ſi ex vnione naturę diuinę, & humanæ, vna reſultaſſet natura, illa eſſet cõmunicabilis actu vel potentia pluribus. 3.d.2.litera. fo.200
Hęc propoſitio, Chriſtus ſecundum ꝙ ille homo eſt Deus, ſi ly ſecundum ꝙ, quod replicat cauſam inhærentiæ prędicati ad ſubiectum, replicet vt habeat cauſam naturam humanam, eſt falſa, ſi vero perſonam vt hmõi hominis, eſt ſimplr̃ vera, Si autem hominis abſolute, nõ eſt ſimpliciter cõcedenda. 4.d.10. arti.1.c. fo.216
Hæc propoſitio, Chriſtus ſecundum ꝙ homo prædeſtinatus eſt eſſe Filius Dei, eſt duplex, & in vno ſenſu vera, & in altero falſa. ibi ad ter.
Hęc propoſitio, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt perſona, niſi reduplicetur ſuppoſitum hominis Chriſti, non eſt vera. 3.d.10.ar.1.o. fo.217
Hæc propoſitio, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt indiuiduũ, Et ſimiliter iſta, Chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt ſuppoſitum, vel res naturæ, ſunt falſæ, ꝗ hęc ſecũda magis accedit ad veritatẽ ꝙ prima. ibi ad 3.et ad.5.fo.217

Hęc ꝓpoſitio, Chriſtus eſt homo creatus, duplicem ſenſum habet, et ex primo, qui eſt verus, non ſequitur Chriſtum eſſe creaturam, ſed ꝙ humanitas ſit creatura, Secundus vero eſt falſus. 3.d.11.ar.2.ad ſec. fo.219

Hęc propoſitio, Chriſtus, ſiue Deus incępit eſſe homo, Si hoc verbũ, cœpit, in participium exponatur, erit vera, Secus autem ſi dicatur, Iſte homo incępit vel cœpit eſſe Deus, niſi fiat reduplicatio humanæ naturę. 3.d.12.ar.1.o. fo.220

Hæc propoſitio, Chriſtus non eſt mortuus, eſt vera ſecundum quid, & falſa ſimpliciter. 3.d.21.articu.4.ad primum. fo.238

Hæc propoſitio, Chriſtus ſecundum ꝙ homo, eſt vbiq́;, poteſt eſſe vera & falſa. 3.d.22.ar.2.c. fo.239

Quod Chriſtus finxit ſe longius ire, Lucæ.24. tripliciter S.D. declarat. 3.d.38.ar.2.ad ſecun. fo.269

Chriſtianus quilibet ius habet in corpore Chriſti, nec habet diſpenſator exceptionem contra aliquem quam ei poſſit obiicere in publico, niſi ſit publicus peccator. 4.d.9.arti.2. ad quartum. fo.296

C ante I.

Cicatrices in martyribus non erunt cũ aliquo defectu, ſed cum decore gloriæ. 4.d.44.q.2.ar.3.ad ſec. fo.360

Circũciſio gratiam conferebat quantum ad effectus gratiæ poſitiuos, & culpę reatuſq; priuatiuos, nõ tamen ſufficientem ad reprimendum cõcupiſcentiam, vt gratia quę in baptiſmo confertur. 4. d.1. q. 2. articu. 4.o. fo.279

Sed aliter in tertia parte ſummę ſenſit S.D. vt patet.

Circunciſio & alia legalia quantum ad effectum in Chriſti paſſione ceſſauerunt, quantũ aũt ad vſum Hieronymus & Auguſtinus diuerſa ſenſerũt, ſed ſentẽtia Auguſtini probabilior eſt. & cõmuniter tenetur. 4.d.3. arti. 4.o. fo.283

Circũciſionis inſtitutio fuit cõueniẽs, cuius duplex cauſa a S. D. ponitur. 4.d.1.q.2.ar.3.o. fo.278

Circunſtantia quę non mutat ſpeciem, non poteſt in infinitum aggrauare, Et ſi in aliam ſpeciem transfert, proprie loquendo, circunſtantiæ rationem non retinet, quia iam efficitur intranea. 4.d.16.ar.1.o. fo.310

Circunſtantia quæ nouã rationẽ mortalis peccati addit, eſt neceſſario cõfitẽda. 4.d.16.ar.3.o. fo.310.et 311

C ante L.

Claritas quã Chriſtus habuit in transfiguratione, fuit vera in ſe, non tamen claritas glorioſa, ſed quædam imago, & ſignum glorioſæ claritatis. 3.d.16.ar.4.o. fo.230

Claue vti in omnes ſolus ſummus Pontifex poteſt, & is cui ille cõmittit, cæteri vero in eos tantum qui ſuæ iuriſditioni ſubduntur. 4.d.19. artic. 4.o. fo.317

Claues ſacerdos legalis non habebat, ſed in eo clauium figura pręceſſit. 4.d.19.ar.2.o. fo.316

Claues eum conſequuntur ordinẽ qui deputatur ad conſecrationem corporis Chriſti. ibi ad ter.

Clauis duplex eſt in eccleſia, non diſtincta in eſſentia poteſtatis, ſed ex comparatione ad diſtinctos actus, diſcernendi. ſ. & iudicandi. 4.d.18.q.1.art. 1.o. fo.314

Clauis eſt duplex, ordinis & iuriſditionis, per quam admittitur & excluditur aliquis a milita nti eccleſia. Prima

ma ſolis conceſſa eſt presbyteris,ſe cunda vero etiam aliis q̃ ſacerdotibus.4.d.19.ar.1.c.& ad ſec. fo.316

Clauis errat quãdoq; ſecundum rei veritatē in impoſitione ſatisfactionis, q̃uis non erret,ſecundũ iudicii ęqui tatem.4.d.20.ar.3.ad tert. fo.318

Clauium virtus ad remiſſionem culpæ operatur diſpoſitiue, & ad remiſſionē alicuius partis pœnæ purgatoriæ effectiue. 4. d. 18. q. 1.articu. 2.0. fo.314.et 315

Hoc dictum eſt ſecundum opinionem quam tenuit in ſententiis. S. D.de effectu principali ſacramētorum noue legis.

Clauium poteſtas a malis ſacerdotibus non ſubtrahitur, niſi ſint hæretici, ſchiſmatici,vel excõmunicati, quia in iis iuriſditionis poteſtas eſt ligata, ideoq; ii carent illius vſu.4.d.19.arti.3.0. fo.317

C ante O.

Coactio obligationis non tollit meritum in eo qui voluntarie legem implet,ſed ſolum in eo qui ſolo punitionis metu cogitur ad implendum. 3.d.37.ar.1.ad ter. fo.226

Coactio ſimplex in voluntatem nõ cadit,ſed bene conditionata vel mixta 4.d.29.et 30.ar.1.c. fo.334

Cognatio ſpiritualis rõnabiliter matrimonium impedit. Poteſt tamen illud & præcedere & ſequi, ſicut & affinitas, carnalis autem non niſi præcedere.4.d.42.articu.1.c.& ad primum. fo 354

Cognatio ſpiritualis cauſat etiã quandam ſpiritualem affinitatem in primo gradu.ibi ad tert.

Cognatio ſpiritualis cauſatur tantum per baptiſmum & confirmationem. 4.d.42.ar.2.c. fo.355

Cognatio ſpiritualis cauſatur & ad leuantem de ſacro fonte, & ad baptizantem.ibi ad tert.

Cognatio ſpiritualis nõ tranſit a filio in patrem, nec a fratre in fratrem, Trãſit autem a viro in vxorē, et ecõuerſo,& ſimiliter a patre in filiũ per actum proprium patris, vel coniugis,non autem per actum alienum. ibi ad quintum.

Cognatio legalis eſt triplex.Prima deſcendentium, ſecunda quaſi collateralium, Tertia per modum affinitatis.4.d.42.ar.3.ad ter. fo.356

Cognatio carnalis habet gradus, non autem ſpiritualis,ſed ſiſtit in primo, qui in tribus modis attenditur.4.d. 42.ar.1.ad ſecun. fo.355

Cognatio quæ eſt per adoptionem ex ciuili lege quam eccleſia confirmat, habet matrimonium impedire.4. d. 42.ar.3.0. fo.356

Cognitio habet duo,viſionem & aſſenſum,Secundum conuenit fidei,nõ autem primum.3.d. 23. ar.1. ad quartum. fo.241

Cognoſcibilium vilitas,ignobilitatem cognitionis non facit.4.d.50. art 4. ad pri. fo 373

Concubinam habere,eſt contra legem naturæ.4.d.33.ar.2.0. fo.341

Concubitus fornicarius cauſat affinitatem.4. d.40.et 41.articu.2. ad tertium. fo.353

Concupiſcentia eſt duplex. Quędam coniuncta operi, & illa prohibetur eodem pręcepto cum ipſo actu, Quædam ſeparata ab opere, & hęc ſeparatim reſpectu quarũdam actuũ prohibetur,& reſpectu quarũdã nõ. 3.d.40.ar. 1.0. fo.272.

Ad conditionalis veritatem ſufficit neceſſitas habitudinis,& ſi nõ ſit veritas antecedentis,ſeu conſequentis.3.d.12. ar. 3.ad ſecun. fo.212

Confeſſio generalis, quando eſt ſacramentum valet quātum ad culpam, & pœnam, ex confitentis contritione, ex oratione ſacerdotis, ex vi clauium, Quando vero non, ex duobus primis tantummodo. 4.d.21.ar. 3.ad pri. fo.320
Ad confeſſionem nullus ex diuini iuris præcepto tenetur, niſi qui peccatum mortale incurrit, Ex præcepto vero iuris poſitiui tenentur omnes etiam non mortaliter peccantes. Alii tamen aliter arbitrantur. 4.d. 17.q.3.ar 1.o. fo.313
Confeſſionis cęlatio ita eſt de iure diuino vt ipſa confeſſio, & non poteſt homo ad contrarium cogi. 4.d.21. arti.4.ad ſecun. fo.320
Confeſſores ſibi eligere conceſſum eſt a iure Prælatis, & ii quos eligunt, ſunt eis in hoc caſu ſuperiores 4.d. 17.q.3.ar.2.ad ter. fo.314
Confiteri oportet vnumquemq; ſacerdoti proprio, vel ex iuriſditione ordinaria, vel ex delegata. 4.d. 17.q.3 arti.2.o. fo.314
Confirmatio eſt ſacramentum a Chriſto non ab Apoſtolis, aut ab aliarū prælatis eccleſiarum inſtitutum. 4.d. 7.ar.1.o. fo.290
Confirmatio imprimit characterem, & gratiam confert. 4.d.7. articu. 4.c. fo.291
Confirmationis & extremę vnctionis nullæ præceſſerunt in veteri lege figuræ, quia in iis duobus ſacramentis requiritur perfectio gratiæ, quæ non competebat veteri legi. 4.d.2. arti.2.ad ſecundum. fo.280. Et d.7.ar.1.ad ter. fo.290
Confirmationis duplex effectus ponitur. ſ. nitor fidei in firma cordis credulitate, & odor famę in confeſſione oris, ideoq; eius materia ex oleo conſtat & balſamo. 4. d.7. articu. 2.c. fo.290
Confirmationis forma eſt. Configno te ſigno ſanctę crucis &c. 4.d.7.art. 3.c. fo.291
Confirmationis & ordinis collatio, Pontificibus reſeruantur, reliquorum autem ſacramentorum preſbyteris. 4.d.7.ar.5.o. fo.292
Coniecturam probabilem habere poteſt quilibet de ſeipſo an ſit in peccato mortali vel non, per quatuor ſigna quæ ponit D. Bernardus, a. S. D. recitata. 4.d.9.ar.2.ad ter. fo.296
Coniux tenetur reddere debitum carnalis coniunctionis, ſalua tamen incolumitate perſonæ propriæ. 4. d. 32.ar.2.o. fo.339
Coniux tenetur reddere debitum viro leproſo, ſed non cohabitare, & econuerſo. 4.d.32.articu.2. ad ſecundum. fo.339
Conſanguinitas rationabiliter impedit matrimonium, tum ad concupiſcentiam reprimendam, tum propter amicitiæ fœdus inter homines ampliandum. 4.d. 40. et 41. articu. 1.o. fo.351
Conſanguinitas ſecundum ſe non ſubiacet eccleſię ſtatuto, ſed ſolum pro ut eſt matrimonii impedimentum. 4.d.40.et 41.ar.3.ad ter. fo.353
In conſanguinitate diſtinguuntur & lineæ & gradus. 4.d.40.et 41. articu. 3.o. fo.353
Conſecrationis corporis Chriſti forma hęc eſt. Hoc eſt enim corpus meum, quibus verbis Chriſtus conſecrauit, & conſecrandi nobis tribuit formam, q̄q; ly enim de ſubſtantia formæ non eſt, Sed ſcienter non debet omitti 4.d 8.ar.3.o. fo.293
Conſecrationis ſanguinis ea eſt forma qua Romana eccleſia a beato Petro edocta vtitur, in qua tanguntur paſſionis Chriſti conditiones, ſecundum

q operatur

ꝙ operatur in ſacramentis.4.d.8.articu.4.o. fo.294
Conſilium eſt donum Spiritus ſancti. 3.d.35.ar.3.o. fo.263
Contrahens cū baptizata, & hæretica, peccat ſi ſcit eam hęreticā eſſe, Matrimonium tamen verū eſt, Secus autem ſi cum nondum baptizata, interius tamen habente fidem. 4.d.39.arti.1.ad primum fo.350
Contrariis corruptionibus ſubſiſtens, quale eſt animal rōnale, impoſſibile eſt ꝙ per accidens corrumpatur.4.d.44.q.2.ar.1.c. fo.361
Contritio actualis de ſingulis mortalibus requiritur ad eorū remiſſionem 4.d.17.q.2.ar.1.c. fo.312
Contritio pœnitentis, & ſacerdotis abſolutio ſunt pœnę expiatiuæ ſecundum aliquam determinatam quātitatem.4.d.20.ar.3.c. fo.312
Contritionem oportet eſſe perpetuā, non autem confeſſionem, vel ſatiſfactionē.4.d.17.q.2.ar.2.c. fo.313
Contritionis dolor qui eſt in voluntate oportet ꝙ ſit maximus in genere, non in ſpecie, & maximus ſecundū durationem in habitu non in actu, Qui vero eſt in ſenſualitate, nō oportet.4.d.17.q.2.ar.2.c. fo.313
Corpora dānatorum erunt paſſibilia afflictionis, nō corruptionis.4.d.44.q.1.ar.4.ad ſecun. fo.360
Corpora dānatorum non erunt ſpiritualia, ſed animalia, non tñ egebunt cibis, aut potibus. ibi ad tert.
Corpora dānatorum igne corporeo cruciabuntur poſt reſurrectionem, ſed non conſumentur.4.d.44.q.2 arti.4.o. fo.362
Corpora viſibilia poſt iudicium maiori diuinæ bonitatis participatione perficientur, vt ſic in eis quodāmodo oculus carnis poſſit Deum videre.4.d.48.q.2.ar.2.c. fo.369
Corporis appetitus non impedit animam a fruitione Dei, niſi deſignando & concomitando imperfectionē naturæ 4.d.49.articu.4. ad ſecundum. fo.371
In corporis glorioſi poteſtate erit ꝙ videatur cum claritate, vel abſqꝫ claritate, vel nullomodo.4.d.44.q.1.ar.3.ad quin. fo.360
Corpus glorioſum erit omnino ſpiritui ſubiectum, & ex hoc habebit agilitatem, ſubtilitatem, impaſſibilitatem, & claritatem.4.d.44.q.1.arti.3.o. fo.360
Corpus glorioſum poteſt eſſe ſimul cū alio corpore in eodem loco, miraculoſe diuina hoc faciente virtute. 4.d.44.q.1.ar.3. ad tert. fo.360
Corpus glorioſum non mouebitur propter aliquam indigentiam, ſed propter virtutis demonſtrationem. ibi ad quartum.
Corpus ad beatitudinis actum directe non facit, ſed indirecte.4.d.49. arti. 4.ad primum. fo.371
Corporis Chriſti ſubſtantia ex vi ſacramenti eſt in ſacramento, ſed ex naturali concomitantia eſt ibi omne id cui naturaliter iungitur illud quod eſt per ſe tranſubſtantiationis termi nus.4.d.10.ar.2.o. fo.298
Corpus Chriſti contineri ſub ſacramēto ſcriptura oſtendit, & duplex poteſt huiuſmodi cōtinentiæ ratio aſſignari.4.d.10 ar.1.c. fo.297
Corpus Chriſti eſt in altari vbi nō erat prius, per conuerſionem panis in ipſum. ibi ad primum.
Corpus Chriſti ratione propriarum dimenſiounm eſt tātum in cœlo: ſed ratione dimenſionum remanentium ex pane in ipſum conuerſo, eſt in altari. ibi ad ſecun. fo.298
Corpus Chriſti, nec circūſcriptiue, nec diffinitiue eſt in ſacramento, ſed per

conuerſionem alterius in ipſum. 4. d.10.ar.3.0. fo.298.

Corpus Chriſti ſub ſpeciebus videri nõ poteſt, Et ſi aliqua carnis ſpecies in ſacramento appareret, illa nõ eẽt vera ſpecies corporis Chriſti, & tunc non debet ſumi, ſed cum aliis reliquiis poni, & alia hoſtia conſecrari. 4.d.10.ar.4.0. fo.299

Corpus Chriſti in ſolo triticeo pane confici poſſe cõmuniter dicitur, ſed non eſt de ſacramenti neceſſitate ꝙ panis ſit azimus, aut fermentatus. 4. d.11.ar.2.0. fo.300

Corpus Chriſti fuiſſet ſine anima in ſacramento, ſi in triduo mortis eius aliquis diſcipulorum conſecraſſet. 4. d.11.ar.5.ad tert. fo.301

Coſta Adæ de qua Eua ſumpta fuit, in Eua reſurget, non in Adam. 4.d.44. q.1.ar.1.ad quin. fo.359

C ante R.

Creandi poteſtatem non poteſt cõmunicari creaturæ, & tutius dicitur, & cõmunius tenetur ꝙ oppoſitum. 4. d.5.ar.3.ad ſecun. fo.287

Creatura eſt aſſumptibilis a Deo, potẽtia obedientiali tantum. 3.d.2.arti. 1.c. fo.198

Creatura rationalis prę aliis aſſumptibilis dicitur, quia maiorem congruitatem habet ad aſſumptionem, propter tria. Primo quia in ea expreſſior inuenitur ſimilitudo, Secundo quantum ad terminum aſſumptionis, Tertio quantum ad finẽ. ibidem.

Creatura ſemper, etiam in ſtatu gloriæ, tenebitur ad gratiarum actionem. 3.d.20.ar.1.ad pri. fo.236

Creatura non poteſt cooperari Deo auxiliando, vel conſiliando, ſed tantum inſtrumentaliter operando, & materiam diſponendo. 4.d.5.artic. 2.0. fo.286

Creaturæ in propria natura non fuerunt ab æterno beatæ, ſed fuerunt bonæ ab æterno in præſcientia Dei 3.d.32.ar.3.ad pri. fo.256

Credenda principalia ponũtur expreſſe in ſymbolo Apoſtolorum. 3.d.25. ar.1.c. fo.244

Credere Deo, Deum, & in Deum, dicit actum vnum in ſuba, ſed ratione differentem. 3.d.23. litera. fo.242

Credere aliquos fidei articulos explicite, & aliquos implicite, ſimplicibus ſufficit, non autem illis qui habent alios docere. 3.d.25.ar.3.0. fo.245

Criſpus dicitur aliquis ob criſpitudinẽ capillorum, non autem albus, ſi tantum pedem album habeat, niſi reduplicetur pes, vt dicatur, albus pede. 3.d.11.ar.3.c. fo.219

Cultus vnitatem ẽt ante datam legem in contrahendis matrimoniis, ſancti patres ſeruauerunt. 4.d.49. arti. 1.ad tert. fo.350

Cultus diſparitas impedit matrimoniũ ratione contrariæ intentionis, ꝑut quiſq; nititur ad ſuam fidẽ trahere prolem. 4.d.39.ar.2.ad ſec. fo.350

D ante A.

Damnati nullo modo ſuffragiis eccleſię iuuantur. 4.d 45. artic. 3.0. fo.363

Dãnati omnes tam dęmones ꝙ homines, tam fideles ꝙ infideles etiam qui circa miſericordiæ opera fuerunt in hac vita occupati æterna pœna puniuntur, cuius rei a doctoribus multiplex aſſignatur ratio. 4.d.46.art. 4.0. fo.365. et 366

Dãnati naturali affectu diligunt Deum quantum ad effectus naturę, ſed quãtum ad effectus iuſtitiæ eum odio habent. 4.d.50.ar.1.ad tert. fo.372

Dãnati poſt diem iudicii duplices ha-

bebunt

bebunt pœnas ſpirituales & corporales, quæ exteriores dicuntur, quia extra paticipationem veræ lucis erunt. 4. d. 50. ar. 2. c. fo. 371
Dānatorum animæ ante iudicii diem videbunt beatos cognoſcentes eos eſſe in gloria ineſtimabili, quāuis ipſam gloriam non compræhendant. Poſt reſurrectionem vero nec ipſos videbunt beatos, & ex hoc eorū pœna augebitur. 4. d. 50. artic. 2. ad tertium. fo. 373
Dānatorum animæ neſciunt quæ hic aguntur, niſi ad eorum pœnam cognoſcere permittantur vel per dęmones, vel per animas damnatorum illuc deſcendentes, Huius vero ignorantiæ cauſa diuerſa a diuerſis aſſignatur. 4. d. 50. ar. 3. o. fo. 373
In dānatis nulla erit conſideratio vel cognitio quæ poſſit eos delectare, ſed ſolummodo quæ poteſt affligere. 4. d. 50. ar. 2. c. & ad primum & ad ſecundum. fo. 373
Dans decimas, alteri aſcribit ſuam perfectionem, & præfigurat ſe liberatione indigere. 3. d. 3. ar. 4. c. fo. 202

D ante Æ.

Dęmon ſi aliquem baptizaret eſſet reprobandus. 4. d. 5. arricu. 4. ad ſextum. fo. 288
Dæmones per ſe, & ex intentione impediunt nos a beatitudine, & ſolum per accidens nobis proficiunt. 3. d. 28. ar. 2. ad tertium. fo. 249

D ante E.

Defectus naturales in Chriſto pertinēt ad ſuppoſitum ratione naturæ vel partium eius, quæ eſt creata. 3. d. 11. ar. 2. ad tertium. fo. 219
Delectatio non eſt finis adeptio, vel quietatio in fine, ſed conſequitur ipſam inquantum voluntas ſibi cōplacet in fine habito, in quo quieſcit. 4. dī. 49. articu. 2. ad quartum. fo. 371
Denominatio a fine operis, potius q̄ ab ipſo opere fieri debet 3. d. 4. art. 1. ad pri. fo. 203
Dei cognitio eſt duplex, viſionis & ſimplicis intelligentiæ. 3. d. 14. ar. 2. ad tertium. fo. 225
Dei dilectio pro actu interiori ęterna eſt, ſed pro exteriori temporalis. 3. d. 32. ar. 3. o. fo. 256
Dei iuſtitia dicitur veritas inquantum Deus implet quod ordinauit. 4. d. 46 ar. 1. c. fo. 364
In omnibus Dei operibus ſecundum proprietatem ſunt iuſtitia & miſericordia, ſecundum appropriationem vero quędam eius opera attribuuntur iuſtitiæ, quædam vero miſericordiæ. 4. d. 46. ar. 3. o. fo. 365
Deo illud tantummodo eſt impoſſibile quod implicat contradictionem. 3. d. 1. ar. 1. c. fo 195
Deum incarnari poſt lapſum decuit, ne nobiliſſima creatura. i. homo, ſuo fruſtraretur fine. ſ. beatitudine. 3. d. 1. ar. 2. o. fo. 196
Deum aliquid facere, & illud ſimul eſſe iniuſtum impoſſibile eſt. 3. d. 20. art. 3. ad ſecundum. fo. 237
Deum eſſe a Philoſopho fideli alia ratione eſt ſcitum, & alia creditum. 3. d. 24. ar. 4. ad pri. fo. 244
Deus non eſt vnitus creaturæ per motum aut per paſſionē ſuam, ſed per motum aut paſſionem creaturæ. 3. d. 1. ar. 1 ad pri. fo. 195
Deus & diuinitas quāuis ſint idem re, tamen differunt ratione 3. d. 4. ar. 3. ad tertium. fo. 204
Deus poteſt dici fieri, ſed non mutari. 3. d. 7. ar. 2. c. fo. 211.

Deus aliunde potuit aſſumere hominē de potentia, ſed non de congruentia.3.d.12.ar.2.o. fo.224
Deus dat in menſura ex parte capacitatis recipientis,ſed ex largitate dantis nulli dat in menſura. 3.d. 13. litera. fo.224
Deus poteſt manifeſtare quicquid poteſt facere diſtributiue,nō autem collectiue.3.d.14.ar.2.ad ter. fo.225
Deus qui comprahendit ſuam eſſentiam,ſcit omnia quæ ſunt in potentia ſua.3.d.14.ar.3.c. fo.225
Deus exigit ab homine quod ipſe dat ei poſſe,licet per ſe non poſſit. 3.d. 20.ar.1.ad tert. fo.236
Deus Pater dicitur ſecundum quatuor tradidiſſe Filium paſſioni, diuerſis modis.3.d.20.ar 4.c. fo.237
Deus diligit creaturam,& eam ad ſeipſum refert.3.d.32.articu.1, c. & ad ſecundum. fo.256
Deus dilectiōe generali diligit omnia, dilectione autem amicitiæ antecedenti voluntate omnem creaturam rationalem,cōſequenti vero ſolos electos.3.d.32.ar.2.o. fo.256
Deus quo ad ipſam voluntatem ſuam æquali dilectione diligit omnē creaturam,non autem ſic quo ad bonū volitum.3.d.32.ar.4.c. fo.256
Deus non dicitur magis diligere quia intēſius diligat,ſed quia maius vult bonum.3.d.32.ar.4.ad tert.fo.257
Deus operatur in rebus ſecundum earum conditionem.4.d.4.artic.2. ad ſecundum. fo.285
Deus non alligauit ſuam potentiam ſacramentis.4.d.9.ar.2.c. fo.295
Deus dicitur bonus inquantum ſuam bonitatem cōmunicat,& ſimiliter iuſtus inquantum in ſuis effectibus ſeruat ordinem & vnius ad alterum, & omnium ad ſeipſum.4.d.46. articu. 1.c. fo.364
Deus per ſuam eſſentiam ab intellectu creato beato videtur mediante lumine gloriæ, non tamen totaliter cōprehenditur,quia eſt viſibilis infinite.4.d.49.ar.1.o. fo.370
Hęc propoſitio,Deus factus eſt homo, vera eſt,ſi ly factus,determinet ſubiectum in comparatione ad prędicatum,non autem ſi abſolute prędicetur,& ſubiectum abſolute determinet.3.d.7.ar.2.c. fo.211
Hæ propoſitiones,Deus factus eſt homo,& Homo factus eſt Deus, veræ ſunt, & earum ſenſus eſt. Factum eſt vt Deus ſit homo & econuerſo. 3. d. 7.ar.3.o. fo.212

D ante I.

Diuina natura & humana in Chriſto de ſe inuicem non prędicantur, ſed homo & Deus. 3.d.7. articu. 1. ad tertium. fo.211
Diuinæ perſonæ ſecūdum ꝙ ſunt vnū de ſe inuicem prędicantur, non autem ſecundum ꝙ ſunt diſtinctæ in perſona 3.d.7.articu.2.ad ſecundum. fo.211
Diuinitatem ab anima & a corpore Chriſti non fuiſſe in eius morte ſeparatam,ex tribus ſumpta ratio oſtendit.3.d.21.ar.1.o. fo.237
Differentia quę eſt ſecundum rationē eſt differentia oppoſitionis, quæ vero ſecundum rem,eſt ſicut principii formalis ad formatum, ſiue principiatum.3.d.11.ar.3.c. fo.219
Differentia quæ ponitur inter legem & Euangelium penes timorem & amorem,datur ſecundum ſtatum cōmunem,& non quantum ad ſingulares perſonas.3.d.40. articu. 4. ſecundo quæſitum. fo.274
Diffinitionis partes intelliguntur ſecundum aptitudinem, non ſecundū actum.

actum 4.d.12.ar.1.ad tert. fo.302
Diſpenſare in præceptis decalogi,& in aliis prout vim eorum obtinet nulli homini licet, ſed ab eo qui habet authoritatem poteſt diſpenſari in præceptis legis poſitiuæ. 3.d.37.ar ti.4.0. fo.267
Diſtantia Dei & creaturę, ex parte ipſius creaturæ finita eſt, infinita vero ex parte Dei. 3.d.1.articu.1. ad primum. fo.199

D ante O.

Dolor & gaudium quæ fuerunt in ratione ſuperiori Chriſti non fuerunt contraria. 3.d.15.articu.3.ad tertium. fo.228
Ad dolorem concurrunt duo.ſ. læſio ex parte corporis,& ſenſus ex parte animæ.3.d.15.ar.4.c. fo.228
Dominus nõ poteſt impedire ſeruum quod non contrahat matrimonium. 4. d.36.et 37.ar.1.ad tert. fo.345
Dona,& ſunt virtutes,& ſunt ſupra virtutes.3.d.34.q.1.artic.1.ad primum. fo.259
Donorum diuerſitatem ſecundum diuerſitatẽ materiarum in quibus virtutes operantur accipere oportet. 3.d.34.q.1.ar.2.c. fo.260
Donorum actus,prout dona comparã tur ad propriam menſuram,quę eſt Deus,manebunt in patria, prout vero ad propriam materiam,ſolũ perficientes in vita contemplatiua, qui & perfectiorem modum aſſument. 3. d.34.q.1.ar.4.0. fo.260
Donum dicitur habitus infuſus eleuãs potentiam ad altiorem modum agẽ di. 3.d.34.q.1.ar.3.ad pri. fo.260
Donum beatificat,vt principiũ actus, beatitudo vero vt actus ipſe. 3.d.34 q.1.ar.3.ad tertium. fo.260

D ante V.

Duorum aliquod cõmune diuidentiũ, illud quod ſuper comunis rationem differentiam dignitatis addit, ex ea accipit nomen proprium, quod vero nullam addit,retinet nomẽ commune. 3.d.35.ar 4.c. fo.268

E ante C.

Eccleſia ſancta catholica adunatur in doctrina ſacræ legi. 3.d.25. arti.1.c. fo 244
Eccleſia in excõmunicationibus diuinum imitatur iudicium,quo multipliciter puniuntur peccatores. 4. d.18.q.2.ar.1.c. fo.315

E ante M.

Emptio iterata,per præpoſitionẽ importata cum dicitur,redẽptio,non refertur ad actum emptionis, ſed ad terminum actus,quia alias fueramus Chriſti in ſtatu innocentiæ. 3.d.19 ar.4.ad quar. fo.235

E ante P.

Epiſcopatum ſubterfugere eſt bonũ, ſed pertinaciter recuſare,nequaquã, obligare vero ſe ad non recipiendũ eſt malum. 3.d.39.q.2. articu.2. ad quartum. fo.271
Epiſcopalis conſecratio non eſt ſacramentum,ſed quid ſacramentale. 4. d.1.q.1.ar.1.ad ſex. fo.275

E ante S.

Eſſe per ſe,& ſimpliciter eſt ſuppoſiti ſubſiſtentis, alia vero dicuntur eſſe inquantum ſuppoſitum in eis ſubſiſtit. 3.d.11.ar.2.c. fo.219

Eſſentia ſecũdum grãmaticam dicitur ab eſſendo,ſed tamen eſſentia eſt cauſa eſſendi.3.d.5.ar.2.ad ſec. fo.205

E ante V.

Euangelium erat in lege,non ſecundũ verborum expreſſionem,ſed ſecundum intentionem legis. 3.d.40.art. 2.ad ſecun. fo.273

Euangelium continet legem in ſenſu legis ſpirituali,non in literali.3.d.40. ar.4.ad tertio queſitum. fo.274

Euchariſtia non ordinatur ad omnes paſſionis Chriſti effectus,ſed ad principalem qui eſt vniri Chriſto.4.d.2. ar.2.ad pri. fo.280

Euchariſtia eſt ſacramentum nouæ legis reliquorum omnium excellentiſſimum.4.d.3.ar.1.c. fo.292

Euchariſtię ſacramentum realiter continet rem viuentem in qua eſt gratia.ſ.Chriſtum, reliqua vero ſacramenta applicantur ſolummodo ad rem viuentem.ſ.hominem, qui gratiam recipit. 4.d.3.articu.1. c. fo.281.

Euchariſtiæ ſacramentum a ieiunis ob reuerentiam debere ſumi, propter tria præcipue inſtitutum eſt. 4.d.8. ar.2.o. fo.292

Euchariſtiæ ſacramentum differt ab aliis,quia alia perficiuntur in vſu nõ in materiæ conſecratione vt hoc, & quia in hoc nullum habet miniſter exteriorem actum,excepta prolatione verborum. 4.d.8.ar.3.c. fo.293

Euchariſtiæ ſacramenti forma differt multipliciter a formis aliorum.4 d. 8.ar.3.c. fo.293

Euchariſtię ſacramentum ſumens cum conſcientia vel dubitatione peccati mortalis, peccat mortaliter,Secus autem eſt ſi habeat leuem de hoc ſuſpitionem,quę dubitationem minus inferat.4.d.9.ar.2.c. fo.296

Euchariſtiæ proprius effectus eſt conuerſio hominis in Chriſtum, ad quẽ alii effectus conſequuntur.4.d.12.arti.4.o. fo.303

Euchariſtiæ ſacramentum non delet mortalia,niſi forte oblita.ibi ad ſecundum.

Ab euchariſtię ſacramento excluditur exiſtens in peccato mortali propter ſui in dignitatem,pueri & furioſi ob rationis defectum, & polluti aliqua corporali macula propter reuerentiam ſacramenti.4.d.9.arti.4.c.& ad quartum et quintum & ſex. fo.297

E ante X.

Ex,denotat vel cauſam efficientem vel materialem.3.d.4.litera. fo.204

Excommunicare poteſt quicunq iuriſditionem ordinariam habens, aut etiam delegatam, niſi ſit ipſe ſuſpenſus vel excommunicatus.4.d.18.q.2 ar.1 o. fo.315

Excõmunicatio grauiſſima pœna eſt, ac proinde ſolum pro incorrigibilitate.i.pro contumacia, quæ tripliciter contingit,infligitur.4.d.18.q. 2.ar.1.ad tert. fo.315

Per excõmunicationem fit ſeparatio a cõmunione eccleſię exteriorem per eccleſiaſticam vnitatem, non autem ab interiori per charitatem.3.d.18. q.2.ar.1.ad pri. fo.315

Excommunicato cõmunicare ꝙ ſit tantum mortale in diuinis, vel in crimine,aut in contemptum eccleſiæ, probabilius eſt,ꝙ̃ aliter aſſerere.4.d.18. q.2.ar.3.o. fo.316

Excõicatus iniuſte debet nihilominus a cõmunione humiliter abſtinere.4 d.9.ar.4.ad ſecun. fo.297

Exorciſmus qui fit ante baptiſmũ effectum habet in corpore,& in anima

remouendo

remouendo prohibens, non autem aliquid conferendo.4.d.6.articu. 4.o. fo.289

Experimentalem cognitionem quã qs habet de fide ſua Auguſtinus ſeparat a quatuor viſionum generibus. 3.d. 23.litera. fo.242

F ante A.

Facere aliquid propter remunerationem æternam, non facit actum mercennarium.3.d.26.artic.1.ad tertium fo.246.

F ante I.

Fidei diffinitio quã Paulus Hebræorũ xi. ponit ſufficienter continet ea ex quibus fides diffiniri poteſt 3.d.23. arti.1.c. fo.240

Fidei formale obiectum eſt veritas prima, materiale vero aliquid creatum attributum, accidẽtale autem quod articulos vel antecedit, vel concomitatur, vel conſequitur.3.d.24.articu.1.o. fo.242.

Fidei articuli ſi iuxta authorum diſtinctionem diſtinguantur, ſunt duodecim, & quatuordecim ſi ſecundum ipſas res creditas.3.d.25.artic.1.ad quartum quæſitum. fo.244

Fidei informitas quæ ante circunciſionem in parentibus fuiſſet, non tollebat fidei virtutem quin per eam ſaluarentur infantes.4.d.1.q.2.artic. 2.o. fo.277

Fidei profeſſio directa ad ſalutem infantis antequã eſſent ſacramenta inſtituta in ſolo interiori motu ſufficiebat 4.d.1.q.2.ar.2.c. fo.278

Ea quæ ſunt fidei habent rationem defendentem, non autem probantem niſi perſuaſiue.3.d.24.articu.4.ad ſecundum. fo.244

Ad fidei articulos reducuntur ea quæ ſunt conſequentia ad fidem.3.d.25. ar.1.c.& ad pri.& ad ſec. fo.244

Fides formata dicitur virtus, non autem informis.3.d.23.ar.2.o. fo.241

Fides informis charitate adueniẽte manet, & ipſamet formatur, ſed ſola informitas tollitur. 3.d.23.articu. 3.c. fo.241

Fides quãtum ad id quod fidei eſt, omnibus aliis virtutibus eſt prior ſecundum naturã.3.d.23.ar.4.o. fo.242

Fides eſt de complexo ſine temporis determinatione, niſi per accidens.3. d.24.articu.2.o. fo.243

Fides definit eẽ de aliquo ex quo illud apparens eſt ſecundum ꝙ eſt apparens 3.d.24.ar.3.o. fo.243

Fides non poteſt eſſe de iis quę ſciuntur.3.d.24.ar.4.c. fo.244

Fides ſpem generat, & ſpes charitatem quo ad actus, non quo ad habitus. 3.d.25.litera. fo.245

Fides ratione ęnigmaticę cognitionis, ſpes rõne caretię rei expectatę in patria eſſentialiter tollentur, adueniẽte clara viſione & pręſentia Dei expectata.3.d.31.ar.2.o. fo.254

Fides informis mortua eſt quo ad ſubiectum, non quo ad obiectum.4.d.1 q.2.ar.1.ad pri. fo.277

Fidelis non poteſt ſponſalia contrahere cum infideli niſi conditione appoſita de conuerſione futura ante matrimonium.4.d.39.arti.1.ad ſecundum. fo.350

Fidelis coniux, ſi ſine contumelia creatoris velit alter infidelis cohabitare, diſcedens, nõ poterit alteri nubere, Si vero illud infidelis noluerit, poterit.4.d.39.ar.3.c. fo.351

Fidelem coniugem infidelem dimittere in quocunq; caſu licitum eſt. Expedit tñ, vt videtur & Apoſtolus dat conſilium, ꝙ ſi infidelis cõſentit

habitare ſine ignominia creatoris,ſidelis infidelem non dimittat, præſertim ſi de eius cõuerſione ſpes habeatur,aliter nõ,tum propter ſuum periculum,tum propter periculũ prolis.4.d.39.ar.4.c. fo.351

Figuratiua loquutio eſt dicere ꝙ Chriſtus ſecundum ꝙ homo ſit creatura. 3.d.11.ar.3.o. fo.219

Filiatio nec determinat nec denominat naturam.Vnde non poteſt dici natura filia.3.d.8.ar.4.c. fo.214

Filius vel filia,non poſſunt per præceptum a parentibus cogi ad aliquid quod eorum ſtatum perpetuo mutet.4.d.29.et 30.ar.1.ad.4.fo.335.

Filiusfamilias , abſq; patris conſenſu poteſt continentiæ & religionis votum emittere,non autem de eleemoſinis dandis.4.d.38.ar.1.ad.3.fo.348

Filius Dei,qui in diuina natura eſt ſapientia genita,& Verbum Patris,ſecundum naturam aſſumptam voci cõparatur.Prol.tertii libri. fo.195.

Filius Dei qui in natura diuina eſt Patris virtus,ſecũdum humanã naturã appellatur illius brachium, quo genus humanum ſaluatur.ibidẽ.

Filius Dei nõ põt dici creatura, ꝗꝗ habet eẽ ab alio.3.d.11.ar.1.o.fo.218

Filius Dei debuit virilem ſexum accipere,& abſq; ſexuũ cõmixtione naſci,ſed tantum ex muliere.3.d.12.articu.4.o. fo.222

In Filio Dei incarnato tres reperiuntur ſubſtantiæ,Diuinitas, anima, & corpus,Prol.tertii. fo.195

Inter finitum & infinitũ poteſt eſſe proportio,quę eſt ordinis habitudo, qñ finitum ad infinitum ordinatur.3.d 1.ar.1.ad ſecun. fo.196.

F ante O.

Fœlicitas eſt operatio doni,fructus autem eſt delectatio conſequens ex ipſa operatione.3.d.34.q.1.articu.3.c. fo.260

Fomes in virgine Maria poſt primam ſanctificationem remanſit quãtum ad eſſentiam,ſed ligatus,In ſecunda vero etiam eſſentialiter ſubtractus eſt,In aſſumptione autem a peccati pœnalitatibus eadem beata virgo liberata eſt 3.d.3.ar.2.o. fo.201

Fomes non promouet per ſe in bonũ ſed per accidens.ibi ad pri. [illegible]

Forma dicitur vno modo ex relatione ad materiã quã perficit, alio modo ex priuatione materiæ,ſeu potentialitatis. Secundo modo diuinitas dr̃ forma nõ primo.3.d.5.lr̃a. fo.206

Forma vna poteſt alteram denominare,aut per inhærentiam,aut per cauſam.3.d.33.ar.2.ad tert. fo.258

Formæ non eſt forma intrinſeca quæ eſt pars rei,ſed extrinſeca.4.d.1.q.2.ar.1.ad quartum fo.277

Fortitudo virtus,& fortitudo donum pœnes modum agendi differũt. 3.d.34.q.2.ar.3.o. fo.261

Furioſus, ſi lucida habeat interualla, cum eſt ſanæ mentis poteſt matrimonium contrahere,ſecus autem ſi nõ. 4.d.34.et 35.ar.2.ad pri. fo.343

G ante A.

GAudium eſt fructus virtutũ ideoq; perfectorum eſt,dolor vero & pudor incipientium,& ſunt virtutum effectus. 3.d.34.q.1.articu.2. ad primum. fo.260

G ante E.

Generari illud proprie dicitur ad qd generatiõis actus terminatur, & hoc eſt ſuppoſitum. 3.d. 8. articu.1. ad quartum. fo.213

Generatio Chriſti ex virgine poteſt aliquo modo dici naturalis, q̄q̄ nō ſimpliciter. 3.d.3.ar.3.ad ter. fo.202
Genus neutrum eſt informe & indiſtinctum, maſculinum autem formatum & determinatum, ideoq; non prędicatur abſolute niſi de re pfecta ſubſiſtente. 3.d.6.ar.2.c. fo.208

G ante R.

Gratia & bonitas Dei eo magis in quolibet manifeſtantur opere, quo illud magis indebitum eſt, & creaturæ excedens meritū. 3.d.4.ar.1.c. fo.203
Gratia creata in anima, primo eā perficit in ſe quantū ad eſſe ſpirituale, & ſecundo in reſpectu ad operationē per virtutes quę fluunt ab eius eſſentia. 3.d.13.ar.1.c. fo.222
Gratia tunc ad ſuum peruenit terminum cum Deo maxime vnit. 3.d. 13 ar.4.c. fo.224
Gratia non pōt tolli, & remanere charitas. 3.d.27.ar.2.ad quar. fo.248
Gratia, virtus, donum, beatitudo, & fructus ab inuicem inter ſe differunt. 3.d.33.ar.1.c. fo.257
Gratia animum cohibet per modū inclinātis, lex vero per modum iubentis. 3.d.40.ar.2 ad ter. fo.273
Gratia donorum & virtutum differt a gratia ſacramentorum. 4.d.1.q.1. articu.2.c. fo.275
Gratia non tranſit in omnes ſicut culpa, nec in quocunq; ſtatu, ſed ſecundum exigentiam diuini ordinis. 4.d.6.ar.1.ad pri. fo.288
Gratia reconciliat Deo hominem per accidens. 4.d.7.ar.4 ad ter. fo.291
Gratia confirmationis baptiſmalem præſupponit. ibi in quęſtiun.
Gratiæ ſanctificantis proprium ſubiectum eſt anima. 3.d.3.ar.1.c.fo.201
Gratiæ eſt, facere Deo ſimilem, non tamen ſemper de diſſimili, ſed de non ſimili. 3.d.13.ar.1.ad ter. fo.223
Gratiæ gratis datę bona Deus nō ſubtrahit peccatoribus 4. d.13.ar.1.ad quartum. fo.304
Gratiam oportet dari contra pœnam ſpiritualem ſicut & contra culpam. 4.d.7.ar.4.ad pri. fo.291
Ad gratiam habendam requiritur diſpoſitio voluntaria, non autem ad habendam ſapientiam. 4. d.17. q.1. ar.1.ad ſecundum fo.312
Per gratiam adoptionis vnitur trinitas tota, ſed per gratiam vnionis nequaquam. 3.d.1.ar.3.ad ter. fo.197
Gratia qua Chriſti anima formaliter perficiebatur, fuit finita ſecundum eſſentiam, & tamen dicitur infinita quatuor modis. 3.d. 13. articu. 3.0. fo.223
Gratia Chriſti non poterat augeri, ſed tantum ſecundum actus proficiebat. 3.d.13.ar.4.0. fo.224
Gratiæ quæ in Chriſto ponuntur ſunt eſſentialiter eadem gratia, ſed differunt ratione. 3.d.13.ar.2.0. fo.223

G ante V.

Gutta vna ſanguinis Chriſti quā fudit in circūciſione, fuiſſet ad omnem ſatiſfactionem ſufficiens cōſiderata patientis conditione, non tamen quantum ad pœnę genus. 3.d. 20. articu. 2.ad primum. fo.236

H ante A.

Habitus habet vnitatē ex vnitate obiecti, ſm q eſt in re, nō ſecundū q eſt in acceptione noſtra. 3.d.24 ar.2.ad tertium. fo.243
Cū hęreticis ēt in vocabulis nō eſt cōicandum. 3.d.4.ar.3.ad pri. fo.204
Hæreticus proprie dr q pertinaciter a cōi fide deuiat. 4.d.13.ar.5.0.f.305

Heſter contrahens cum Aſſuero, non fecit contra prohibitionem legis. 4. d. 39. ar. 1. ad ter. fo. 350

H ante I.

Hilarius noluit a Chriſto dolorem remouere, ſed doloris dominium, & rurſum doloris meritum, & tertio neceſſitatem. 3. d. 15. litera. fo. 288

H ante O.

Homine vnito Filio Dei, omnis quodã modo creatura vnita eſt. 3. d. 2. articu. 1. c. fo. 199

In homine poſt animæ infuſionem triplex eſt ſtatus, in vtero, extra vterũ, & in adulta ætate. In primo notus eſt ſoli Deo, in ſecundo eccleſiæ, in tertio etiam ſibiipſi. 4. d. 6. articu. 1. c. fo. 288

Homines quicquid appetunt, appetũt propter beatitudinem. 4. d. 46. arti. 3. o. fo. 371

Homini poſt peccatum non poterat conuenienter ſubueniri, niſi per ſciẽtiam infallibilem, & indeficientem virtutem, quæ eſt Dei Filius. Prol. tertii libri. fo. 195

Homo primus in ſuæ cõditionis principio duplici fuit prędictus dignitate .ſ. ſcientia & virtute, & in vtraq; læſus eſt per peccatum. Prol. tertii libri. fo. 195

Homo & creatura non ſecundum idẽ prędicantur de Chriſto. 3. d. 11. articu. 2. ad primum. fo. 219

Homo purus non potuit pro peccato humani generis quod erat tripliciter infinitum, ſatisfacere. 3. d. 20. arti. 1. c. fo. 236

Homo potuit facere actum vniuerſalis corruptionis, ſed vniuerſalis reparationis non potuit. ibi ad ſec.

Homo poteſt eſſe ſine peccato, ſed nõ diu. 4. d. 21. ar. 3. ad ſec. fo. 320

Hęc propoſitio, Homo ille, Chriſtum videlicet referendo, eſt prędeſtinatus eſſe Filius Dei, duos habet ſenſus veros & vnum falſum, ideoq; potius debet vera iudicari q̃ falſa, Et idem dicendum de hac, Filius Dei prędeſtinatus eſt eſſe homo. 3. d. 7. articu. 4. o. fo. 215

Honor eſt exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis. 3. d. 9. q. 2. articu. 2. c. fo. 215

Humana natura etiã ſi ſimpliciter fieret melior q̃ ſit, non tamen poſſet Deo, nec pro ſe, nec pro alio ſatisfacere. 3. d. 1. ar. 2. ad pri. fo. 196

Humana natura ex tribus modis quibus conſideratur natura diuina, ſecundo & tertio facta eſt magis ad ſimilitudinem imaginis, primo vero modo Angelus. 3. d. 2. articu. 1. ad tertium. fo. 199

Humana natura a Dei filio aſſumpta eſt nõ perſona. 3. d. 5. ar. 2. c. fo. 205

Humana natura in Chriſto eſt adoranda adoratione latriæ, ratione diuini Verbi cuĩ eſt perſonaliter vnita. 3. d. 9. q. 1. ar. 2. o. fo. 215

Humanæ naturæ aſſumptæ a Verbo nunq̃ per ſe infuit perſonalitas. 3. d. 10. ar. 2. ad ſec. fo. 217

Humanæ naturæ in Chriſto nõ potuit communicari omnipotentia, ſicut omnis ſcientia. 3. d. 14. articu. 5. o. fo. 226

Humanã naturam totam Deus aſſumpſit. 3. d. 2. ar. 2. o. fo. 199

Humanum genus aliter non potuit redimi, niſi per incarnationem, & paſſionem alicuius diuinæ perſonæ. 3. d. 20. ar. 3. c. fo. 237

H ante Y.

Hyperdulia extra genus duliæ non ponitur, nec pertingit ad gradum latriæ 3.d.9.q.2.ar.1.ad ter. fo.215

I ante A

IAcob dicens ſe eſſe Eſau primogenitum a mendacio excuſatur.3.d.38. ar.2.ad pri. fo.269

I ante D.

Idolum nihil eſt in mundo multipliciter intelligi pōt.3.d.37.lra. fo.268

I ante E.

Iepte fuit in vouendo ſtultus, & impius in reddendo.4.d.38, articu.1. ad ſecundum. fo.347

I ante G.

Ignis inferni appellatur a Damaſceno non materialis, tum quātum ad modum agendi, tum quia nō affligeret niſi apprehenderetur nociuus 4.d. 44.q.2.ar.3.ad pri. fo.362

Ignis in fine mundi contra teporem charitatis ad totius mūdi purgationem præcedet iudicis faciem. 4.d. 47.ar.3.o. fo.367

Ignis inferni lucebit ad afflictionem dānatorū, & non ad conſolationem.4. d.50.ar.2.c.& ad quar. fo.372

Ignorantia a reatu peccati futuri excuſat, ſed non præteriti. 4.d.20. articu.3.ad tertium. fo.318

I ante M.

Impuritates elemētorum omniū poſt diem iudicii intrudentur in infernum ad pœnam damnatorum.4.d. 50.ar.4.ad tertium. fo.373

I ante N.

Incarnatio, quæ eſt diuinæ perſonę ad humanam naturā vnio, Deo eſt poſſibilis.3.d.1.ar.1.o. fo.196

Incarnatio in ſui intellectu includit generationem, quæ eſt perſonalis proprietas Filii.3.d.1.artic.3.ad ſecundum. fo.197

Incarnatio Filii Dei computatur inter ea quæ ſunt ducentia ad vitam ęternam quæ non cadunt ſub merito.3. d.4.ar.4.ad primum. fo.204

Incarnationem ſancti merito congrui & non condigni meruerunt, Potuerūt tamē ſic mereri accelerationem eius.3.d.34.ar.4.o. fo.204

In incarnatione fuit medium efficientiæ faciens vnibile tantum, & non faciens vnitum; Cæterum loquendo de medio congruentiæ, animam mediante gratia, & corpus mediāte Spiritu Dei Filius aſſumpſit.3.d.2.articu.3.c. fo.199

In incarnatione Chriſti iſta quatuor ſimul fuerunt, Conceptio corporis, creatio animę, vnio vtriuſq;, & aſſumptio a Verbo Dei, & ſic incarnatio perfecta eſt in inſtanti.3.d.2. articu. 4.o. fo.200

In incarnatione magis apparet ratio bonitatis q̄ potentiæ.3.d.4.ar.1.ad pri.& ad quint. fo.203

Ly indiuidua, quod Boetius in diffinitione ſubæ ponit triplicem ſecundum quoſdam cōmunicabilitatem excludit.3.d.5.ar.2.ad quar. fo.205

Ineſſe non dicit eſſe abſolutum accidētis, ſed in ordine ad cauſam proximam.ſ.ſubſtantiam cui ineſt.4.d.12. ar.1.ad primum. fo.302

Infans adhuc in vtero matris exiſtens, non poteſt per actum hominis gratiam conſequi, vt mundetur per fidē parentum. 4.d.1.q.2.articu.2.ad

tertium. fo.278
Infantes nati de fidelibus, ſimpliciter melioris ſunt conditionis q̃ eſſent ante inſtitutum baptiſmum.ibi ad ſecundum.
Infidelis reputatur apud Deum & eccleſiam qualitercũq; quis a fide deuiat. 4.d.39.ar.2.ad ter. fo.350
Infideles cõiuges,ſi inueniantur in gradu iure diuino prohibito coniuncti, altero vel vtroq; ad fidem cõuerſo, non permittuntur cõmanere. Secus autem ſi in gradibus per eccleſiam ſolum prohibitis.4.d.39.artic.4.ad ſecundum. fo.351
Infidelitas cauſat diuortium per conſuetudinem,quæ pertinaciam monſtrat. 4.d.34.et 35. articu.4. ad ſecundum. fo.345
Infidelitas impedit matrimonii finem, præ cunctis aliis peccatis mortalibus. 4.d.39.articu.1.ad quartum. fo.350
Infinitas potentiæ actiuæ ponit infinitum in actum, ſed infinitas potentiæ paſſiuæ non niſi infinitum in potentia.3.d.14.ar.5.c. fo.226
Inimicis debemus optare ſpiritualia bona,ſed non ſemper tẽporalia, & hęc minus eccleſiæ inimicis q̃ perſonæ.3.d.30.ar.1.o. fo.252
Inimicis tenemur benefacere beneficio ſpirituali ad ſalutem neceſſario, & pro eis orare,non in ſpeciali, ſed in cõmuni. Temporali vero beneficio non tenemur niſi in caſu neceſſitatis. 3.d.30.articu.2.c. fo.253
Inimico perſonę benefacere perfectionis eſt,niſi per accidens,inimico vero eccleſiæ ſubtrahere beneficiũ perfectius eſt,niſi per accidens. 3.d.30. ar.1 o. fo.253
Inimicos omnes tenemur ita ex charitate diligere, q̃ eis mala non optemus per ſe,ſed per accidens optare eis poſſumus.3.d.30.ar.1.c. fo.252
Intellectus eſt donum Spiritusſancti.3. d.35.ar.2.o. fo.263
Intellectus prout eſt habitus principiorum non eſt donum.ibi ad pri.
Intelligere quod fit per abſtractionem a phantaſmatibus indiget corpore tanquã continente ſuum obiectum, non tanquã actionis medio.4.d.44. q.2.ar.1.ad pri. fo.361
Intentio miniſtri ad eſſe cuiuslibet ſacramenti neceſſaria eſt,præter materiam & formã.4.d.6.ar.2.o. fo.289
Inuidia tanta eſt in damnatis, q̃ inuident etiam proximorum ſaluti.4.d. 50.ar.1.ad ſecun. fo.372

I ante O.

Ioannes Damaſcenus oſtendit q̃ ex diuinitate & humanitate non conficitur vna natura in Chriſto ſicut ex anima & corpore, Sed Magiſter in alio ſenſu vtitur verbis eius,q̃ videlicet naturã in cõmuni, vtputa ſpeciem,non accepit Chriſtus. 3.d.2.litera. fo.200
Ioſue iurans Gabaonitis q̃ eos nõ interficeret,ſeruando iuramentũ non fecit contra Dei præceptum. 3.d.39 q.2.ar.2.ad ſecundum. fo.271

I ante R.

Irregularitatem cauſat in viro vxoris corruptio,& non ipſius.4.d.27.art. 4.ad ſecundum. fo.332

I ante V.

Iudas horruit magis mẽdacium q̃ fornicationem propter fractionẽ fidei. 4.d.33.ar.2.ad pri. fo.341
Iudicium de re ſecundum ſe totam, eſt iudicium ſimpliciter,ſecundum partem

tem vero, ſecundum quid.3.d.20.ar ti.4.ad ter. fo.237
Iudicium generale futurum eſt, tum ad meritorum recompenſationem, tum ad iuſtitię iudicis manifeſtationem. 4.d.47.ar.1.o. fo.366
In iudicio generali authoritatiue tota Trinitas iudicabit, ſpecialiter vero Filius in humana natura ſe omnibus viſibilem præſentando, Comparatione autem etiam mali, Approbatione omnes ſancti, Quadam vero priuilegiata authoritate perfecti Chriſti conuerſationem ſpecialiter imitantes. 4.d.47. articu. 2. o. fo.366.et 367
In iudicio generali quantum ad diſtributionem prçmiorum & pœnarum omnes iudicabuntur, quantum vero ad meritorum diſcuſſionem nequaquam.4.d.47.ar.3.o. fo.367
Iuramẽtum duplex eſt, Aſſertorium & promiſſorium, Materia debita primi eſt verum & non falſum, ſecundi autem bonum & non malum. 3.d. 39.q.2.ar.2.c. fo.271
Iuramentum promiſſorium coactum in foro conſcientiæ obligatorium eſt, ſed non in contentioſo, habet tamen remedium. 3.d.39.q.2.articu. 3.o. fo.272
Iuramentum plus facit q̃ ſimplex promiſſionis verbũ quia reddit promiſſionem firmiorem.4.d.28. articu.2. ad tertium. fo.333
Iurãs malum quomodo teneatur frangere vel non frangere iuramentum S.D.docet.3.d.39.q.2.articu 2 c.& ad primum. fo 271
Iurandi conſuetudo eſt mala per accidens.3.d.39.q.2.ar.1.ad.1. fo.271
Iurandi facilitas prohibetur Matth.5 propter periculum.ibi ad tert.
Iurare cum debita cautela, & neceſſitate, non eſt malum ſed bonum & licitum.3.d.39.q.2.ar.1.c. fo.271
Ius naturale recipit determinationem per ius poſitiuum.4.d.34.et 35.ar. 1.ad tertium. fo.343
In iuſtificatione impii cõcurrunt duo ex parte agentis.ſ.gratię infuſio, & expulſio culpę, duo vero ex parte ſuſcipientis.ſ.motus liberi arbitrii in Deum, & contritio de peccato. 4.d. 17.q 1.ar.1.o. fo.312
In iuſtificatione impii motus liberi arbitrii & contritio præcedunt in genere cauſę materialis, gratiæ vero infuſio & expulſio culpæ in genere cauſæ formalis, q̃q̃ omnia hęc ſunt ſimul tempore.4.d.17. q. 1. articu. 2.o. fo.312
Iuſtitia eſt duplex, generalis & ſpecialis.3.d.33.ar.2 ad ſec. fo.258
Iuſtitia non poteſt eſſe inter Dominũ & ſeruum ſecundum perfectã iuſtitięrationem. Eſt tamen ibi aliquis iuſtitiæ modus. 4.d.46.articu 1. ad ſecundum. fo.364

L ante A.

Latria quæ debitum obſequium Deo reddit, eſt ſpecialis virtus.3. d.9.q.1.ar.1.c. fo.214
Latria põt dici generalis virtus, non tamen ſicut iuſtitia vel prudentia. ibi ad ſecundum.
Latria non eſt virtus Theologica, ſed reducitur ad vnam cardinalium.ſ. iuſtitiam.ibi ad tert. fo.215
Latria & Dulia ſunt diuerſæ virtutes. 3.d.9.q.2.ar.1.o. fo.215

L ante E.

Legem defendere non erat opus ſeruile, ſed licitum quocunq; tempore. 3.d.37.art.4.ad quar. fo.267
Legis & Euangelii multiplex differẽt

tia eſt ſecundum omnia cauſarũ genera.3.d.40.ar.4.c. fo.273

Lex intendit bonum commune, ideoq; non præcipit vel prohibet actus hominis niſi inquantum ad alterum ordinantur. 3.d.37.articu.2. ad tertium. fo.267

Lex prohibet motus humanos, non brutales.3.d.40.articu.1. ad quartum. fo.222

Lex Moiſi diuina erat,& ciuilis. Inquãtum diuina prohibebat manum & animum, inquantum ciuilis manum non animum. 3.d.40. articu.2.c. fo.273

Lex Moiſi non iuſtificabat hominẽ iuſtitiam ei conferendo, ſed tantũ ad iuſtitiam eum diſponendo. Conferebat tamen iuſtitiam polyticam acqſitam.3.d.40.ar.3.o. fo.273

Lex Moiſi dupliciter dicitur occidere, Vnomodo per cauſam, alio modo per occaſionem. ibi ad vltimum.

Lex Moiſi quãuis expreſſe promitteret temporalia, tamen promittebat figuratiue æterna.3.d.40.ar.4.ad primum. fo.273

Lex Moiſi ſecundum quantitatem præceptorum grauior erat Euangelio, ſecundum qualitatem vero eſt econuerſo. Eſt tamen Euangelium leuius in comparatione ad vires portantis. ibi ad quęſitum tertium.

L ante I.

Libellus repudii fuit Hebręis pmiſſus ad vxoricidium vitandum, ſicuti & quædam alia ad vitanda mala maiora.4.d.33.ar.3.ad pri. fo.342

Liber de Spiritu & anima non eſt authenticus, nec oportet eius authoritatem ſuſcipere.4.d.34.q.2.artic.2. ad tertium. fo.361

Liberatio fit quocunq; modo, tedemptio vero iuſto pretio ſoluto. 3.d.20.ar.3.c. fo.237

Libido mouens ad actum matrimonii ſingulariter, conſtituit mortale, non autem ſi cum matrimonii conſideratione.4.d.31.ar.4.o. fo.338

L ante V.

Lucia virgo vere dixit ꝙ corpus non inquinatur niſi de conſenſu mentis. 4.d.33.ar.4.ad pri. fo.342

M ante A.

Maior vel minor conuenientia in cõmunis alicuius vnitate, non facit ad maiorem vel minorem rationem vnius in aliqua perſona, ſed maior & minor conuenientia in ordinis habitudine confert ad vnionẽ perſonæ. 3.d.1.articu.1.ad tertium. fo.196

Mala omnia non oportet expreſſe prohiberi, ſed quæ primo occurrunt vitanda ad virtutem tendenti.3.d.37. ar.5.ad quintum. fo.267

Mali nequeunt ſatisfacere Deo per flagella, vt boni.4.d.15.artic.3.ad tertium. fo.309

Mandatum per accidens concupiſcentiam auget.3.d.37.articu.1.ad primum. fo.266

Mãducationis corporis Chriſti eſt duplex modus, ſpiritualiter.ſ. & ſacramentaliter, & iſte ordinatur ad primum.4.d.9.ar.1.o. fo.295

Maritus poſt contractum matrimoniũ poteſt abſq; vxoris conſenſu ſe in ſeruum vendere, nõ autem econuerſo.4.d.36.et 37.articu.1.ad ſecundum fo.345

Mater in generatione duplicem operationem exercet, Materiã pręparat, & miniſtrat, atq; virtute matricis cõceptum

ceptum fouet. 3.d.4.ar.3. c. fo.204
Matrem Dei decebat ea puritate nitere, qua maior nequit ſub Deo intelligi. 3.d.4.ar. 4.ad ter. fo.104
Matrimonia clandeſtina ab eccleſia ꝓhibentur propter pericula quę in de euenire ſolent, & q̃a turpitudinis ſpeciem habent. 4.d.28.art.4. ad ſecundum. fo.334
Matrimonii forma ſunt verba conſenſum de pręſenti exprimẽtia, & actus contrahentium pro materia. 4. d. 26.ar.1.ad pri. fo.329
Matrimonii diffinitionẽ congruã eſſe. D.TH.docet. 4. d. 27. articu. 1. o. fo.330. et 331
Matrimonii cauſa eſt conſenſus mutuus, per verba de pręſenti expreſſus. 4.d.27.ar.2.o. fo.331
Matrimonii bona conuenienter ponũtur tria. ſ. fides, proles, & ſacramentũ. 4. d.30.ar.1.o. fo.337
Matrimonii vinculum eſt ſolum in vita pręſenti. 4.d.31.ar.2.ad.3.fo.337
Matrimonii actus, per tria matrimonii bona excuſatur a culpa & honeſtus redditur. 4.d.31.ar.3.c. fo.338
Matrimonii perpetuum impedimentũ vix aliquod eſſe poteſt, quod nõ habeat frigiditatem pro cauſa, vel pro effectu conſequente. 4.d.34.et 35.articu.2.ad ſecun. fo.344
Matrimonii reputatur perpetuum impedimentum maleficium quãdo opere humano non poteſt remediũ adhiberi. ibi ad tertium.
A matrimonii actu abſtinendum eſt in temporibus ſacris. Poteſt tamen in illis debitũ reddi abſq; peccato, non autem peti. 4.d.32.ar.4. o. fo.340
De matrimonii ſecũda perfectione eſt carnalis copula, non de prima. 4 d. 26.ar.3.o. fo.330
In matrimonii actu ſemp aliquod peccatum incidit, niſi hac intẽtione fiat cõiunctio vt proles procreetur, vel ſaltem vt reddatur debitum. 4.d.31 ar. 3.ad ter. fo.338
In matrimonii actu, quantum ad modum agendi, vir & mulier non ſunt pares, ſed quantum ad poteſtatem ſunt. Quantum vero ad diſpenſationẽ domus & familiæ, vir vxori ſimpliciter pręfertur. 4.d. 32. articu. 1.o. fo.339
Inter matrimonii bona ſecundum ſe, ſacramentũ principalius eſt, vt vero conſideratur in ſuis principiis, fides & proles ſunt matrimonio magis ꝓpinqua, ſiue eſſentialia. 4.d.31. arti. 2.o. fo.337
Matrimoniis contrahendis tẽpus aptũ eſt in anno duodecimo pro fœmina, pro viro autẽ in quartodecimo, & non ante niſi acceleretur naturæ perfectio ante tempus in aliquo. 4. d.36.et 37.ar.1.o. fo.346
Matrimonio congruus finis, non eſt ſanitas corporis intenta. 4.d.31.ar.3. ad tertium. fo.338
Matrimonio ſeparabilitas maxime cõtrariatur ſecundum q̃ eſt ſacramentum. 4.d.33.ar.3.ad ſecun. fo.342
Matrimonio multa aſſignantur impedimenta, quorum aliqua impediunt contrahendum, ſed contractum non dirimunt, quędam vero ſunt cõtra eſſentialia matrimonii, & dirimunt etiam contractum. 4.d.34.et 35.ar. 1.o. fo.343
In matrimonio iunctorum copula carnalis poteſt eſſe bona, & non meritoria, & rurſus bona & meritoria, & poteſt eſſe peccatum veniale, & et mortale. 4.d.26.ar.4 o. fo.330
Matrimonium inter nouæ legis ſacramenta merito computatur. 4.d.26. articu. 1.c. fo.329
Matrimonium quod in fide Chriſti cõtrahitur, ex paſſione Chriſti habet

ꝙ gratiam conferat, vt reliqua ſacramenta, 4.d.26.ar.1.ad ter. fo.329

Matrimonium, vt in officium naturæ eſt, inſtitutione non indiget, vt autẽ eſt in remedium peccati ex parte actus, inſtitutum eſt poſt peccatum, ſed ex parte effectus in noua lege ꝑ Chriſti approbationem. 4.d.26.articu.2.o. fo.329

Mrīmoniū ex diuina inſtõne imobilitatẽ habet. 4.d.27.ad.1.ad 1. fo.330

Matrimonium cõgrue potius a matre ꝗ a patre denominationem accepit. ibi ad.2. fo.331

Matrimonium vnitatem habet ex parte finis, & ex parte obiecti pluralitatem. ibi ad tert.

Matrimonium quãdiu eſt in ſola ſpirituali coniunctione conſiſtens tollitur ꝑ religionis ingreſſum. ibi ad.4.

Matrimonium cauſat conſenſus in mutuam poteſtatem reſpectu carnalis copulę habendam, quę non põt eſſe inter ſororem & fratrem, & continẽtiæ voto repugnat, & conditioni de abſtinẽdo ab ea opponitur. 4.d.28 ar.1.o. fo.333

Matrimonium non facit iuramentum verbis de futuro additum, ſed reddit obligationem firmiorem ad mrīmonium. 4.d.28.ar.2.c. fo.333

Matrimoniū contrahere matrimonio addictus non poteſt. ibi ad.2.

Mrīmoniū ibi eſſe eccleſia iudicat, vbi ſupuenit ſpõſalibus carnalis copula 4.d.28.ar.3.o. fo.334

Matrimonium clandeſtinum verũ matrimonium eſt, ſed ſic contrahentes peccant, niſi habeant legitimam excuſationẽ. 4.d.28.ar.4.c. fo.334

Matrimoniū impeditur ſi cõſenſus et interior fuit ꝑ coactionẽ extortus, & etiam ſi verba conſenſum exprimentia ſimili modo ſint extorta. 4.d.29.et 30.ar.1.c. fo.335

Matrimoniū in quadã relatione cõſiſtit, ꝗ requirit duo extrema. ibi ad.3.

Mrīmoniū naturaliter impedit error eorum quæ ſunt matrimonio eſſentialia, accidentaliũ vero nequaquã. 4.d.29.et 30.ar.2.o. fo.335

Mrīmoniū iter Iacob & Liã, nõ fuit ex ipſo cõcubitu, ſed ex conſenſu poſtmodum ſuperueniente. ibi ad.2.

Matrimoniũ tollit cauſę turpitudo, ſi contrariatur eſſentiæ matrimonii, non autem ſi non cõtrariatur ſecũdum ſuam eſſentiam. 4.d.29.et 30.ar.3.o. fo 336

Matrimoninm inter Ioſeph & beatã virginẽ, fuit verũ, ſed tñ nũꝗ fuit cõſumatũ. 4.d.29 et 30.ar 4.o. f.336

Matrimonium ab alio habet ꝙ ſit ſacramẽtũ, & ab alio ꝙ ſit in officiũ naturę. 4.d.31.ar.1.ad.5. fo.337

Matrimoniũ impeditur per corporalẽ defectum qui redundat in mentẽ & per eum qui actum matrimonii impediret, ſiue ex cauſa naturali intrinſeca, ſiue ex dęmonis operatione, dũmodo ſit perpetuus & alteri cõiugũ incognitus. 4.d.34.et 35.articu.1.c. fo.343

Matrimonium cõtrahẽdũ impediunt quædam crimina, & ſunt ſex, quędã vero ẽt dirimunt cõtractũ, & hoc in tribus caſibus. 4.d.34.et 35.articu.3.o. fo.344

Matrimonium, neq; ꝑ fornicationẽ ſequentẽ, neq; ꝑ aliquod impedimẽtum matrimonio ſuperueniens dirimitur, ſed tñ ſeparatio a thoro a Dño in Euangelio cõceſſa eſt in pœnam illius qui fidẽ fregit, & in fauorem illius qui ſeruauit. 4.d.34.et 35 ar.4.o. fo.344

Matrimoniũ per vxoricidiũ ĩpeditur ex ſtatuto eccleſię, & aliqñ quidẽ impeditur cõtrahẽdũ, & dirimitur contractum, qñq; vero cõtrahendũ impeditur

pedítur ſed cõtractũ nõ dirimitur.4 d.36.et 37.ar.4.o. fo.347
Matrimoniũ ſm ſi cõtrahatur, dicitur p primũ.4.d.38.ar.4.o. fo.349
Matrimoniũ inquãtũ eſt in obſequium Dei rõnabiliter cultus diſparitas impedit, diuerſimode tñ ſi pręcedat infidelitas, aut ſequatur matrimoniũ. 4.d.39.ar.1.c. fo.350
Matrimonium ſm ꝙ eſt in officium naturæ poteſt eſſe inter infideles, non autem ſecundũ ꝙ eſt ſacramentum eccleſię.4.d.39.ar.2.o. fo.350
Matrimoniũ inter infideles cõtractũ, q̃uis ſit verum, non tñ eſt adeo ratũ & firmum, ꝙ nullo modo poſſit ſeparári.4.d.39.ar.3.c. fo.351
Matrimoniũ eccleſiæ iudicio ſeparatur qñcũq; probatur pręceſſiſſe cõſanguinitas vel affinitas. 4.d.40.et 41.ar.4.o. fo.354
Matrimonium ſecũdo cõtrahere licet coniungi remanenti, altero mortuo 4.d.42.ar.4.c. fo.356
Maxima illa, Propter qd vnumqdq; & illud magis, habet veritatẽ in iis quę ſecundum eandem rõnem dicuntur. 3.d.18.ar.3.ad tert. fo.230

Mante E.

Medicina nõ debet inſtitui, niſi aſſit infirmitatis cognitio, & ĩpotentię infirmi, & potentię medici, ideoq; ante Chriſti aduentum nõ fuerunt inſtituta ſacramenta nouę legis. 4.d.2.ar.1 c.et ad quar.et quin. fo.279
Medio cõgruentię remoto, nõ oportet extrema ſeparari. 3.d.2. articu.3 ad primum. fo.199
Mediũ duplex, efficienti ę, & congruentiæ.3.d.2.ar.3.c. fo.199
Meliores quo ad amoris approbationem ſemper magis diligendi ſunt, ſed quo ad deſiderium quo quis optat bonũ amato in amore beneuolẽtiæ propinquiores. 3.d.29.ar.3.c.& ad primum. fo.251
Mendaciũ eſt falſa ſignificatio vocis cũ intentione fallendi, vt dicit Auguſtinus.3.d.38.ar.1.o. fo.268
Mendaciũ eſt triplex, officioſum, iocale, & pernicioſum, & mendacii ſpẽs ponuntur octo poſt illã primã diuiſionem.3.d.38.articu.1.quæſito ſecundo.o. fo.268
Mendaciũ oẽ ẽ pctm, q̃tũcũq; aliqs pp bonũ mẽtiatur.3.d.38.ar.2.c.f.268
Mẽdacium pernicioſum eſt peccatum mortale, iocoſum vero & officioſum nequaquã.3.d.38.ar.3.o. fo.269
Mendacium viri perfecti nõ eſt peccatum mortale ſemp, q̃q̃ grauius mentiendo peccat q̃ vir imperfectus. 3. d.38.ar.4.o. fo 269
Merendi principium primum & remotum eſt gratia, ꝓpinquum vero ſed non immediatum habitus cuiuslibet virtutis, ſed propinquum & immediatũ charitas & in rõne ſubiecti & in rõne obiecti.3.d.30.ar.4.o.f.253
Mereri poteſt quis alteri, ſed non pot ex alterius actu laudari.3.d.18.ar.2 ad ſecundum. fo.232
Merita per peccatum mortificata, per pœnitentiam recuperant efficaciã ſuam.4.d.14.ar.5.o. fo.307
Merita vel demerita ſua oportet ꝙ in finali iudicio oẽs recognoſcant, ad ſui accuſationem vel defenſionẽ, Et omnia merita vel demerita aliena ad iuſtitiæ iudicis manifeſtationem 4.d.43.ar.4.o. fo.358
Meritum conſentaneum eſt naturę, demeritum autẽ diſſentaneum eſt.3.d. 18.ar.3.ad ſecun. fo.233
Ad meritũ, in ordine ad ea q̃ ſunt bõa ſimplr̃ regrũtur q̃tuor, & ea oĩa in ĩmortalitate corpis Chri, in aię eius ĩpaſſibilitate, & in hũanę nãę exalta- (tiõe

inueniuntur.3.d.18.ar.1. fo.232

Metus nullus cadit in conſtantem virum, vt faciat eum in peccatum conſentire. Poteſt tamen per metum induci ad ſubſtinendum aliqua minora dāna.4 d.29.et 30.articu.1.ad ſecundum. fo.335

M ante I.

Minus faciens malum, vt vitet maius, ſi poſſit vtrumq; vitare, non excuſatur totaliter.4.d.31.artic.3. ad tertium. fo.338

Miracula non faciunt ſcientiam de iis quæ ſunt fidei.3.d.24. articu.4. ad tertium. fo.244

Miſericordia in Deo ponitur ſecundū effectum, non ſecundum paſſionem. 4.d.46.ar.2.o. fo.365

Miſſa quo ad ea quæ ſubſtantialia ſunt æque bona eſt ſacerdotis mali & boni, ſed quantum ad ea quę ſunt de bene eſſe, non.4.d.13.arti. 3.o. fo.305

De mixtione quorūcunq; liquorū cum ſpeciebus vini conſecrati, diuerſi diuerſa dicunt. 4.d.11.articu.3.ad tertium. fo 303

Reſolutam tamen ſententiam habes a S.D.3.p.q.77.ar 2.o.

M ante O.

Modus nullus ita conueniens fuit ad redimendum hominem q̃ per Chriſti mortem, quāuis alius fuiſſet abſolute Deo poſſibilis.3.d.20. articu. 3.c. fo.237

Moriendi neceſſitas partim eſt ex natura conditionis humani corporis, & partim a peccato. 3.d. 16. articu. 1.o. fo.229

Moriendi neceſſitas in Chriſto nō ſubdebatur humanę voluntati eius, ſed tantū diuinæ.3.d.16.ar.3.o.fo.230

Mors eſt attributum humanæ naturæ, & non ſecundum ſe aptum conuenire perſonæ diuinæ, ſed tantum ratione naturæ humanæ.3.d.21. articu.4.o. fo.238

Mors Chriſti fuit ſufficiens, quantū eſt de ſe, ad expiandum omne peccatū, & per conſequens ad liberandum ab omni pœna.3.d.19.ar.3.c. fo.235

Mortui etiam ſancti, neſciunt quid faciant viui, loquendo de naturali cognitione animæ ſeparatæ, ſed non quantum ad cognitionem gloriæ.4 d.45.ar.4.ad pri. fo.364

Motus non pertinet ad perfectionem cœleſtis corporis, ratione ſuiipſius, ſed ſolum inquantum eſt generationis cauſa. Claritas vero pertinet ad cœli decorem ſecundum ſeipſum.4. d.48.q.2.articu.2.ad ſecundū & ad tertium. fo.369

M ante V.

Mulier, priuata exhortatione docere poteſt, ſed non publice in eccleſia 4. d.5.ar.4.ad quar. fo.288

N ante A.

NAtum ex aliquo materiali dicitur eius filius, ſi in ſimilitudinem ſpeciei cum eo ex quo naſcitur producatur. Et rurſus de aliquo natum actiue dicitur filius eius, ſi de ſuba agentis producatur, & in ſimilitudinem ſpeciei, & illud ſit agens principale.3.d.4.litera. fo.204

Natura diuina in Chriſto non poteſt dici nata, niſi accipiatur pro perſona, humana vero dicitur nata, quia conſequenter ſe habet ad generationem.3.d.8.ar.1.o. fo.213

Natura humana, cum ſit vnita filio Dei

in

in perſona non in natura, non propterea oportet vniatur alteri perſonæ diuinæ. 3.d.1.ar.3.c. fo.197
Natura & ſuppoſitum in compoſitis, re,& rōne differunt, in diuinis autē ratione ſolummodo. 3.d.11.articu.4.c. fo.219
Naturę corruptæ maior eſt inclinatio ad adulterium & furtum, q̄ ad homicidium & alia vitia. 3.d.37.art.2.ad quartum. fo.267
Naturam vnam aſſumere tres diuinas perſonas poſſibile eſt, de potētia abſoluta, ſed non de potentia ordinata. 3.d.5.ar.5.o. fo.198

N ante E.

Neceſſitas æditionis ſymbolorum fuit duplex, inſtructio fidelium in credendis,& impugnatio hereſum. 3.d.25.ar.1.ad ter. fo.244

N ante V.

Numerari aliqua adinuicem & vnum de altero prędicari, non eſt intelligibile. 3.d.7.ar.1.c. fo.211
Numerus credendorum explicite non eſt augmentatus, quāuis credendo℞ implicite ſit. 3.d.25.ar.4.o. fo.245
Nuptias nō celebrari in tribus tēporibus ſtatutum eſt, in quibus homines debent ſe ad ſpiritualia præparare. 4.d.32.ar.4.ad quar. fo.340

O ante B.

OBedientia voluntaria gratiam nō excludit. 3.d.20.articu.4. ad ſecundum. fo.237
Obligare ſe ad nunquam intrandū in religionē non eſt licitum, quāuis ſit licitum non intrare. 3.d.39.q.2.ar.2 ad tertium. fo.271
Obſtetrices Hebręorum mētiendo peccauerunt, quāuis earum pia eſſet intentio ſeruandi hebręorum infantes 3.d.38.ar.3.ad ſecun. fo.269

O ante C.

Occidere maleficum licet miniſtro iuris ex pręcepto iudicis. 3.d.37.ar.4 ad ſecundum. fo.267

O ante L.

Oleum oliuę ab Epiſcopo conſecratū eſt materia ſacramenti extremę vnctionis. 4.d.23.q.1.ar.1.o. fo.322

O ante P.

Opera mortificata viuificātur per pœnitentiam, non autem mortua. 4.d.14.ar.5.ad ſecun. fo.307
Et diſt.22.ar.2.ad ter. fo.321
Opera viuorum nequeunt prodeſſe defunctis, niſi ad hoc tantum vt tollatur impedimentum quo retardātur a viſione Dei. 4.d.45.ar.2.o. fo.363
Opera quæ fiunt pro defunctis ſunt eorum inquantum pro eis ſunt facta, & inquantum meruerunt in hac vita vt eis poſſent prodeſſe poſt mortem. ibi ad primum.
Operatio miraculoſa quāuis non ſit creaturæ ſicut agentis, poteſt tamen eſſe alicuius creaturæ ſicut materiæ. 3.d.3.ar.3.ad ſecun. fo.202
Operatio quęlibet diuina, magis dicitur alicui perſonę appropriabilis ſecundum ꝙ in ea appropriatum illius perſonæ magis manifeſtatur, q̄uis in omni operatione connotante effectum in creatura reluceant appropriata perſonarum. 3.d.4.artic.1.c. fo.203
Operatio omnis procedens ex habitu

perficiente naturam, habet delectationem annexam. 3. d. 34. q. 1. artic. 3. c. fo. 360

Operis difficultas proprie non facit ad meritum, niſi remiſſionis pœnæ per modum cuiuſdam cõmutationis, ſed quaſi per accidens. 3. d. 30. arti. 4. ad tertium. fo. 254

Opus incarnationis appropriatur Spiritui ſancto. 3. d. 4. ar. 1. c. fo. 203

Opinio rationabilior eſt ꝙ omnes homines morientur & reſurgent, quis aliqui dixerint quoſdam non morituros. 4. d. 43. ar. 1. ad. 1. fo. 357

O ante R.

Orō omnis quæ fuit ſimpliciter Chriſti impleta eſt, non autem alia. 3. d. 17. ar. 3. o. fo. 231

Oratio habet afflictionem carnis, quãuis habeat ſuauitatem ſpiritus. 4. d. 15. ar 4. ad pri. fo. 309

Ordinare de facto põt Epiſcopus hæreticus, & ab eccleſia præciſus, ſed non de iure. 4. d. 25. q. 1. ar. 2. c. fo. 327

In ordine quolibet imprimitur character & confertur gratia. 4. d. 24. ar. 3. o. fo. 326

Ordinem per ſimoniam recipiens ipſo eſt iure ſuſpenſus, tum quo ad ſe, tum quo ad alios, & per depoſitionẽ punitur, Conferens autem occultus quo ad ſe ſuſpenſus eſt, ſi vero manifeſtus, etiam quo ad alios. 4. d. 25. q. 2. ar. 2. o. fo. 328

Ordines ſeptem qui ſunt in eccleſia. S. D. ſub certis diſtinctionibus manifeſtat 4. d. 24. ar. 2. c. fo. 325. et 326

Ordines ſacros conferre ſolus Epiſcopus poteſt, minores autem aliqui nõ Epiſcopi, ſacerdotes tñ, ex ſpeciali priuilegio poſſunt. 4. d. 25. q. 1. arti. 1. o. fo. 317

Ordinis diuiſio in ſpeciales ordines, eſt diuiſio totius potentialis. 4. d. 24. ar. 2. ad ter. fo. 325. et 326

Ordinis vnius poteſtas aliã de neceſſitate non requirit, ſed de congruitate, ideoq; ordinatis per ſaltum cõfertur ſolummodo omiſſus ordo. 4. d. 24. ar. 4. c. fo. 327

Ordo eſt ſacramentum quo ad formã, & materiam ab aliis differens, p quẽ quis ſuper alios conſtituitur. 4. d. 24 arti. 1. o. fo. 325

Ordo ſacer quandam aptitudinem habet ad hoc ꝙ matrimonium impediat. Per ſtatutum autẽ eccleſiæ hæc aptitudo ad actum reducitur, diuerſimode tamen reſpectu omnium, & reſpectu quarũdam eccleſiarum. 4. d. 36. et 37. ar. 3. o. fo. 346

Ordo diuinæ ſapientiæ exigit vt alii p alios iuuentur, ideoq; ſanctos interpellamus ad orandum pro nobis. 4 d. 45. ar. 4. ad tertium fo. 364

Origenes errauit putans omnia quæ de pœnis corporalibus dãnatorum dicuntur, ſecundũ methaporam debere intelligi. 4. d. 44. q. 2. articu. 3. c. fo. 362

Origenes errauit putans omnium reproborum pœnam quandoq; per miſericordiam Dei terminandam. 4. d. 46. ar. 4. c. fo. 365

O ante S.

Oſtiarii officium eſt ad aperiendum, & claudendum materiale templum, & non regnum cœlorum. 4. d. 19. art. 1. ad primum fo. 316

P ante A.

PAnis ſubſtantia in ſacramento euchariſtiæ non remanet, neq; annihilatur vel in præiacentem reſoluitur materiam, ſed in ſubſtantiã corporis

poris Chriſti diuina virtute conuertitur, quæ conuerſio ab aliis multipliciter differt mutationibus.4.d.11 articu.1.o. fo.299

Papa poteſt cōmittere ſimplici ſacerdoti omnes operationes quæ ordinantur ad corpus Chriſti myſticum, non autem aliis qui poteſtatem nō habent conſecrandi corpus Chriſti verum. 4.d.7.articu.5. in queſtiuncula. fo.292

Paſſio inquantum paſſio non eſt meritoria, ſed meritoria eſt inquantū eſt acceptata per voluntatem. 3.d.18. articu 4.c. fo.233

Paſſio Chriſti efficienter dicitur liberare a pœna ſenſus, ne quis eam incurrat, non autem vt ab ea liberetur ſiquis iam eam incurrerit, A pœna vero dāni vtroq; modo.3.d.19. articu.3.o. fo.235

Pater, & mater naturali iure excluduntur a matrimonio.4.d.40.et 41 articu.1.o. fo.341

Patrem incarnari, neq; implicat cōtradictionem, neq; defectum aliquē Patris ſonat, neq; importat de ſe inordinationem aliquam, ideoq; de potentia abſoluta Dei & de ordinata loquendo, poſſibile eſt Patrem incarnari, & eadem ratio eſt de Spirituſancto.3.d.1.ar.4.o. fo.197

P ante E.

Peccatum originale nō intrauit in mūdum per fœminam, ſed per virum, 3 d.12.ar.4.ad.2. fo.222

Peccata venialia per generalem cōfeſſionem exiſtentis in charitate delentur.4.d.21.ar.3.c. fo.320

Peccatum et veniale non debet metu mortis cōmitti.4.d.18.q.2. ar.3.ad ſecundum. fo.316

Peccatum veniale proprie nō eſt caſus 4.d.21.ar.1.ad.3. fo.319

Peccata oblita Deus per generalē confeſſionē dimittit, ſed ſi ad memoriā redeant, requiritur de eis ſpālis confeſſio.4.d.21.ar.3.ad.3. fo.320

Peccata dimiſſa ſimpl'r non redeunt, ſed ſecundum quid rōne ingratitudinis, quę non eſt ſpeciale peccatum, ſed circōſtantia cōſequens recidiuū. 4.d.22.ar.1.o. fo.321

Peccati deteſtatio exterior quæ ſit per confeſſionem & abſolutionē, ſignum eſt deteſtatiōis interioris, & remiſſionis peccati.4.d.22.ar.3.c. fo.322

Peccatum delere aliquid dicitur, aut p modū cauſæ formalis, vt delet gr̄a, aut efficientis, & hoc vel principalis ſicut eſt Deus, vel inſtrumentalis, vt ſacr̄a, vel per modum merentis, ſiue inſufficientis, vt cōuenit puro homini, ſiue ſufficientis, vt cōuenit Chr̄o tanquā agenti, paſſioni vero eius vt principio per quod agit.3.d.19.articu.1.o. fo.234

Peccatum vnum ſine altero dimitti nō pōt.4.d.15.ar.2.ad.1. fo.308

Peccatum voluntarium nō dimittitur ſine hoc ꝙ volūtas ipſum deteſtetur in ſpeciali vt mortale, vel in generali vt veniale.4.d.16.ar.5.o. fo.311

Peccator potius debet abſtinere a cōmunione in paſchate, q̃ cōmunicare in peccato mortali, ſi eum non pœnitet.4.d.9.ar.2.ad.2. fo.296

Peccator contritus, ſi confeſſoris habet copiam, peccat ſi ſine confeſſione ad cōmunionem accedat, ſed vel ſi non habet, vel aliquid iminet ex quo cōmunicare eum oportet, & habet confitendi propoſitum, non peccat accedēdo.4.d.9.ar.3.o. fo.296

Peccatori ſe ingerenti ad cōmunionē, non debet dari hoſtia non conſecrata. 4.d.9. articu.2. ad quartum. fo.296

Peccatori ſine actu pœnitentiæ ſalus eſſe nó poteſt.4.d.14.ar.1.o fo.306

Pœna temporalis vtilis eſt ad ſalutem, ęterna vero nequaquã.4.d.1.q.2.ar.3 ad ſecun. fo.278

Pœna purgatorii, & ſi non eſt debita in hoc mũdo, eſt tamen in alio. 4.d. 20.ar.3.ad pri. fo.318

Pœna malorum in inferno ita ex multiplicatione reproborum augetur, ſicut ex multiplicatione iuſtorũ augetur beatorum gaudium. 4.d.50. ar.1.ad ſecun. fo.372

Pœnarum contrariarum ſucceſſio nullum dãnatis refrigerium pręſtabit, quia his pœnis natura non permutabitur, ſed ſolũmodo affligetur ſenſus.4.d.50.ar.4.ad ter. fo.373

Pœnitentia quantum ad aliquid pôt eſſe in innocente. 3.d.36. articu.2. ad tertium. fo.265

Pœnitentia eſt ſacramentum. 4.d.14. ar.2.o. fo.306

Pœnitẽtia eſt ſpecialis virtus, nõ theologica, ſed moralis, in qua aliquis modus æqualitatis ſeruatur, nõ quãtitatis, ſed proportionis, & ideo reducitur ad iuſtitiã. ibi ar.3.o. fo.306

Pœnitentia tollit peccatum tripliciter. ibi ar.4.o. fo.307

Pœnitentia iterari poteſt: non autem baptiſmus. ibi ad quar.

Pœnitentia ſacramentum baptiſmũ ſequitur, ſed pœnitentia virtus nõ formata ſed informis præcedit illum, i. quædam peccati deteſtatio. 4.d.16. ar.4.o. fo.311

Pœnitentia vera, nunq̃ ſera eſt, vt Auguſtinus ait.4.d.20.ar.1.ad.3.fo.317

Pœnitentia iungitur ad ſoluendum debitum præteritæ culpæ, & reſpectu huius exiſtẽs in charitate poteſt pro alio ſatisfacere. Item ad pręſtandum culpæ futuræ remedium, & reſpectu huius nõ.4.d.20.ar.4.o. fo.318

Pœnitentia, quo ad actum interiorem eſt a lege naturæ abſq; inſtitutione, quo ad exteriorem a lege Moiſi, quo ad determinatũ modũ in vtroq; eſt inſtituta, in noua lege, & ab hoc habet q̃ ſit ſacrm.4.d.22.ar.4.o.f.322

Pœnitentię ſacramenti partes eſſentiales, ſunt contritio, confeſſio, & ſatisfactio, nõ autem pœnitẽtię vt eſt virtus.4.d.16.ar.1.o. fo.309

Pœnitentię exterioris actus in ſacramẽto pœnitentię ſunt materiale elemẽtum generaliter ſumptum.4. d. 22. ar.3.ad pri. fo.322

Pœnitere aliquos vere in fine vitę ex Dei gratia interdum contingit, q̃q̃ talis pœnitentiæ veritas non eſt nobis manifeſta.4.d.20.ar.1.o. fo.317

Pœnitere de pctõ per ſe eſt bonæ voluntatis, ſed pœnitere per accidens poteſt ad malam voluntatem pertinere.4.d.50.ar.1.ad pri. fo.372

Ad perfectionem quæ eſt per intenſionem tenetur vnuſquiſq; tendere, q̃uis non teneatur eam habere, ſed ad eam quæ eſt ſecundum obta ſeu opera non tenetur ſimpliciter quis tendere nec eam habere, ſed non contẽnere, nec contra eam ſe firmare, & in caſu tenetur ad aliqua opera ſimilia perfectionis operibus.3.d.29.articu.4.o. fo.252

Periurium non eſt ſemper mortale, ſed poteſt eſſe veniale, graue tamen.3. d.39.q.1.ar.1.o. fo.270

Periurium per Deum per ſe eſt maius peccatum q̃ per creaturas, per accidens tamen poteſt eſſe econuerſo.3. d.39.q.1.ar.2.o. fo.270

Perſeuerantia, vt dicit propoſitũ perſiſtendi in bono, quædam ſpecialis eſt virtus, ſecundum vero q̃ dicit virtutum continuationem vſq; in finem, eſt quoddam earum accidens. 3.d. 36.ar.2.ad ſecun. fo.265

Perſona

Perſona diuina aſſumpſit, propriiſſime loquendo, humanam naturam. 3.d. 5.ar.1.o. fo.205

P ante I.

Pietas eſt donum. 3.d.34.q.2.articu. 4.c. fo.262

Pietas quæ eſt donum in honorando Deum accipit pro menſura Dei dignitatem, pietas vero quæ eſt latria aliquid humanum. ibi ad pri.

Pietatis donum correſpõdens iuſtitię, ex illa iuſtitiæ parte ſumitur quę ei quod maxime ſupremũ eſt debetur. 3.d.34.q.1.ar.2.ad ſecun. fo.260

Pollutio nocturna non eſt peccatum, ſed triplici ratiõe a cõmunione impedit. 4.d.9.ar.4.ad.1. fo.297

P ante O.

Potentiæ ſenſitiuæ in anima ſeparata nõ remanent actualiter, ſed radicaliter. 4.d.44.q.2.ar.2.o. fo.361

Potentius aliquid fuit ſecundum quid corpore Chriſti, non autem ſimpliciter. 3.d.16.ar.2.ad ter. fo.299

Poteſtas qua aufertur peccatum quod eſt obſtaculum introitus in regnum cœlorum, metaphorice dicitur clauis. 4.d.18.q.1.ar.1.c. fo.314

P ante R.

Præcepta legis naturalis neceſſarium fuiſſe dari populo, & in ſcriptum redigi quatuor rationibus probat. S. D. 3.d.37.ar.1.c. fo.266

Præcepta primæ tabulæ ſufficienter ſunt ordinantia in Deum, & ſecundę in proximum. 3.d.37.ar.2.c. fo.266

Præcepta omnia moralia, iudicialia & poſitiua ad ea quæ ſunt decalogi reducuntur. 3.d.37.ar.3.o. fo.267

Præceptorum diuinorum onera ſunt alleuiatiua, & ſanatiua, ac proinde imponenda infirmis. 3.d.37. articu 1. ad ſecun. fo.266

Pręceptum de multiplicatione ſeminis, non obligat ſemper & omni tempore. 4.d.26.ar.2.ad ſecun. fo.329. et d.33.ar.4.ad ſecun. fo.342

Pędicari de diuino ſuppoſito in Chri naturã, ſed diuerſimode. 3.d.11.art. ſto põt ea quæ vtrãq; conſequuntur 4.o. fo.219.et 220

Prælatus etiam ſi ſit actu malus, tamen ſecundum q́ prælatus eſt, eſt honorandus. 3.d.9.q.2.articu.2.c. & ad ſecundum. fo.216

Principiorum cognitio pertinet ad intellectum, & ad ſcientiam cognitio concluſionum. 3.d.33. articu.1. ad primum. fo.257

Priuatio duplex, altera ſimplex, vt cęcitas viſus, altera ſuper habitu contrario fundata, vt nigrum albi. 3.d.36. ar.4.ad pri. fo.265

Proles cuius parentes ſunt alter fidelis alter infidelis, ante perfectã ætatem fideli debet dari, etiam ſi alterius obſequio ad educationem indigeat. Poſt perfectam vero ætatem, liberũ eſt ei vtrum ſequi voluerit. 4.d.39. ar.3.ad ſecun. fo.351

Promiſſio quę ſponſalitia appellatur, abſolute ſit quatuor modis, ſub cõditione autẽ tribus, & iuxta eorum diuerſitatem ſtat vel nõ ſtat. 4.d. 27.arti.3.c. fo.331.et 332

Promiſſioni factæ Deo quæ appellatur votum, tria gradatim addenda ſunt, ne ſit quaſi nuda promiſſio. 4. d.38.ar.1.c. fo.347

Propinquitas naturalis diuerſimode variatur, perſona addita ſecundum alteram coniunctionem. 4.d.40.et 41.ar.2 ad quartum. fo.351

Proportio, ſecundũ cõmenſurationẽ

quantitatis, non eſt inter Deum, & creaturã, ſed cõmuniter ſumpta poteſt eſſe.3.d.29.ar.1.ad.2. fo.251
Ad propoſitionis veritatem ſufficit ꝙ prędicatum ſubiecto quocunq; modo conueniat, non autem ad hoc ꝙ propoſitio ſit per ſe.3.d.11. articu.4.ad ſecun. fo.220
Prouidendũ eſt ex charitate magis minus dilectis a nobis indigentibus, cũ magis dilecti ex affectu noſtris indigent auxiliis.3.d.29.ar.2.c. fo.251
Prudentia eſt media inter intellectuales & morales virtutes.3.d.33. artic.1.adprimum. fo.257

P ante V.

Puella poteſt religionem intrare, & cõtrahere matrimonium abſq; conſenſu parentum quia libera eſt.4. d.28. ar.4.ad tertium. fo.334
Punitiones animę arbitrati ſunt quidam errantes, ſecundum imaginariã viſionem debere accipi, ſicut accidit in ſomniis, qd Auguſt. magis inquirendo q̃ ſententiando dixit.4.d.44 q.2.ar.3.c. fo.362
In purgatorio venialia dimitti verius dicitur q̃ alr.4.d.21. ar.2.c. fo.319
Purgatorii pœna erit grauiſſima propter conditionem patientis. 4.d.21 ar.1.ad quartum. fo.319
Purgatorium ponere neceſſarium eſt ex diuina iuſtitia.4.d. 21.ar.1.c.f.319

Q ante V.

Quandiu homines poſſunt a miſeria liberari, debemus ex charitate eorum miſeriis compati, cum vero per diuinam iuſtitiam erunt in miſeria confirmati, non erit ex charitate compatiendum, ſed congaudẽdendum diuinę iuſtitię.4. d.50.art.4.ad ſecun. fo.379
Quanticunq; quis meriti ſit, ſi ordine careat, clauem vel poteſtatis vel ſcientię non habet. 4.d.19. articu.1. ad quartum. fo.316

R ante A.

Radii ſolares ſparſi per feces non inficiuntur quia nõ cõmunicant in materia.3.d.2.litera. fo 200
Ratio ſuperior Chriſti patiebatur dolorem vt natura, ſed nõ vt ratio.3.d.15.ar 3.c. fo.228
Rationes credibilium, vt dicit Ricardus, ſunt nobis ignotę, ſed notę Deo & beatis.3.d.24.ar.4 ad.2. fo.244
Rationis diſcretio in fine primi ſeptẽnii vigere incipit.4.d.27.artic.3.ad ſecundum. fo.332
Rationis actum ad momentum impediri propter aliqua alia bona, non eſt inconueniens.4.d.31.ar.3.ad ſecundum. fo.338

R ante E.

Recidiuans non tenetur priora confiteri peccata de quibus fuerat abſolutus ſemel.4.d.22.ar.2.c. fo.321
Redditio debiti matrimonialis nõ poteſt vergere in detrimẽtum ſpiritualis ſalutis.4.d.32.ar.2.ad.1. fo.339
Redimi per Chriſtum non cõueniret ei qui originale peccatum in inſtanti infuſiõnis animę non contraxiſſet.3.d.3. ar.1.c. fo.201
Remiſſio venialium quæ fit per aquã benedictam nõ requirit nouũ gratię habitum, nec fit per modũ ſacri.4.d.1.q.1.ar.5.ad.5. fo.275
Res in ſacra ſcriptura dr̃ fieri, cũ innoteſcit.3.d.18.ar.1.ad.3. fo.232
Reſtitutio nõ eſt pars ſatiſfactionis, ſed ad ſatiſfactionẽ præambulum. 4.d.15.ar.

15.ar.4.ad quin. fo.309

Reſurgere oportet oẽs naturales hominis partes, quę vero ſuperexcreſcunt membris non reſurgent. 4.d. 44.q.1.ar.1.o. fo.359

Non reſurgere idem numero, eſt hæreticum dicere.4.d.43.ar.2.o fo.357

In reſurgentibus idẽtitas numero erit miraculoſe diuina virtute.ibi ad.3.

In reſurgentibus,de idẽtitatis cõgruentia probabile eſt ꝙ quicquid eſt de veritate humanæ naturæ redeat ad ſuum locum, ſecus autem eſt de ſuperfluis. ibi ad quartum.

Reſurrectio Chriſti eſt noſtrę reſurrectionis cã exemplaris,& effectiua inſtrumentalis,nõ principalis vt Deus. 4.d.43.ar.3.o. fo.358

In reſurrectiõe omnes reſurgent in perfecta ætate & ſtatura,tamen ſecundũ quãtitatem ad quam vnũquęq; perduxiſſet natura,nullo exiſtente defectu aut errore. 4.d.44. q.1. articu. 2.o. fo.359

In reſurrectione omnia tollentur naturæ vitia; vt arbitrantur quidam, quorum ſententia rationabilior eſt, ꝙ aliter ſentientium.4.d. 44.q.1.articu.4.c. fo.360

Reſurrectionem futuram ponere,quatuor mouentia inducunt. 4.d.43.articu.1.c. fo.356

Reſurrectionis tẽpus cõuenienter ſic vt expectetur vſq; in finẽ mũdi.ibi ad.4.

S ante A.

SAcerdos leproſus põt ex deuotiõe in ſecreto celebrare, niſi adeo ſit corruptus ꝙ periculũ timeatur.4. d.9. ar.4.ad ſepti. fo.297

Sacerdos quilibet poteſtatẽ iuriſditionis habet in neceſſitatis articulo in abſoluendo oẽs,etiã a ſententiis excommunicationis inconſulto Epo,& ꝓprio ſacerdote.4.d.20,ar.2.o. f.318

Sacerdos tenetur cęlare peccatũ ſubdentis ſe ei in confeſſione. 4 d.21. ar.4.o. fo.320

Sacerdotes prohibentur ne interſint ſecundis nuptiis quia habent quandam turpitudinis ſpeciem. 4.d.42. ar.4. ad ſecun. fo.356

Sacramenta nouæ legis per nebulam deſignari docet.S.D.triplici rõne. Prolo. quarti. fo.274

Sacra poſt pctm̃ inſtitui neceſſariũ fuit 4.d.1.q.1.ar.2.o. fo.276

Sacramenta veteris legis quo ad opus operans iuſtificabant,nõ autem quo ad opus operatum per modum ſacramẽti,licet alii aliter ſenſerint. 4. d.1.q.1.ar.5.o. fo.277

Sacramẽta nouæ legis inſtituta ſunt iu in remedium contra morbum ſpiritualem.4.d 2.ar.1.c. fo.279

Sacramenta in veteri lege nõ erant diſtincta ſecundũ determinatos gratiæ effectus,ſed in quadã generalitate.4. d.1.ar.2.ad ſecun. fo.280

Sacramentales ſpecies in ſacro corporis & ſanguinis Chriſti,poſſunt nutrire.4.d.12.ar.3.o. fo.303

Sacramentalia manent cũ ipſis ſacramentis,quorum ſunt diſpoſitiones, & ſunt inſtitutione poſteriora, ꝙuis priora exequutione.4.d.2.arti.3.ad primum. fo.280

Sacramenti eſſe & poſſe totum tangitur neceſſario in eius forma. 4.d.7. arti.3.c. fo.291

Sacri cuiuslibet ꝓprius effectus dẽt ſumi ex ſilitudine effectus naturalis materię illius ſacri.4.d.12.ar.4.c.f.303

Sacramẽti nullius adminiſtratio ad laicos pertinet,niſi baptiſmatis pp neceſſitatẽ.4.d.23 .q.2.ar.1.c. fo.324

Sacris oibus cõe eſt ꝙ in ſenſibilibus rebus conſiſtant, & ſacris nouę legis eſt ſpeciale ꝙ ẽt conſiſtant in verbis. 4.d.1.q.1.ar.3,c. fo.276

In ſacramentis neceſſitatis non requiritur materiæ ſanctificatio, niſi ad ſolẽnitatem, ſed in iis quę ſunt perfectionis duplex etiam ad neceſſitatẽ ſanctificatio requiritur, altera añ vſum, & in vſu altera. 4.d.7.ar.2. in quæſtiuncula.o. fo.290

In ſacramento altaris ſunt accidentia ſine ſubiecto, omnia quidem ſine primo, & quædam, vt quantitas, ſine proximo.4.d.12.ar.1.c. fo.302

In ſacramento altaris vera fit fractio in ſpeciebus, non autem in corpore Chriſti.4.d.12.ar.2.o. fo.302

Sacramentorum ſeptem nouę legis ſufficientiam, & congruẽtiam S.D. aſſignat.4.d.2.ar.2.o. fo.280

Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum, vt a magiſtro diffinitur in litera, & eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, cuius ſimilitudinem gerit, & cauſa exiſtit, vt diffinit illud Auguſtinus.4.d.1 q.1.ar.1.c. fo.275

Sacramentum eſt ſignum rei ſacræ, & inquantum ſacra eſt, & inquantũ ſanctificat nos. ibi ad primum.

Sacramentum dicitur vnum, non vnitate abſoluta, ſed relatiua in ſignificando vnum vel cauſando.4.d.1.q.1.ar.3 ad pri. fo.277

Sacramentum nouæ legis, vt eſt inſtrumentũ diuinæ miſericordiæ eſt cauſa gratiæ inſtrumentaliter, quãtum eſt de ſe, cauſans diſpoſitionem neceſſariam ad illam, & oppoſitum dicere, eſt contra dicta ſanctorum.4.d.1.q.1.ar.4.o. fo.277

Aduerte ꝙ S.D. in 3.p. ſummæ hanc mutauit ſententiam, ampliorem ſacramentis vim attribuendo.

Sacramentum omne ſecundum aliquã ſui partem viſibile eſt.i. ſecundum ꝙ eſt ſacramentum tantum, ſed non ſecundum ꝙ eſt ſacramentum & res, nec ſecundum ꝙ eſt res tantum. 4.d.8.ar.1.ad.2. fo.292

Sacramentum ſanguinis Chriſti nõ niſi de vino vitis confici poteſt.4.d.11. articu.2.o. fo.300.

Sacramentum altaris cæteris paribus laudabilius eſt ſumere ꝙ̃ ab eo abſtinere.4.d.12.ar.4.ad ter. fo.304

Sacramẽtum altaris ſemper perficitur cõcurrentibus quatuor debitis, forma, materia, ordine, atq; intẽtione, quantũcunq; interueniat conſecrãtis malitia.4.d.13.ar.10. fo.304

Sacramentum non conficitur ſi aliqd de ſubſtantialibus omittatur, ſecus autem ſi de accidentalibus ſolũ, ꝗ̃ꝗ̃ grauiter peccat qui ea ſciẽter omittit.4.d.13.ar.2.o. fo.304

Sacramentum aliquod non eſſe inſtitutum a Chriſto inconuenienter dicitur.4.d.23.q.1.ar.2.ad.2. fo.313.

Sacramentum verum eſt in ſecũdis nuptiis, & ſignificatio in eis ſaluatur, quæ eſt de eſſentia ſacramenti, tamẽ cum aliquo defectu, ratione cuius ſubtrahitur ab eis benedictio, quãdo ſunt ex parte mulieris 4.d.42.ar.4 ad primum. fo.356

Saluari nullus vnquã potuit ſine fide Chriſti explicita vel implicita. 3.d.25.ar.2.o. fo.245

Sancti pro nobis orant & impetrant.4 d.45.ar.4.c. fo.364

In ſanctis omnibus ſunt omnia quæ pertinent ad ſpiritualis vitæ neceſſitatem, ſed nõ quæcunq; pertinẽt ad bene eſſe. In Chriſto vero ſunt oĩa 3.d.13.litera. fo.224

Sanctificatio Mariæ virginis in vtero ꝗ̃ꝗ̃ non legitur in aliqua ſcriptura veteris vel noui teſtamẽti expreſſa, nihilominus ex iis quæ ibi ſunt haberi põt.3.d.3.ar.1.ad 2. fo.201

Sanctificatus in vtero baptizari deberet, pp tres rõnes quas S.D. ponit.4 d.6.ar.1.in quæſtiun. fo.288

Sapiens aliquis dici pót, et ſi ſit malus. ſecundũ ſimplicem notitiam, ſed nõ ſecundum affectiuam. 3. d. 35. articu. 1. c. fo. 262
Sapientia diuina appellatur mulier ꝓpter fœcunditatem, nõ propter fragilitatem. 3. d. 1. litera. fo. 198
Sapientia ſecundum quã ſpiritualis iudicat omnia ponitur donum Spiritusſancti. 3. d. 35. ar. 1. c. fo. 262
Sapientia ſuper ſcientiam addit iudicium, & aliarum ſcientiarum ordinationem 3. d. 35. ar. 4. c. fo. 263
Satisfacere pro originali peccato difficilius eſt q̃ pro actuali. 3. d. 1. artic. 2 ad ſecundum. fo. 197
Satisfacere non poteſt homo in peccato mortali exiſtens, nec de peccato in contritione dimiſſo ſi in peccatũ incidat. 4. d. 15. ar. 2. c. fo. 308
Satisfacere pro peccato actuali poteſt pœna mortis pro Deo, ſed naturalis nequaquam. 4. d. 20. arti. 3. ad. 2. fo. 318, Et d. 21. ar. 2. ad. 2. fo 319
Satisfaciens in mortali iuxta eccleſiæ præceptum, non abſoluitur a reatu pœnæ peccato debitæ, quãuis a pœ pro eccleſię ſe abſoluat. 4. d. 15. ar. 2 ad quartum fo. 308
Satisfactio prout eſt gratia informata æquatur offenſę non pro æquiualentia, ſed ſecundum acceptationem diuinam. 4. d. 15. ar. 1. o. fo. 308
In ſatisfactione oportet hominem aſſumere pœnalia opera contra voluntatem ſuam in honorẽ Dei, vel aliũ de illatas pœnas volũtarie ſuſtineat 4. d. 15. ar. 3. o. fo. 309
Satisfactoria opera quædam iterari oportet ab eo qui ad gratiã redit, quędam vero nequaquam, vt quibuſdam diſtinguendum eſſe videtur. 4. d. 15. ar. 2. ad. 4. fo. 308
Satisfactoria opera ſunt eleemoſina, ieiunium & oratio. 4. d. 15. articu. 4. o. fo. 309

S ante C.

Scãdalum eſt dictum vel factum minus rectum, præbens alteri occaſionem ruinæ, & eſt aut actiuũ, aut paſſiuũ. 4. d. 38. ar. 3. ad ſcdo quæſita. o. f. 349
Scientia diuina & humana, non repugnant adinuicẽ ſicut fides cognitioni patriæ. 3. d. 14. articu. 1. ad tertium. fo. 225
Scientia eſt per reſolutionem in prima principia, quæ ſunt intellectui peruia. 3. d. 24. ar. 4. c. fo. 244
Scientia quo ad habitum in beatis & in dãnatis manebit, quo ad actum vero in beatis mutabitur, licet nõ forte in dãnatis, quantum vero ad modum deſtruetur in vtriſq;. 3. d. 31. arti. 4. o. Et litera. fo. 255
Scientia ſiue ſecũdum ꝙ eſt intellectualis virtus, ſiue ſecundum ꝙ eſt donũ, non eſt de diuinis. 3. d. 35. articu. 4. o. fo. 263
Scientia quę eſt donum non eſt quo ad ſubiectum altior mathematica. 3. d. 35. ar. 4. ad. 2. fo. 264
Scientia vt eſt habitus cognitionis, nõ eſt clauis, ſed vt eſt authoritas diſcernendi. 4. d. 18. q. 1. articu. 1. ad quartum. fo. 314
Scientiæ quantitas ſimpliciter attenditur ſecundum comparandi rationẽ ſciendi ad ſcibilia, & non ſecundum numerum ſcibilium tantum, 3. d. 14. ar. 2. ad. 1. in oppoſitũ. fo. 228

S ante E.

Semen in generatione operationẽ exercet in materiam ſibi coniunctam. 3. d. 4. ar. 2. ad ter. fo. 203
Semini conuenit ratio agentis coniuncti, ſed efficienti etiam ratio agentis

ſeparati.3.d.4.ar.1.ad.2. fo.203
Senes poſſunt cõtrahere matrimoniũ prout eſt in remedium concupiſcentię, non prout eſt in officium naturę.4.d.34.et 35.ar.1 ad.1. fo.343
Senſualitas dicitur ſerpens, & peccati principium quantum ad corruptionem fomitis, non quantum ad potentiam naturæ.3.d.17.articu.1. ad tertium. fo.130
Senſus circa altaris ſacramentum non decipiuntur in ſenſibilibus propriis vel cõmunibus, ſed ſolum in ſenſibilibus per accidens 4.d.12. articu. 2.c. fo.302
Seruitium quo ſeruimus Deo eam tantum libertatem exeludit quæ veræ virtuti opponitur 3.d 9.q.1.arti.1. ad primum. fo.214
Seruitus conuenienter ponitur matrimonii impedimentum, ſi tamẽ ſit incognita alteri coniugum.4.d.36.et 37.ar.1.0. fo.345
Seruus poteſt abſq; domini conſenſu emittere votum continentię. 4.d.38 ar.1.ad ter. fo.348
Sexus fœmineus eſt intentus a natnra vniuerſali, licet non a particulari. 4.d.44.q.1.ar.2.ad.3. fo.359

S ante I.

Signa aliqua manifeſta quæ ab omnibus cognoſcentur, ſecundũ Chriſti aduentum pręcedent. 4.d.48.q.2. ar.1.c. fo.369
Simoniacus dicitur hæreticus ſimilitunarie, & non proprie.4.d.25.q.2. arti.2.ad quartum fo.318
Simoniæ peccatum nec ſuſcipiendum impedit ſacramentum, nec ſuſceptũ tollit, poteſt tamen vltimam rem ſacramenti impedire.4.d.25.q.2.articu.2.c. fo.328
Per ſimoniam recipiens eccleſiaſticum beneficium, tenetur illud renunciare, & ad reſtitutionem omnium perceptorum fructuum eius.ibidem.

S ante O.

Sol & Luna in Chriſti aduentu obſcurari dicuntur ex comparatione maioris claritatis præſentis, ſ. Chriſti.4. d.48.q.2.ar.1.ad ſecun. fo.369

S ante P.

Spes, & charitas, quantum ad finis conſequutionem ſunt priores, & propinquiores ipſi fini q̃ fides. 3.d.23.ar.4 ad ſecundum fo.242
Spes eſt virtus. 3.d.26.ar.1.0. fo.246
Spes eſt in voluntate ſubiectiue. 3.d. 26.ar.3.0. fo.247
Spes non fuit in Chriſto, nec eſt in Angelis, nec in beatis, nec in dęmonibus, nec in dãnatis, ſed in viatoribus & animabus in purgatorio, & fuit in patribus in limbo. 3.d, 26. articu. 4.0. fo.247
Spiritualia pure nec vendi poſſunt, nec emi de facto, aut de iure, annexa vero rei corporali quæ ex tali vnione ſacra ſit, poſſunt de facto, de iure autem non, ſed annexa corporalibus manẽtibus corporalibus ſacris, & de iure et de facto, non tamẽ quãtum ad id quod eſt in eis ſpirituale. 4.d.25.q.2.ar.1.0. fo.328
Spiritus appellatur ſubtile corpus, & rurſus ſupræma pars animæ, vt mẽs, quę eſt imaginis Dei ſubiectum.3.d. 2.ar.3.ad ſecun. fo.199
Spirituſſancti virtus fuit agens conceptionem corporis Chriſti.3.d.3.articu.3.c. fo.202
Spirituſſanctus dicitur contuliſſe beatæ virgini potentiam generatiuam, quia actum potentię ei contulit. 3.d.3

3.d.3.litera. fo.202
Spirituſſanctus in incarnatione Chriſti exercuit ſeminis operationem, quaſi artifex operando in exteriorem materiam. 3.d.4. articu.2.ad tertium. fo.203
Spirituſſanctus non poteſt dici pater Chriſti, ſicut Maria mater. 3.d.4. ar.3.ad ſecun. fo.204
Sponſalia facta ante finem primi ſepténii non tenent. 4.d.27.articu. 3.ad ſecun. fo.332
Sponſalia in octo caſibus dirimuntur. ibi ad quartum.
Sponſalia non cauſant affinitatem, ſed aliquid ſimile, quod dicitur publicę honeſtatis iuſtitia. 4.d.40.&41.artic. 2.ad tertium. fo.353
Sponſus dicitur aliquis ab ipſo contracto matrimonio, cuius actus ſpódetur. 4.d.27.articu.3.ad tertium. fo.332

S ante V.

Subſtantia particularis quæ eſt in genere per prędicationem non per reductionem poteſt dici hypoſtaſis. 3.d.6.ar.1.ad pri. fo.208
Subſtantia quantum eſt de ſe non determinat ſibi locum magnum vel paruum. 4.d.10. articu.2.ad tertium. fo.298
Subſtantiua poſſunt prædicari ratione formæ & ratione ſuppoſiti. Hoc modo dicitur prędicatio per idétitatem, illo vero per denominationé ſeu informationem, & hęc prędicatio magis propria eſt, Adiectiua vero non poſſunt, niſi per informationem prædicari. 3.d.5.litera. fo.207
Superbia in auerſione ab incommutabili bono eſt omnis mali radix; Cupiditas vero in cóuerſione ad bonū cómutabile. 3.d.3 1.litera. fo.295
Quia ſuppoſitū diuinæ naturæ eſt in Chriſto et humanæ naturæ ſuppoſitum, ideo hæc propoſitio vera eſt & propria, Deus eſt homo, ſicut iſta, Petrus eſt homo. 3.d.7. articu. 1.c. & ad primum. fo.221

T ante E.

Tenebræ perpetuæ poſt iudicium, non erunt niſi in inferno. 4.d.48. q.2.ar.2.ad ſecun. fo.369
Terminus exaltationis Chriſti refertur ad perſonam, motus vero ad naturā 3.d.18.litera. fo.233
Terminus in prędicato poſitus tenetur formaliter, in ſubiecto vero materialiter. 3.d.22.ar.1.c. fo.239
Terra poſt iudiciū (vt dicitur) erit clara in ſuperficie exteriori ſicut vitrū, aqua ſicut criſtallus, aer vt cœlum, ignis vt cœli luminaria, vel etiā multo excellentius. 4.d.48.q.2.arti.2. ad quar. fo.370

T ante I.

Timor ſeruilis, charitate adueniente, non expellitur, niſi quantum ad ſeruilitatem. 3.d.23.articu.3.ad ſecundum. fo.242
Timor ſeruilis charitate aduenićte nó tollitur ſecundum ſubſtantiam, ſed tollitur eius imperfectio. 3. diſt.34 q.2.ar.2.o. fo.261
Timor filialis, & timor ſeruilis ſecundū ſubſtantiam ſunt vnus habitus, ſed vnus eſt perfectus, & alter imperfectus. 3.d.34.q.2.ar 1.o. fo.261
Timor ſonat in excellentiam ſecundū ꝙ importat reuerentiam ad Deum. 3.d.34.q.1.ar.2.ad quar. fo.260
Timor dicitur principium ſapientiæ eſſe diſpoſitiue, non cauſaliter. 3.d. 34. litera. fo.262
Timoris donum nó habet aliquod ſpeciale directiuum ꝙ quæ dirigunt in

aliis exequentibus donis. 3.d.34.q.1 ar.2.ad tertium. fo.260

T ante O.

Tota Trinitas operata eſt aſſumptionem humanæ naturæ, quæ tamen ad ſolum Filium terminata eſt. 3.d.1.arti.3.ad pri. fo.197
Totus interdum accipitur pro perfecto, totum vero neutraliter accipitur pro compoſito. 3. d. 22. litera. fo.240

V ante E.

VElatio virginum nullo modo debet præberi corruptis. 4.d.38.arti.3.ad ter. fo.343
Verba quę ſunt in ſacra ſcriptura multipliciter. S.D diſtinguit. 3.d. 38.ar. 2.ad quart. fo.269
Verbis conſecrationis corporis & ſanguinis Chriſti ineſt à Deo virtus efficiedi quod ſignificant, quæ in inſtanti perficit tranſmutationem. 4.d.8. ar.5.o. fo.294
Veritas prima eſt fidei obiectum, prout eſt non apparens. 3.d.23.artic.2. ad ter. fo.241. Et.d.24. articu.1.ad primum. fo.242
Veritas prima in omnibus articulis fidei eſt ſub æquali certitudine annunciata, ſed prima bonitas non eſt ab omnibus diligendis ęqualiter participata 3.d.29.ar.2.ad pri. fo.251
Vermis dănatorum non erit corporalis, ſed conſcientiæ remorſus, qui eſt pœna ſpiritualis, quam beati ſpirituali & non corporali viſione videbunt, prout videbunt omnia in verbo. 4.d.50.ar.4.ad ter. fo.374

V ante I.

Viator vnus poteſt ſcire de Deo quod alius credit. 3.d.24.ar.4.c. fo.244
Vicarius Chriſti non habet plenitudinem poteſtatis ſimpliciter vniuerſalem, ſed reſtrictam ad ea quæ ad cathedram pertinent. 3. d. 37. articu. 4.ad primum. fo.267
Videre aliquid in Verbo eſt maius ꝙ cognoſcere Verbum. 3.d.14. artic.2 c.ad ſecundum fo.225
Vinum ſine aqua in euchariſtiæ ſacramento conſecrari poteſt, ſed ſi conſecrans ſcienter aquam omittat peccat grauiter. 4.d.11.ar.4.c. fo.301
Vir fidelis, ſi aliqua ſpes probabilis eſt de infidelis vxoris conuerſione, non debet continentiæ votum emittere, nec ad aliud tranſire matrimoniū, ſi vero non ſit, poteſt vtrūq;, prius tamen requiſita vxore ꝙ conuertatur. 4.d.39.ar.3.ad.3 fo.351
Virum vnum plures habere vxores nō repugnat naturę hominis ex qua eſt animal, repugnat autem ꝙ vxor vna habeat plures viros. 4.d.33.artic. 1.c. fo.341
Virginitas poteſt quantum ad aliquid eſſe in coniugato. 3.d.36. artic.1. ad tertium fo.265
Virginitatis nomen ſignificat virtutē continentiæ, quæ nunquā in actum carnalis commixtionis proceſſit, cū propoſito perpetuo conſeruădi huiuſmodi ſtatum. 4. d. 33. articu. 4.c. fo.342
Virgo Maria, nec ante conceptionem, nec in conceptione ante infuſionem animæ, nec in ipſo inſtanti infuſionis animæ, ſed tantum creditur ſanctificata poſt animę infuſionem. 3.d. 3.articu.1.o. fo.201
Virgo Maria (vt pie creditur) reſurrexit glorificata in corpore & in ani

ma.3.d.3.ar.2.c. fo.201
Virgo Maria dicitur genuiſſe Chri-
ſtum ſicut miniſtrans materiam natu
ralem. 3.d.3. articu.3. ad ſecun-
dum. fo.202
Virgo Maria ab Abraham per carna-
lem concupiſcentiam deſcendit, nõ
autem Chriſtus. 3.d.3.articu 4. ad
tertium. fo.202
VirgoMaria bene mater Chriſti dicen
da eſt.3.d.4.ar.3.o. fo.204
Virgo Maria vouerat virginitatẽ ſub
conditione,ſi Deo placeret,& ita cõ
ſenſus eius in matrimoniũ neq; fuit
voto contrarius, neq; voluntatẽ vir-
ginitatis abſtulit.4.d.29.et 30. ar.4.
ad primum fo.336
Virtutes & dona p̄ hoc differre ꝙ vir-
tutes ad perfectionem potentiarum
dantur,dona autem in earum adiu-
torium,melius dicitur, q̃ vt dicunt
pleriq; alii. 3.d.34.q.1. articu.
1.c. fo.259
Virtutes ſunt ęquales quo ad habitũ,
ſed non quo ad vſum, nec quantum
ad dignitatis quantitatem,nec etiam
extenſionis per comparationem ad
obiecta.3.d.36.ar.3.o. fo.265
Virtutis difficultas nõ attenditur ſem-
per in labore operis, ſed in exceſſu
naturalis poſſibilitatis.3.d.27.ar.1.
ad tertium. fo.247
Virtutis cuiuslibet ratio eſt a charita-
te ſecundum Theologum. 3.d.36
ar.2.ad primum. fo.265
Virtutum principium eſt ratio vt ra-
tio,non vt natura. 3.d.33. articu.
3.o. fo.258
Virtutes theologicę ab inuicem diſtin
guuntur.3.d.26.ar.2.o. fo.246
Virtutes theologicę a cardinalibus di
ſtinguũtur.3.d.33.ar.1.c. fo.257
Virtutes gratuitas eſſe connexas ratio
ex tribus ſumpta comprobat. 3.d.
36.ar.2.c. fo.265
Virtutes cardinales ab inuicem diſtin-
guuntur ſecundum ꝙ cõcernunt ſpe
cialem materiam, ſed ſecundum ge-
nerales cõditiones virtutis quas no-
tant,nequaquam. 3.d.33. articu.
2.c. fo.258
Virtutes cardinales quę nos ordinant
in bonum ſocietatis terrenę, ſecun-
dum eſſe imperfectum ſunt in nobis
a natura,ſed ſecundum eſſe perfectũ
ab aſſuefactione. 3.d.33. articu.
3.o. fo.258
Virtutes morales ſunt circa paſſiones
& operationes directe ſecundum re
gulam rationis. 3.d.33. articu.
4.o. fo.258
Virtutes morales, quędam infuſæ, &
quædam acquiſitæ. 3.d.33. articu.
5.c. fo.259
Virtutes morales, quo ad actum quι
eſt circa ipſum finem manebunt in
patria.ibidem.o.
Virtutes polyticas,quę habent eſſe pfe
ctum eſſe cõnexas,triplex ſuadet ra-
tio.3.d.36.ar.1.o. fo.264
Viſio Dei eſt eſſentialiter beatitudo,
ſed dilectio & fruitio ſiue delectatio
concomitantur eam ſicut ſtabilien-
tes,& conſummantes, & decorantes
ipſam.4.d.49.ar.2.o. fo.371
Vitia ſunt ex parte auerſionis.i. quo
ad gratiæ ſubtractionem, & pœnam
dãni connexa,Quo vero ad conuer-
ſionem.i.quo ad pronitatem culpę,
& pœnam ſenſus,nequaquam. 3.d.
36.ar.4.c. fo.265

V ante N.

Vnctione extrema quinq; inungi ſen-
ſus quaſi de eſſentia ſacramenti eſt.
4.d.23.q.2.artic.2.ad ſecundo quæ
ſitum.o. fo.324
Vnctionis extremæ forma, ſpecialiter
propter tria in oratione conſiſtit.

4.d.23.q.1.ar.2.o. fo.323

Vnctiones extremæ ſacramentũ a Chriſto inſtitutum eſt,& ab Apoſtolis promulgatum,Forma vero eius, vel ab ipſo Chriſto,vel ab Apoſtolis deriuata eſt.4.d.23.q.1.articu.2.ad primum. fo.323

Vnctionis extremæ effectus primarius eſt ſanatio a reliquiis peccati,ſecundarius vero ſanatio corporalis, qui tamen non ſemper ſequitur. 4.d.23 q.1.arti.3.o. fo.323

Vnctionis extremę miniſter non eſt diaconus,nec aliquis eo inferior,ſed ſimplex ſacerdos. 4.d.23.q.2.articu.1.o. fo.324

Vnctionis extremæ ſacramentum non debet conferri ſanis, nec furioſis vel amentibus,neq; pueris.4.d.23.q.2.ar.2.ad primo quæſitum.o. fo.324

Vnctionis extremæ ſacramentum iterari poteſt ſecundum ꝙ ſtatus in vna aut pluribus infirmitatibus iteratur. 4.d.23.q.2.ar.3.c. fo.325

Vnio tripliciter accipitur.3.d.5.arti.3.c. fo.206

Vnio non fuit facta in natura, ſed in perſona diuina,cum Verbum naturam humanam aſſumpſit.3.d.5.art.4.o. fo.206

Vnio facta eſt in eſſe diuino prout eſt in perſona Filii,ſiue ſub proprietate filiationis,ſub qua non eſt in Patre. 3.d.6.ar.2.ad ſecun. fo.209

Vnio quæ facta eſt in Chriſto ſimpliciter eſt maxima vnionum,non autem ſm quid.3.d.6.articu.4.in quęſtiuncula. fo.210

Circa vnionem humanitatis & diuinitatis.S.D.tres opiniones ponit & declarat 3.d.6.litera præcedenti articulos. fo.207

Vniri dupliciter dicitur,vel vnum fieri,vel in vno fieri.3.d.5.articu.2.ad primum fo.205

Vniri alteri tribus modis poteſt tantum illud quod habet eſſe completum in quo ſubſiſtit.3.d.6.articu.1 ad ſextum. fo.208

V ante O.

Voluntas fixa in peccato, non eſt ſubiectum gratię ſuſceptiuum. 4.diſt.16.ar.4.c. fo.311

Voluntas naturalis in dãnatis eſt bona,deliberatiua vero bona eſſe non poteſt.4.d.50.ar.1.c. fo.372

Vos,& nos in hoc differunt, ꝙ vos dicit tu,& tu,vel te,& te,nos autem nõ ego,& ego,ſed ego,& tu , vel ego , & ille.4.d.3.ar.2.ad quar. fo.282

Vota principalia religionis, ſunt indiſpenſabilia.4.d.38. articu. 2. ad ſecundum. fo.348

Voti materiam oportet, eſſe aliquod bonum pertinens ad Dei ſeruitium. 4. diſtin. 38. articu. 1. ad ſecundum. fo.347

In voto poteſt Prælatus propter aliquam legitimam cauſam diſpenſare, vel ipſum votum commutare. 4.d.38.ar.2.o. fo.348

Votum continentiæ non poteſt vnus coniugum abſq; conſenſu alterius emittere. 4. diſtin. 32. articu.3.o. fo.339.et 340

Votum dicitur eſſe proprie loquendo de operibus ſupererogationis, ad quæ quis neceſſario non tenetur. Poteſt autem eſſe aliquo modo de iis quæ neceſſaria ſunt neceſſitate conditionata,De impoſſibilibus vero nequaquam. 4.d.38. articu.1.ad ſecundum. fo.347

Votum emittere nullus poteſt qui non eſt ſui iuris.4.diſtin,38. articu.1. ad tertium. fo.348

Votum ſimplex impedit matrimoniũ contrahendum, ſed non dirimit cõtractum & conſummatum, ſolenne vero facit vtrunq. 4.d.38. articu. 3.o. fo 349

V ante X.

Vxor in nullo tenetur viro, ſi poſt mortem reſuſcitaretur, niſi denuo cum ea contraheret.4.d.38. articu. 4.ad ſecundum. fo.349

Vxorem repudiare, ſicut habere concubinam contra naturæ legem eſt, non tamen ita ꝙ a Deo, qui author eſt legis matrimonii, non potuerit diſpenſationem habere, 4.d.33. articu.3.c. fo.342

Vxores plures habere virum vnum repugnat rationi ſicut id cum quo poteſt aliqualiter ſtare bonũ quod ratio intendit, non tamen ſicut id cũ quo nullo modo ſtare poteſt. 4.d.33.arti. 1.o. fo.341

Explicit index huius ſecundi tomi.

Errata quæ ex typographorum incuría ín hoc ſecundo tomo accídiſſe reperta ſunt.

Folio 198. colũna 2. linea.2. impropriam lege in propriam.
Fol. 215. col.4. lin.42. cęteris patribus.lege cęteris paribus.
Fol. 223. col.4. lin.41. extra neceſſitatem. lege extraueitatem
Fol. 234 col.4 lin.21 efficaciam,lege,efficientiam.
Fol.246 col.4 lin.33 eſt affectiuo,lege,eſt affectiui.
Fol.253. col.2 poſtilla ſecunda lin.7.habetur.lege non habetur.
Fol.277. col.4. lin.38 in formis.l.informis
Fol.279. col.4 l.5.et 6 oportet ſimpliciter,licet interſit morbus , non tamen ſimpliciter cognitus.Lege ſic,oportet,Similiter licet idem ſit mor bus,non tamen ſimiliter cognitus.
Fol.287 col.4 lin.28 Valentino.l. Valentiniano
Fol.289 col.3 lin.3 in adultis in quibus.l.in adulto in quo
Fol.295 col.1 lin.20 aut.l.vt
Fo.300 col.1 lin.21 non ſunt.l.non,ſed ſunt
Fol.309 col.3 lin.36 cum.l.tamen
Fol.310 col.3 lin.11 generet.l.genere
Fol.313 col.2 lin.6 intentionem.l. intenſionem
Fol.315 col.1 lin.26 principale.l.principalis.Et.c.2.li.15 et 16. in corrigilem.l.incorrigibilem
Fol.316 col. 1 lin.8 excōicato.l.excommunicati
Fol.318 col.4 lin.30 ſi defectus.l.niſi defectus
Fol.322 col.4 li.4.et 5 concratam.l.conſecratam
Fol.323 col.4 lin.7 Diffinitio.l.Diuiſio
ibidem.l.22.quædam.l.quendam
Fo.330. col.4 lin.15 ad matrimonium.l.ad mulierem
Fol.340 col.3 lin.1 nec fractor.l.nec eſt fractor
Fol.344 col.1 lin.33 redire ad perſonam.l.redire ad primam
Fol.349 col.1 lin.4 eſt propter.l.eſt ſemper
Fol.353. col.2 lin.30 huiuſmodi ſubiacent.l.hmōi non ſubiacent
Fol.355 col.1 lin.12 ꝙ genitus.l.quod generans
Fol.357 col.1 lin.36 communis.l.cōmunius
Fol.358 col.4 lin.23 ſed fruſtra per.l.ſed fruſtra eſſet
Fol.362 col.4 lin.29 ſi ęternarum.l.ſi temporalium
Fol.371 col.1 lin.26 inquantum voluntate.l.inquantũ voluntas
Fol.372. col.1 lin.25 modos quo.l.modos quibus

Scriptum D. Tho. de Aquino ordinis prædicatorum ſuper tertio ſententiarum ad Hannibaldũ Epiſcopum Cardinalem.

Prologus.

SI habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas, circunda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. Iob. 40. Infirmus homo in ſuę conditionis pricipio duplici dignitate præditus fuit, ſcientia. ſ. & virtute. Sciẽtia. ſ. vt Deum cognoſceret, & ſeipſum, necnõ & alias creaturas. Eccleſi. 17. Cor dedit illis. ſ. hominibus excogitãdi, & diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcientiam ſpiritus. Virtute vero, vt ſeipſum contineret, & alia gubernaret. Sap. 10. Eduxit illum de limo terre, & dedit illi virtutem continendi omnia. Per peccatum vero in vtroq; lęſus eſt: nam & virtus eius eſt infirmata. Sap. 9. Infirmus homo, & exigui tẽporis, & cognitio obſcurata. Iob. 14. Nos quippe inuoluimur tenebris. Vnde conuenienter ei ſubueniri non poterat, niſi per ſcientiam infallibilem & virtutem indeficiẽtem, quę eſt Dei Filius. 1. Cor. 1. Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam. Sapientia vero Dei ſecundum ſeipſam, propter eius altitudinem, eſt hominibus incognita. Eccleſi. 1. Sapientiam Dei præcedẽtem omnia qs inueſtigabit? Virtus vero diuina, ratione ſuæ immenſitatis, erat hominibus formidanda. Iob. 23. Nolo multa fortitudine contendat mecum, ne magnitudinis ſuæ mole me premat, & ideo vt homini conueniens adhiberetur remedium, voluit Dei Filius naturam humanam aſſumere, vt homo hominibus ſubueniret. Ipſe ergo qui in natura diuina eſt virtus, ſecundum humanam naturam eſt brachium, quo genus humanum eſt ſaluatũ. Eſa. 40. In brachio ſuo congregabit agnos. Luc. 1. Fecit potẽtiam in brachio ſuo. Pſal. 43. Brachium eorũ non ſaluauit eos, ſed dextera tua, & brachium tuũ. Sed ipſe Dei Filius, qui in diuina natura eſt ſapientia genita, Verbum Patris, ſecundum naturam aſſumptam voci cõparatur. Verbum enim in voce, eſt Filius in carne, vt Auguſt. dicit. Ipſe ergo Dei Filius incarnatus nobis oſtenditur cum dicitur. Si habes brachium ſicut Deus, & voce ſimili tonas. De qua voce Canti. ii. ſcriptum eſt. Sonet vox tua in auribus meis, & Pſal. 17. Intonuit de cœlo dominus, & altiſſimus dedit vocem ſuam. Et recte hac voce dicitur intonare, quia ante Chriſti aduentum diuinę ſapientiæ ſacramenta hominibus obſcure, & in quodam ſuſurrio proponebantur. Iob. 4. Porro ad me dictum eſt verbum abſconditũ, & quaſi furtiue ſuſcepit auris mea verba ſuſurrii eius. ſed per Chriſtum huiuſmodi ſacramenta clare ſunt hominibus patefacta. Matth. 28. Docete omnes gen. bap. eos &c. & in Pſal. 61. dicitur. Vox tonitrui tui in rota. Gl. Tonitrui. i. aperta in rota totius mundi. In Filio autem Dei incarnato tres ſubſtantiæ inueniuntur. ſ. diuinitas, corpus, & anima. Diuinitas quidem amicta eſt humanitatis decore, Pſal. 92. Dominus regnauit de. indu. eſt, ideo ad exprimẽdum incarnationis myſterium dicit. Circunda tibi decorem. De quo. ſ. humanitatis decore dicitur in Pſal. 44. Specioſus for. pręfi. ho. et ſpõſa in cantu. 1. Ecce tu pulcher

es dilecte mi,&decorus.Corpusvero ſub
limatum eſt in crucis patibulo.Ioã. 12.
Ego ſi exaltatus fuero a terra , oĩa tra-
ham ad me ipm,& Ioã. 3. dicitur. Sicut
exaltauit Moiſes ſerpentem in deſerto,
ita oportet exaltari filiũ hominis, Et in
huiuſmodi pręmium dotatus eſt incor-
ruptiõis gloria.Pſal.20.Gloriam,& ma
gnum decorem impones ſup eum.Quã-
tum ergo ad paſſiõis ſupplicium dicit,
In ſublime erigere.Quantum ad gloriæ
præmium, Eſto glorioſus. Anima vero
virtutibus,& gratiis ornatur.Ioã.1. Vi-
dimus eum quaſi vni.a Pa.ple.gratiæ, &
veri.Eſa.4.Appręhendent ſeptem mulie
res.i.ſeptem dona Spũſſancti virum vnũ
.i.Chriſtum:& ideo dicitur,Specroſis in-
duere veſtibus.Eſa.61. Induit me veſti-
mentis ſalutis,& indumento iuſtitiæ cir
cũdedit me.Prouer.31.Fortitudo,& de
cor indumẽtum eius.His etiam veſtibus
Chriſtus ſuam ſpõſam.i.fidelem animã
decorat.Ezech.16.Vnxi te oleo.ſ. gra-
tia Spirituſſancti, & veſtiui te diſcolori-
bus.i.variis virtutibus:Et de his per or
dinem magiſter in hoc.iii.tractat.ſ.de ſa
cramẽto incarnationis,de myſterio paſ-
ſionis,de virtutibus,& donis, quibus &
Chriſtus plenus fuit,& fideles animos re
plet. Diuiditur aũt liber iſte in partes
duas.In prima determinat de diuina in-
carnatione.In ſcda vero determinat de
virtutibus, & donis Filii Dei incarnati.
23.diſt.Pria diuiditur in duas partes.In
prima determinat de Dei incarnatione,
ſecundo proſequitur conditionem Filii
Dei incarnati.6.diſtin.Prima in tres.In
prima determinat de incarnatione,ex
parte aſſumẽtis,quis ſit,in ſecũda ex par
te aſſũpti qd ſit,diſt.ii.in tertia ex par-
te vtriuſq; cuiuſmodi ſit,diſt.5.Prima in
tres.Primo oſtendit incarnationem au-
thoritate Apoſtoli.In ſecunda oſtendit
quæ perſona fuerit incarnata,quæ inci-
pit ibi.Diligenter. In tertia vtrum Pa-
ter,vel Spirituſſanctus potuerit incar-
nari ibi.Si vero quæritur,quę diuiditur
in duas,quia primo oſtendit veritatem,
ſecundo obiicit in contrarium,& ſoluit
ibi.Sed forte aliqui. Illa pars quæ inci-
pit,Diligenter,diuiditur in tres. In pri-
ma oſtendit qualiter Filius fuerit incar-
natus.ſ.quia decebat Deum,vt in ſapien
tia,in qua omnia condiderat, ſicut dici-
tur in Pſal. 131. in eadẽ omnia reſtau-
raret.In ſecũda oſtendit quare Pater nõ
fuerit incarnatus,quia.ſ.non eſt ab alio,
ſicut Filius,quę icipit.ibi Iõ etiã Filius.
In tertia quare Pater, & Spirituſſanctus
non fuerit incarnatus,vt.ſ.idem eſſet in
diuinitate,& humanitate Filius,ibi. Sed
ſolus Filius in carne miſſus eſt. Illa pars
in qua obiicit in cõtrarium quę icipit,
Sed forte,diuiditur in duas.In pria obii
cit ꝙ Pater,& Spirituſſanctus incarnati
fuerunt,cum indiuiſa ſint opera Trinita
tis.In ſecunda reſpondet,quia incarna-
tionem eſt tota Trinitas operata, ſed ta
men eſt tantum ad Filiũ terminata, quæ
incipit ibi.Ad quod dicimus.

Diſtin. Prima.

Cum venit igitur ple

nitudo temporis &c.

Quęſtio vnica.

Circa partem iſtam quæruntur quinq;.
Primo vtrum Deus potuerit incarnari.
Scdo vtrũ cõgruũ fuerit eum incarnari.
Tertio vtrum vna perſona potuerit ſi-
ne alia incarnari.
Quarto vtrũ Pater, vel Spirituſſanctus
potuerit incarnari.
Quinto vtrum tres perſonę vnam po-
tuerint aſſumere naturam.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& vide In alio
tur ꝙ non fuerit poſſibilis incar- ſcript.
natio.Omne vnibile eſt poſſibile vt hic.
ad vnionem, omne autem poſſibile ad 4.con.
vnionem,

c.49. op.2 c. 6. vnionem, eſt per motum ſeu paſſionem ad vnionem reducibile a priori agente vel mouente. ſed Deo nihil eſt prius, nec mutari, nec pati poteſt. ergo non poteſt vniri. Praeterea. Quorum non eſt proportio non eſt poſſibilis vnio. ſed inter creatorem, & creaturam nulla eſt ꝓportio, propter diſtantiam infinitam. ergo non eſt poſſibilis eorum vnio. Praeterea. Magis conuenit creatura cũ creatura, quia in aliquo genere propinquo vel remoto, q̃ creatura cum creatore, quae in nullo conueniunt gñe. ſed Deus non poteſt facere ꝙ duo cõtraria, quorum vtrũq; eſt creatum, ſimul in eodem vniantur. ergo nec ꝙ creatura creatori. Contra. Non videtur maioris difficultatis duas perſonas in vna natura exiſtere q̃ duas naturas in vna perſona. ſed ſimul plures perſonae diuinae in vna natura exiſtunt. ergo ſimiliter plures naturę in vna perſona poſſunt vniri. Praeterea. Aut eſt ex defectu creaturae vel creatoris ꝙ non poſſint vniri. ſed nõ eſt ex defectu creatoris, quia ſic non eſſet ſũme perfectus, nec ex defectu creaturae, quia ſic non eſſet perfecta eius obedientia ad creatorem. ergo creaturae, & creatoris vnio eſt poſſibilis. Ad hoc dicendum eſt ꝙ quando aliquid eſt quod ſecũdum aliquid ſui ſonet perfectionem, & ſecundum aliquid imperfectionẽ, excluſo quod imperfectionis eſt, ſecundum id quod perfectionis habet, Deo eſt poſſibile, quia tantum id abſolute Deo eſt impoſſibile, quod implicat contradictionem, quia hoc nihil eſt quod in defectũ diuinae potentiae ſonat, quia diuina potẽtia deficere non poteſt. Vnio autem nõ niſi ratione partialitatis, & materialitatis reſpectu eius quod ex eis effectum eſt, imperfectionem includit, quia ratio partis & materiae eſt ratio imperfecti. Sed imperfectio incarnationi diuinae non conuenit. Hac igitur ſubtracta, incarnatio quae eſt diuinae perſonae ad humanã naturam vnio, Deo erit poſſibilis, non tamen ita ꝙ ex humana, & diuina natura aliquid vnum ſicut totum ex partibus conſtituatur, vt homo ex anima & corpore, & ideo cõcedendum eſt ꝙ Deus potuerit incarnari. Ad id quod obiicitur in cõtrarium, Quod vnibile eſt, eſt poſſibile ad vnionem, dicendum ꝙ Deus dicitur vnitus, non per relationem exiſtentem in ipſo, ſed in creatura, ſicut eſt de aliis relationibus temporalibus de Deo dictis. Vnde dicitur vnibilis, non per aliquam potentialitatem quae ſit in ipſo, ſed in creatura, & ſic nec per motum, vel paſſionem ſuam vnitur, ſed per motum, vel paſſionem creaturae. Ad ſecundum dicendum eſt ꝙ duplex eſt proportio. Vna ſecundum menſurationem quãtitatis ad inuicem: Vnde cum mẽſura ſit rei menſuratae, vel terminatae, erit tantum inter res finitas terminatas, & talis non poteſt eſſe inter Deum, & creaturam de qua procedit argumentum. Eſt alia proportio quae eſt ordinis habitudo, & hęc eſt inter res ordinatas ad inuicem, vt inter agens & patiens, inter formam & materiam, potẽtiam & actum, & hęc poteſt eſſe inter finitum & infinitum, quãdo finitum ad infinitum ordinatur, alioquin Deus non poſſet agere in creaturã, nec creatura pati a creatore, & talis ſufficit ad vnionem. Ad tertium dicendum, quod dupliciter aliqua conueniunt .ſ. in aliquo cõmuni, & iterum in ordinis habitudine. Maior autem, vel minor cõuenientia in vnitate alicuius communis non facit ad maiorem, vel minorem rationem vnionis in aliqua perſona: quia ſic magis eſſent vnibiles duę animę, quã anima cum corpore, quod eſt falſum. Sed maior & minor conuenientia in ordinis habitudine confert ad vnionẽ pſonae, ſicut apparet in anima & corpore. Vnde quãuis creatura magis conueniat

cum aliqua creatura in aliquo cōmuni, non tamen ſequitur ſi non poteſt vniri cum aliqua creatura, ꝙ non poſſit vniri cum creatore.

In alio ſcript. vt hic. 3.p.q. 1.ar.1. o.4 cō. c. 40. 49.53. 54. & 55.op. 2.c.5. Op. 3. tract. 2 c.15.16 & 17. Io.1.l. 7.o.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non congruat Deū incarnari: Natura.n.humana, cum ſit finita, Deus poteſt facere aliquod maius. ſed eo quod ſe maius eſt, poteſt humana natura reparari, vt videtur, ꝑſertim ſi a Deo ſit hoc ordinatum. ergo non fuit aliqua neceſſitas incarnationis diuinæ propter reparationē generis humani. Præterea. Qui poteſt ſatisfacere de maiori peccato, poteſt de minori. ſed peccatum actuale eſt maius q̄ originale, cum plus habeat de ratione voluntarii ſine qua non eſt ratio peccati. cum ergo homo poſſit pro mortali ſatisfacere, multofortius poteſt pro originali, & ſic idem quod prius. Præterea. Sicut eſt vitupabile nimia elatio, ita & nimia humiliatio. ſed tanta eſt humiliatio quādo Deus ſit homo quanta eſt elatio qn̄ homo appetit eſſe Deus. ergo cum nullum vituperabile Deum deceat, non decet Deum eſſe hominem. Ad oppoſitum. Infinitam potentiam, ſapientiā, bonitatem, decet ſe per effectum infinitum manifeſtari. ſed nullus effectus Dei infinitus eſt, ſed ſolus Deus. ergo congruit vt effectui ſuo conferret vt eſſet Deus. Prçterea. Sapien.8.dicitur. Sapientia vincit malitiam. ſed per malitiam propriam, & diaboli humanum genus deiectum eſt, quantum deiici potuit. ergo p ſapiētiam debuit exaltari quātum exaltari potuit. ergo natura humana vniri debuit filio Dei, quia ſic exaltata eſt q̄tū potuit exaltari. Ad hoc dicendum ꝙ potiſſima ratio quare Deus incarnatus eſt, ſecundum ſanctos, ſiue ſecundum cōgruentiam, eſt reparatio generis humani. Vnde poſt lapſum decuit Deum incarnari ne nobiliſſima creaturarum, videlicet homo fruſtraretur ſuo fine.i.beatitudine, ad quam creata erat, qua ſe priuauerat per peccatum: Cum enim, ſecūdum Anſel. homo teneretur ſatisfacere de peccato, & ſatisfacere non poſſet, cū peccator ad ſatisfaciendū indignus reddatur, nec etiam alia creatura, quia totum ſuum eſſe Deo debet, nedum pro alio aliquid ſoluere poſſit, ideo ad hoc ꝙ ſatisfacere deberet, & poſſet, decebat eum eſſe Deum, & hominem; Deum, vt poſſet, hominem, vt deberet. ergo poſt lapſum decebat Dei Filium incarnari.

Ad illud ergo quod obiicitur in contrarium, dicēdum eſt ꝙ nulla res particularis creata poterat fieri melior, q̄ tota humana natura, quę habet quandam rationem infinitatis, ex hoc ꝙ eſt in infinitum communicabilis per generationē. Hoc autem ꝙ ſatisfacit, oportet aliquid particulare eſſe, cum ſatisfactio ſit per actionem quæ non eſt niſi rei particularis. Præterea. Dato ꝙ melior ſimpliciter fieret, quia creatura eſſet, totum quod poſſet per ſe Deo deberet. vn̄ non relinqueretur ſibi ꝙ pro alio ſatisfacere poſſet. Prçterea. Cum in ſtatu primo homo acceperit quędam quæ ſunt ſupra naturam ſuorum principiorum.ſ. impaſſibilitatem, & originalem iuſtitiā, perfecte cum reparare eſt ad gradum ſuper naturam ſuam eleuare, & ideo hoc ſolum conditori naturę fuit poſſibile, qui naturas inſtituit, & in ea gradus ordinauit. Ad ſecundum dicēdum, ꝙ q̄uis peccatum actuale habeat plus de voluntario q̄ originale, tamen originale priuat maius bonum.ſ.bonum naturæ, quæ potentior eſt q̄ perſona, cuius bonum per peccatum actuale priuatur. Peccatum autem habet remediū ex parte boni quod aufert per ſatiſfactionem quæ eſt quædam redditio debiti. Sed ex parte culpæ, quam ratione voluntarii

3 p. vbi ſu. ar. 4 o. opu 10. art 28. op 11. ar 23.

ſequitur,

ſequitur,habet remedium per gratiam, & ſic eſt difficilius ſatisfacere pro originali ꝙ̄ actuali. Vel dicendum,ſecundum alios,ꝙ non ſufficit purus homo ſatisfacere de mortali,niſi præſuppoſita fide paſſionis Chriſti ex cuius virtute ſatisfactio efficaciam habet. Ad tertium dicendum ꝙ hominem appetere eſſe Deũ, eſt ex prẹſumptione,& ideo eſt peccatũ, ſed ꝙ Deus ſit homo eſt ex charitatis amore,& ideo non eſt vituperabile.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q.2.ar 1.3.p. q.3.ar 4.o.

TErtio quæritur,vtrum vna perſona poſſit ſine alia incarnari, & videtur ꝙ non. Sicut eſſentia eſt vna trium perſonarum,ita & operatio. ſed aſſumptio eſt operatio Trinitatis. ergo oĩum erit vna aſſumptio.ergo omnes aſſumẽt vnam naturam. Prẹterea. Dicit Damaſc.ꝙ in diuinis omnia vnum ſunt, præter generationem, & ingenerationem, & proceſſionem.ſed incarnatio Dei nullũ horum eſt.ergo cum tres perſonæ communicent in incarnatione,& ſit vna incarnatio,incarnabuntur reliquẹ. Prẹterea. Maior eſt vnio quæ eſt per gratiam vnionis,ꝙ̄ quæ eſt per gratiã adoptionis.ſed per gratiam adoptionis nõ poteſt alicui vniri vna pſona ſine alia. ergo nec per gratiam vnionis,& ſic non poteſt vna ſine alia incarnari. Contra. Maior eſt diſtinctio rei,& rationis,ꝙ̄ quẹ eſt rationis tantum.ſed diſtinctio perſonarum eſt diſtinctio rei,& rationis. ergo maior eſt ea quẹ eſt pure rationis. ſed Deus omnia quæ creat non creat vna ratione.ergo cum vna pſona incarnatur, non oportet ꝙ reliqua incarnetur. Præterea. Incarnatio includit in ſuo intellectu miſſionem.ſed poteſt vna pſona mitti ſine reliqua. ergo poteſt vna pſona incarnari ſine reliqua. Ad hoc dicendum eſt ꝙ quando aliqua duo in aliquo cõueniunt,& in aliquo differũt, ſi aliquid vnitur alicui eorum rõne eius in quo conueniunt, oportet ꝙ reliquo vniatur:non autem ſi ei vnitur ratione eius in quo ab alio diſtinguitur.Cum igitur perſonẹ diuinæ vniantur in eſſentia & diſtinguantur in proprietate pſonali, non oportet ꝙ ſi vni earum vniatur aliquid in perſona, ꝙ reliquæ vniatur, & ideo,cum natura humana ſit vnita Filio in perſona,non in natura,non propter hoc oportet ꝙ alii vniatur. Ad illud ergo quod in contrarium obiicitur dicendum ꝙ aſſumere,duo importat,videlicet operationem & terminum operationis,ꝙ̄uis autẽ in operatione tota Trinitas ſit operata aſſumptionem,tamẽ eſt ad ſolum Filium terminata. Ad ſecundũ dicẽdũ ꝙ incarnatio gñonem includit in ſuo intellectu,quæ proprietas pſonalis eſt ĩ pſius Filii,quia facta eſt icarnationis vnio in perſona Filii,quæ per generationem conſtituitur, ꝙ̄uis incarnatio non ſit eius ẹterna generatio. Ad tertium dicendum,ꝙ vniri perſonã per gratiam adoptiõis,eſt ẽam per eius effectum vniri,in quo tota Trinitas communicat:Et ideo tota Trinitas vnitur. Sed vniri per gratiam vnionis eſt vniri in perſona,cuius perſonalis proprietas non eſt toti Trinitati cõmunis, & ideo non oportet ꝙ tota Trinitas uniatur.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q.2.ar. 3.3.p. q.3.ar. 5.o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ Pater carnem aſſumere non potuerit:Minimum enim inconueniens, ſecũdum Anſel.eſt Deo impoſſibile. ſed, ſi Pater carnẽ aſſumeret,ſequeretur inconueniens,vt.ſ.eſſent in Trinitate plures Filii.ergo Pater carnẽ aſſumere non potuit. Præterea. Oppoſita non poſſunt coniungi in eodem.ſed innaſcibilitas,quæ eſt proprietas Patris,opponitur natiuitati,per quam Filius de virgine carnem ſumpſit. ergo pater nõ potuit carnem aſſumere. Præterea. Miſſio Filii,vt ĩ litera dicitur,eſt ipſa incar-

natio.ſed pater non poteſt mitti, vt dicit Auguſt.in lib.de Trini. ergo nec incarnari. Sed contra. Humana natura non magis diſtat a patre ꝙ̃ a Filio. Si ergo potuit vniri Filio, ſimiliter potuit vniri,& patri. Præterea. Eadem dignitas eſt patris & Filii.ſed poſſe aſſumere carnem ad dignitatem Filii pertinet. ergo & patri competit. Reſpon. Dicẽdum ꝙ dupliciter dicitur Deus aliqd poſſe. Vno modo de potentia abſoluta .ſ.ſecundum ſe conſiderata,& ſic poteſt omne illud quod contradictionem non implicat,& quod non vergit in defectũ potentiæ facientis: quod enim contradictionem implicat fieri non poteſt, eo ꝙ ſeipſum deſtruit,defectus autem in diuinam potentiam non cadit. Alio modo dicitur Deus poſſe aliquid de potentia ordinata.i.conſiderato ordine diuinæ ſapiẽtię, & ſic Deus dicitur poſſe oẽ illud quod ordinatum eſt per ſuam ſapientiam, vel ordinari poteſt: qd enim de ſe inordinationem dicit Deo non eſt poſſibile,ſicut peccare,eo ꝙ ordinatum non poteſt eſſe. Quod vero de ſe inordinationẽ non dicit poteſt eſſe ordinatũ, & ideo a Deo fieri poteſt, ꝗuis forte diuina ſapientia aliter ordinauerit, ſicut non eſt impoſſibile Deo ſaluare aliquẽ, quãuis non ſit prædeſtinatus.Patrem autem incarnari,neq; contradictionem implicat,neq; defectum aliquem patris ſonat:Vnde eſt poſſibile de potentia abſoluta.Similiter ẽt nõ importat de ſe aliquam inordinationem, quãuis non ſit ordinatum a diuina ſapientia vt ita fiat, & ideo etiam de potentia ordinata eſt poſſibile patrem incarnari: nõ quia ita ordinatum ſit,ſed quia ita per diuinam ſapientiam ordinatum eſſe poteſt,& eadem ratio eſt de Spirituſancto. Rationes vero quare magis congruum fuit Filium incarnari in litera tanguntur. Ad primum ergo dicẽdum,ꝙ eſſe duos Filios in Trinitate ab ęterno eſt de ſe inconueniens, & ſimpliciter impoſſibile:vergeret enim in confuſionem perſonarum. Sed eſſe in Trinitate vnum Filium ab æterno in deitate,& alium ex tẽpore in humanitate non eſſet inconueniens, ſi ita fuiſſet per diuinam ſapientiam ordinatum,& propterea pater potuiſſet carnem aſſumere, ſine hoc quod Filius eſſet ſicut Adam carnem habuit, & Filius non fuit. Ad ſecundum dicẽdum,ꝙ innaſcibilitas patris opponitur natiuitati ęternę,non autem natiuitati temporali quæ eſt reſpectu alterius naturæ, & ꝓpterea ſine natiuitate poſſet carnem aſſumere, vt dictum eſt. Ad tertium dicendum, ꝙ incarnatio Filii dicitur miſſio,quia ipſe eſt ab alio. Patris autem incarnatio,ſi foret,miſſio nõ eſſet,quia ipſe pater ab alio non eſt.

Articulus quintus.

AD quintum ſic proceditur, & videtur ꝙ tres perſonę non poſſint aſſumere vnam naturam: Si enim tres perſonæ aſſumunt vnam naturã humanam,aut in vnitate quæ teneat ſe ex parte aſſumentis,vel aſſumpti. ſed non poteſt eſſe in vnitate aſſumentis,quia illa vnitas vel eſt naturæ vel perſonæ. nõ poteſt eſſe vnitas naturæ inquantum cõueniunt perſonæ,quia ſic tranſiret natura in naturam,nec vnitas perſonę,quia ſic tres perſonę eſſent vna perſona,nec poteſt eſſe ex parte aſſumpti, quia aſſumere eſt ad ſe ſumere.oportet igitur ꝙ aſſumatur in alterius vnitatem.cum ergo non ſit aliqua vnitas in qua poſſit vna natura a tribus perſonis aſſumi,tres perſonæ non poſſunt vnam naturã aſſumere,& hoc eſt quod Anſel.dicit in lib. de concep.virg. Plures perſonæ nõ poſſunt aſſumere vnum eundem hominem. Præterea. Vniens & vnitum communicant ſibi in idiomate,vt dicit Damaſ. ergo ſi tres perſonæ aſſumunt vnam naturam

In alie ſcript vt hic. q.2.ar. 4.3. p q.3.ar. 6.o.

turam humanã, vnus homo erit pater, & Filius, & Spirituſſanctus. ergo pater eſſet Filius & Spirituſſanctus, & ecõuerſo, quod eſt impoſſibile, quia ſi ſic, eſſet confuſio idiomatum. ergo impoſſibile eſt ꝙ vna natura ſumatur a tribus. Præterea. Si tres perſonę aſſumerent vnũ eundem hominem, aut vnica aut pluribus vnionibus. ſed nõ vnica, quia ſic in vna natura cõueniunt diuina in qua nõ eſt facta vnio, nec pluribus, quia ſic eſſent plures incarnationes. ergo impoſſibile eſt ꝙ vna natura perſonis pluribus vniatur. Contra. Gratia imitatur naturam. ſed naturaliter tres perſonæ cõueniunt in vna diuina natura. ergo per gratiam vnionis poterũt in natura vna humana conuenire. Præterea. Humana natura habet ꝙ ſit aſſumptibilis, ex eo ꝙ eſt ad imaginem. ſed ſimul eſt triũ perſonarum vna imago. ergo ſimul poteſt a tribus aſſumi. Ad hoc dicendum, ꝙ aſſumere eſt aliquid adſe ſumere, ſicut dictum eſt. Si ergo tres perſonę aſſumerent naturam humanam, oporteret ꝙ in ſuamvnitatem aſſumerent: Iſta autem vnitas non põt eẽ niſi vel vnitas naturæ cõmunis, hoc eſt diuinę, & hoc eſt impoſſibile, quia ſic natura tranſiret in naturam. Aut vnitas propria vniuſcuiuſ<u></u>ꝙ, quę eſt vnitas perſonalis, & ſic in ꝓpriã vnitatem vniuſcuiuſ ꝙ perſonæ poſſet ipſam quęlibetperſona aſſumere, loquẽdo de potentia abſoluta, quia non eſt maioris põtẽtiæ Filius ꝙ̃ pater, vel Spirituſſanctus. Sed non eſt de potentia ordinata, qua aliquid ordinatum eſt, cum vnius perſonæ incarnatio ad reparationem mille mundorum ſufficeret ſecundum ordinem diuinæ ſapientiæ .ſ. qua aliquid ordinari potuit: quãuis alii contrariam opinionem teneant propter rationem primo poſitam. Ad primum ergo dicendum eſt ꝙ ſi aſſumerent vnam naturam tres perſonæ in vnitatem perſonæ, non oporteret ꝙ eſſent vna perſona, quia aſſumerent in propriam pſonæ vnitatem, ſecũdum quã quælibet eſt vna, etiam ab alia diſtincta: & quod dicit Anſel. ꝙ non poſſunt aſſumerevnum hominem, intelligendum eſt vnum hominẽ .i. vnam perſonam humanam, & nõ vnã naturam. Ad ſecundum dicendum, ꝙ cõmunicatio idiomatum intelligitur reſpectu naturę alterutrius, vnde prędicta poſitione facta, hic homo non communicaret filio in idiomate patris, ſed ſolum in idiomate humanæ naturæ.

Ad tertium dicendum ꝙ vnio ſecundũ rem prout relatio eſt, eſſet vna ex parte humanæ naturæ, quia accidẽtia eiuſdẽ ſpeciei impoſſibile eſt in eodem multiplicari ſecundum naturam: ſed ſecundũ rationem intelligentem tres perſonas hac relatione referri ſecundum pluralitatem perſonaꝶ, eſſent plures ex parte ipſarum perſonarum.

Expoſitio tex.

Plenitudo temporis.

Sciendum ꝙ tempus incarnationis dicitur plenitudo temporis literaliter intelligendo, quia tempus præfinitum a Deo de incarnatione impletum eſt. Factum eſt de muliere &c. Chriſtus dicitur factus de muliere, non ſecundũ diuinam naturã, ſed ſm humanã, ſm quã eſt natus de muliere, & mulier nõ importat hic corruptionem, ſed ſexus deſignationem. *In alio ſcript. vt hic. Gal. 4. l. a. co. 1.* Factum ſub lege &c. Sciendum ꝙ Chriſtus non dicitur eſſe ſub lege quantũ ad metum legis, vel quantum ad cauſam, quia ſic omnes in peccato nati ſunt ſub lege, ſed quantum ad obſeruantiam legis. Vt eos qui ſub lege erant redimeret &c. Chriſtus dicitur eos qui ſub lege erant redimere, quia eis prędicauit non quin venerit ad alios redimendum. Hęc eſt mulier euangelica de qua Luc. 15.

Sciendum ꝙ diuina ſapientia mulier dicitur non propter fragilitatem,ſed propter fęcunditatem.Eccleſi.24. A generationibus meis implemini: Nec eãdem Trinitatem in ſpecie columbę &c.Sciēdum ꝙ columba illa poteſt dupliciter conſiderari,vel inquantum res eſt quędam,& ſic pertinet ad totam Trinitatē vt eius effectus,vel ſecūdum ꝙ eſt ſignū, & hoc modo tãtum ad Spiritumſanctū pertinet,cuius inuiſibilis miſſio deſignatur per aduentum columbę.

Diſtin. Secunda.

Et quia in homine tota humana natura &c.

Diſtinctio tex.

Poſtq̃ determinauit magiſter de incarnatione ex parte aſſumentis,hic intendit determinare de ea ex parte aſſumpti, & diuiditur in partes tres.In prima oſtēdit quid ſit aſſumptum,in ſecūda quale fuerit quod fuit aſſumptum,in tertia oſtendit quo agente aſſumptum formatum ſit,quarta diſt.ibi.Cum vero incarnatio verbi &c.Prima in duas:quia primo oſtēdit quid ſit aſſumptum,quia humana natura integra ex ſuis partibus conſtat: in ſecūda determinat ordinem aſſumptionis.ibi. Aſſumpſit Filius Dei animam, & carnem &c.Prima in duas.In prima oſtēdit humanam naturam integram ex ſuis partibus eſſe aſſumptam:in ſecunda excludit errorem,ibi. Errant igitur &c. Aſſumpſit Dei Filius animam, & carnē. Diuiditur hæc pars in duas. In prima oſtendit ordinem naturæ:in ſecūda ordinem temporis.ibi.Si autem quęritur.

Articulus primus.

Quęſtio vnica.

In alio ſcript. vt hic. 3.p.q.

HIc quęritur primo,vtrum humana natura fuerit præ aliis aſſumptibilis,& videtur ꝙ nō,quia deo a creaturis infinite diſtanti non magis approximat vna creatura q̃ altera,quia infinito nihil eſt maius. ſed non niſi propter maiorem propinquitatem aliquid dicitur magis alio aſſūptibile . ergo omnes creaturæ ſunt ęqualiter aſſumptibiles.

4.2 r. 1. 0.4 cō c. 55. ad.3 & ad 4.

Præterea. Sicut dicit Auguſt. ad Voluſianum.In rebus mirabilibus tota ratio facti eſt potentia facientis.ergo non eſt maior ratio ex parte aſſūpti quare vnū ſit magis reliquo aſſumptibile. Præterea. Sicut ait Greg. Quanto in angelo natura eſt ſubtilior,eo magis ĩ illo imago Dei inſinuatur expreſſa. cum ergo ꝑ imaginem aliquid habeat ordinem ad aſſumptionem, angelica natura magis eſt aſſumptibilis q̃ humana. Sed contra. Deus facit ſemper quod melius eſt, & magis congruum.cum ergo aſſumpſit humanam naturam.ergo maiorem habuit congruitatem ad aſſumptionem. Præterea. Aſſumptio eſt actus diuinæ perſonæ habentis diſtinctionem ſecundum originem.ſed nulla natura creata habet perſonam diſtinctam origine,niſi natura humana. ergo eam magis conuenit aſſumi q̃ aliam naturam. Reſpon. Dicendum ꝙ aſſumptibile dicitur aliquid eo ꝙ poteſt aſſumi : indicat enim potentiam creaturæ ad aſſumptionem: Hæc autem potentia eſt tantum obediētiæ.Cum ergo omnis creatura inęquali obedientia ſe habeat ad ſuum creatorē: Deus omnem creaturam ęqualiter poterit aſſūmere,loquendo de potētia abſoluta , ſecundum quã poteſt quicquid eſt aliquid,& quod defectum potentiæ non ſonat.Loquendo autem de potentia ordinata,ſic deus dicitur poſſe,quod congruit ordinationi ſuæ ſapientiæ,& hoc modo aliqua creatura dicitur alia magis aſſumptibilis,& quia maiorē congruitatem habet ad aſſumptionē,& hoc modo natura humana eſt pręalijs aſſūptibilis,cum congruitatem habeat præ aliis quãtum ad tria quæ in aſſumptione

ne requiruntur. Primo quia in eo expreſſior ſimilitudo inuenitur q̃ in aliis creaturis: In creaturis enim irrationalibus eſt tantum ſimilitudo veſtigii, in angelis autem, & ſi ſit ſimilitudo imaginis ſicut in homine, non eſt tamē ita expreſſa ſimilitudo, quantum ad aliqua accidētalia, ſicut ꝙ anima eſt in toto corpore tota, vt Deus in mundo, quāuis forte quo ad eſſentialia in angelis ſit ſimilitudo expreſſior. Secundo quantum ad terminum aſſumptiōis, quia illa aſſumptio terminata eſt in perſonam diſtinctā origine: nulla autem creatura habet talem perſonalitatem niſi natura humana, & ideo ipſa eſt magis aſſumptibilis. Tertio quātum ad finem aſſumptionis quia ſic pfectio vniuerſi dicitur finis aſſumptionis præcipuus: Cū.n. ipſa vltio ſit creata cum Deus ipſam aſſumpſit, principium creaturarum vnitum eſt vltimæ creaturæ: Et ideo in hac aſſumptione relucet figura orbicularis quæ maxime eſt perfecta, & ob hoc naturam humanam congruit magis aſſumi, & ipſa natura humana conuenit cum omni creatura: vñ homine vnito, quodāmodo omnis creatura vnita eſt. Sicut ſi dicatur finis aſſumptionis liberatio a peccato, quia in irrationali creatura peccatum non erat, in angelo vero erat ſed irremediabile, in homine vero remediabile, ideo natura humana, ſecūdum hoc, debebat aſſumi. Ad primum ergo dicendum, ꝙ diſtantia Dei, & creaturę infinita eſt ex parte Dei, & ſic nulla eſt ea maior: Nihil enim pōt eſſe magis diſtans a creatura, q̃ Deus. ſed ex parte creaturæ eſt finita, quia eē creaturę eſt finitum, & ideo ex hac parte, vna creatura inuenitur magis diſtans q̃ alia a Deo, & eſt ſimile ſicut ſi intelligamus duas lineas quarum vna ſit finita, & alia infinita. Ad ſecundum dicendum, ꝙ omne factum, reſpectu potentiæ abſolutæ, æqualiter poteſt fieri a creatore. Reſpectu tamen potentiæ ordinatæ, ſecūdum quā facit quod cōgruit, ordinationi ſuæ ſapientiæ, magis congruit ꝙ ex vna fiat quod vult facere creator q̃ ex alia, ſicut iam dictum eſt in ſolutione problematis. Ad tertium dicēdum, ꝙ diuina natura tripliciter cōſideratur. Vel in ſe, vel in perſona diſtincta proprietate originis, vel prout eſt exemplar vniuerſi. Primo modo angelus eſt magis ad ſimilitudinem imaginis, cum eius natura ſit ſimplicior, & ſubtilior. Secundo modo, & tertio natura humana magis facta eſt ad ſimilitudinem imaginis, quia ſic habet inter creaturas tantum perſonam diſtinctam ratione originis, & habet participationem cum omnibus vniuerſi partibus.

Quod h. c. S. D. ſub dubio uī relinquere appo nendo ly forte aptiſſime aſſerit. p. p. q. 9 ȝ. ar. ȝ. o.

Articulus ſecundus.

SEcundo quæritur, vtrum totam naturam humanam aſſumpſerit, & videtur ꝙ non: Creatura enim, ex hoc ꝙ eſt ad imaginem, habet ordinem ad aſſumptionem: in carne. n. eſt tantum ſimilitudo veſtigii. ergo ipſa non eſt aſſumpta. Præterea. Ad hoc ꝙ corpus viuificetur, ſufficit ꝙ ei viuificabili principium vitæ vniatur. cum ergo Deus, qui eſt pricipium vitę, vniatur corpori in incarnatione, non oportet ꝙ animam aſſumat. Præterea. Vt dicit Boe. ſpēs eſt totum eſſe indiuiduorum. ſed natura humana nō erat totum eſſe Chriſti. ergo nō fuit in Chriſto vt ſpecies reſultans ex anima & corpore. Ad oppoſitum Damaſ. eſt qui ait. Quod erat in aſſumptibile erat incurabile. ſed totum hominē curauit. ergo totum hominem aſſumpſit. Præterea. In ſymbolo Athanaſii dicitur. Perfectus Deus, perfectus homo ex anima rationali, & hu. car. ſub. ergo perfectam & integram naturam humanam Deus aſſumpſit. Ad hoc dicendum, ꝙ ſicut ſubtracta vnitate variatur ſpēs numeri, ita ſubtracta differentia eſſentiali

In alio ſcript. vt hic. ar. ȝ. o. ȝ. p. q. ſ. ar. 1. & 2. o. & ar. ȝ. o. 4. co. c. 29. ȝo. ȝ4. pri. ȝſ. r. 1. ȝ7 & 41. o De ver. q. 20 ar. 1. c. De vni ar. 1. c. opu. ȝ. tract. 2 c. 20. 21. 24. & 2ſ. 10. 1.. 7. co. 1 & 2.

ſiue eo quod eſt eſſentiale res variatur. Cum ergo Deus verum hominem aſſum pſerit, omnia eius principia eſſentialia, & proprietates reſultantes ex principiis eius eſſentialibus aſſumpſit. Sic ergo to tam naturam humanam aſſumpſit. Ad primum ergo quod obiicitur in contra rium dicendum eſt, ꝙ quãuis ſecundum ſe in carne ſit tantum ſimilitudo veſtigii, tamen ſecundum ſuam formam .i. ani mam, cõmunicat ſimilitudini imaginis. Ad ſecundum dicendũ, ꝙ duplex eſt prĩ cipium vitæ, effectiuum, & formale. Nõ autem ſufficit ad hoc ꝙ viuificetur cor pus ꝙ vniatur Deo, qui eſt principium vitæ effectiuum, ſed oportet ꝙ vniatur principio formali, quod eſt anima, & iõ oportebat animam aſſumere ad corpo ris viuificationem. Ad tertium dicen dum, ꝙ verbum Boe. intelligitur de in diuiduo quod eſt vnius naturæ tantum, & non de indiuiduo quod eſt pluriũ na turarum.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q.2.ar. 1.o.3. p.q.6. ar.1.& 2.o.4. con.c. 44.

AD tertium ſic proceditur, & vide tur ꝙ ſine medio Deus aſſumpſerit quod aſſumpſit: Remoto enim me dio quo aliqua coniunguntur, extrema ſeparantur. ſed ſeparata anima non fuit diſſoluta vnio diuinitatis a carne. ergo non mediante anima caro aſſumpta eſt. Præterea. Impoſſibile eſt ꝙ per idem medium aliquid vniatur ſuperiori, & in feriori. ſed mediante ſpiritu anima vni tur corpori, vt dicitur in lib. de differen tia ſpiritus, & animæ. ergo non median te ſpiritu vnitur ſuo creatori. Præte rea. Gratia ęqualiter reſpicit tres per ſonas, cum ſit Trinitatis effectus. ſi ergo mediãte gratia vnitus eſt Filius Dei ani mæ, ęqualiter tota Trinitas vnietur. Ad oppoſitum eſt Auguſt. ad Voluſia. Filius Dei animam rationalẽ aſſumpſit, & per eam ſibi corpus adaptauit, & ita vnam partẽ humanæ naturæ aſſumpſit mediante alia. Pręterea. Diſtantia per aliquod medium vtriq; proximum congrue coniunguntur. ſed anima pro ximior eſt Deo quàm corpus, cum ſit ad imaginem Dei, ſpiritus autem ꝙ̃ anima, quia deus ſpiritus eſt Ioan. 4. ergo Deus aſſumpſit corpus mediãte anima, & ani mam mediante ſpiritu. Ad hoc dicen dum, ꝙ duplex eſt medium. Medium effi cientiæ, & medium congruentiæ. Mediũ efficientiæ duplex. ſ. faciens vnitum, & fa ciens vnibile. Cum ergo nulla creatura effecerit incarnationem, nihil tali me dio efficientiæ, quod eſt faciens vnitum Chriſtus aſſumpſit: ſed tamen ſeruato or dine ad finem vnionis, qui eſt liberatio a peccatis, corpus aſſumptibile fuit per animam, & anima per mentem, hoc eſt ſpiritum, & corpus, & anima per naturã humanam, & ſic fuit ibi medium efficien tiæ faciens vnibile. Loquendo tamen de medio congruentiæ, animam mediante gratia, & corpus mediãte ſpũ aſſumpſit, quia congruum erat carnem viuificatã, & animam ſua imagine inſignitã, & gra tia repletam aſſumere. Ad illud quod obiicitur incontrarium dicendum eſt ꝙ remoto medio congruentiæ non opor tet ꝙ extrema ſeparentur, & tale mediũ fuit anima reſpectu vnionis corporis. Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ ęquiuocatur Spiritus: dicitur enim corpus ſubtile ſpi ritus, mediante quo anima ſuas animales operationes exercet, & hoc ſpũ me diante, anima vnitur corpori vt motor, quãuis imediate vt forma. Alio modo dicitur ſpiritus ſuprema pars animæ, vt mens quæ eſt imaginis ſubiectum, & iſto ſpũ dicitur anima vt medio vniri Deo. Ad tertium dicendum ꝙ tota Trinitas vniebatur animæ Chriſti per gratiam inhabitantem, non tamen ad totam Tri nitatem vnio quæ eſt in perſona termi nabatur.

De ſpi alibus cre. ar. 3. ad 5.

Articulus

In alio ſcript. vt hic. q 2.ar. 3.o. 3. p.q 6. ar.3.& 4.o.4. con.c. 44.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ incarnatio perfecta non fuerit in inſtanti. Motus præcedit terminum motus. cum ergo natura humana, & eius conceptio ſe habeant vt terminus motus, & motus, conceptio præcedit naturam humanam. Pręterea. Quod eſt vltimum in reſolutione eſt primum in compoſitione. cum ergo in ſeparatione animæ Chriſti a carne remãſerit vnio diuinitatis ad carnem, hęc vnio præceſſit vnionem animæ ad carnem. Præterea. Extremum prius vnitur medio, q̃ alteri extremo. cum ergo ſicut iam dictum eſt, anima quodammodo fuerit medium vniõis diuinitatis ad carnem, prius fuit diuinitas vnita animæ q̃ carni, & ſic nõ fuit incarnatio tota ſimul. Ad oppoſitum Damaſ. ait. Simul fuit caro, ſimul animata caro, ſimul Dei Verbi caro. Pręterea. Incarnatio fuit operatio Spiritusſancti. operatio autem Dei non requirit morã ſucceſſionis. ergo non fuit ſucceſſiua incarnatio ſed tota ſimul. Ad hoc dicendũ, ꝙ in incarnatione Chriſti, neq; cõceptio corporis, neq; creatio animæ, neq; vnio vtriuſq; potuit præcedere tẽpore vnionem ad perſonam Verbi, quia quàm cito eſt anima, vel corpus, vel coniunctũ, tam cito eſt hypoſtaſis: natura enim eſſe nõ habet niſi in aliquo indiuiduo. Aut q̃ remãſiſſet hypoſtaſis creata carnis, vel aię. vel cõiuncti cũ hypoſtaſi Verbi, & ſic in Chriſto eſſent duę hypoſtaſes, aut per aſſumptionem eſſet aliquid conſumptũ in natura aſſumpta, quod eſſet indecẽs. Et ſimiliter anima, vl corpus nõ potuit prius aſſumi a Dei Verbo antequam ad inuicem vnirentur ad cõſtituendam humanam naturam, quia partes prædictæ ſunt aſſumptibiles ex hoc ꝙ ſunt partes humanę naturæ, & ideo iſta quatuor ſimul fuerunt. Cõceptio corporis, & creatio animæ, vnio vtriuſq;, & aſſumptio a Dei Verbo, & ſic incarnatio perfecta eſt in inſtanti. Ad id quod obiicitur in contrarium ꝙ in motu vbi differunt principium motus, medium, & terminus motus, motus tẽporis ordine præcedit terminum motus. Non fuit autem ſic in propoſito, quia fuit operatio ſupernaturalis, & inſtantanea. Ad ſecundum dicendum, ꝙ vltimum in reſolutione, ſi terminatur ad eum reſolutio, prius eſt in cõpoſitione. Non ſic autem ſe habuit vnio deitatis ad carnem vt terminus ſeparationis animæ cum carne, quia hæ duæ vniones non ſunt vnius rationis, & ideo nõ oportuit ꝙ prius tempore fuerit talis vnio q̃ animæ cum carne. Ad illud quod vltimo obiicitur dicendum ꝙ extremũ non oportet ꝙ prius vniatur medio congruentiæ, quia nõ propter hoc principaliter vnitur alteri extremo magis q̃ alteri extremo, & tale medium, ſicut habitum eſt, fuit anima in vnione diuinitatis ad carnem.

Expoſitio tex.

Quod autem humanæ naturæ &c.

Nomine humanę naturæ anima, & corpus materialiter intelliguntur. Errant igitur qui nomine humanitatis. Sciendum eſt ꝙ per hanc proprietatem, quæ ab eis humanitas dicitur, poteſt intelligi forma, ſiue ſpecies communis, & talẽ humanitatem qdam dicebant aſſumptã a Chriſto, & hoc falſum eſt. Quod autem euidenter &c. Sciendum eſt ꝙ magiſter in alio ſenſu vtitur verbo Ioãnis q̃ ipſe, Ioannes. ſ. ꝙ non naturam in cõmuni aſſumpſit, vt pote ſpẽm. Ioãnes aũt oſtendit ꝙ non ex diuinitate, & humanitate vna natura conficitur ſicut ex anima & corpore. Neq; enim ſanctus &c. Sciendum eſt ꝙ ſecundum intentionem

In alio ſcript. vt hic.

l.vt puta.

magiſtri ſi Chriſtus aſſumpſiſſet hominē vniuerſalem oporteret ꝙ de oibus eius indiuiduis prædicaretur, ſecundum intentionem vero Damaſ.ſi vna natura reſultaret ex vnione diuinæ naturæ & humanæ,quam ſeruaret hoc nomen Chriſtus,illa natura eēt cōmunicabilis actu vel potentia pluribus,& ſic hoc nomen Chriſtus eſſet prædicabile de pluribus. Omnia autem quæ in noſtra na.&c. Et intelligendum eſt de principiis eſſentialibus humanæ naturæ,& eius naturalibus proprietatibus:Et tamen prędicant iſtum viſibilem &c. Quod radii ſolares ſparſi per feces non inficiuntur,eſt quia ſol cum eis non cōmunicat in materia, anima autem cōmunicat corpori in materia,non ex qua,ſed in qua, & ideo ex coniunctione ad corpus inficitur. Diuinitas autem non communicat cum corpore,neq; in materia ex qua,cum nō ſit materialis,neq; ſicut in materia in qua, cum non vniatur corpori ſicut forma eius.

Diſtin. Tertia.

Quæritur etiam de

carne Verbi &c.

Diſtinctio tex.

Superius determinauit magiſter quid in humana natura aſſumpſerit Dei Filius. In hac parte determinat condictionem aſſumpti,quę diuiditur in duas. Primo determinat veritatem, ſecundo mouet quaſdam dubitationes,ibi. Cum autem illa caro &c.Prima in duas,quia primo determinat aſſūpti qualitatem ꝙ.ſ. fuit ab omni contagione, operatione Spiritus ſancti immunis:in ſecundo qualitatē eius ex qua aſſumptum eſt,hoc eſt virginis,ibi.Mariam quoq; &c.quę diuiditur in duas. In prima oſtendit eam de omni contagione,& fomite peccati mundatam,& potentiam generatiuam Dei, & hominis ſibi collatam authoritate Damaſce.in ſecunda authoritatibus Aug. de fide ad Petrum. Cum autem illa caro &c.Hæc diuiditur in duas, ſecundum duas dubitationes quas ponit, & ſoluit. Secunda incipit ibi.Illi autem ſentētię, quam ſupra diximus. Prima diuiditur in tres:primo enim mouet dubitationē, ſecundo ſoluit eam ibi. Quia ea determinatione &c.tertio ex ſolutione elicit concluſionem.ſ.ꝙ Chriſtus primitias noſtræ maſſæ aſſumpſit quæ incipit ibi. Quo circa &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

Hic quæritur primo, vtrum beata virgo fuerit inutero ſanctificata,& videtur ꝙ non.Aug.n.ad Dardañ. ait.Sanctificatio, qua ſinguli efficimur templum Dei, non niſi renatorum eſt. nemo autem renaſcitur niſi prius naſcatur.ergo nullus habet gratiam ſanctificantem antequā naſcatur.ergo in vtero beata virgo non fuit ſanctificata. Prętere. Dicit Hiero. Non mihi credas ſi aliquid tibi dixero quod ex nouo teſtamento, vel veteri haberi non poſſit. cum ergo de ſanctificatione beatæ virginis iu vtero in veteri teſtamento, vel in nouo nihil dicatur, non eſt credendum eam in vtero ſanctificatam. Præterea. Non tollitur effectus, vł diſpoſitio quādiu ſuæ cauſæ coniungitur ſicut calor ab aliquo quādiu cōiunctus eſt igni. ſed proles originale contrahit a parētibus. ergo non tollitur a prole quādiu parētibus coniungitur.ſed quādiu eſt in vtero coniungitur parentibus. ergo non poteſt ſanctificari in vtero. Contra. In alio ſcript. vt hic. q.3.p. q.27. ar.1.& 2.0. quol.6 ar.7.c. opu.3. tract.1 c.40.

Hoc quod aliis ſanctis legimus eſſe conceſſum non eſt fas dicere tantę virgini fuiſſe negatum. ſed Ioanni, & Hieremię beneficium ſanctificationis in vtero legimus eſſe conceſſum. ergo non eſt virgini denegatum. Præterea.

Eccleſia

Eccleſia non ſolẽnizat niſi pro aliquo ſancto. ſolẽnizat autem natiuitatem beatæ virginis. ergo ſancta nata fuit. Ad hoc dicendum ꝙ beata virgo, nec ante conceptionem, nec in conceptione ante animæ infuſionem ſanctificata fuit, quia proprium ſubiectum gratiæ ſanctificãtis eſt anima, nec in ipſo inſtanti infuſionis animæ, quia ſic non cõtraxiſſet originale, ſicut nec Chriſtus, & ideo omnibus non conueniret redimi per Chriſtum, ſed tantum ſanctificata creditur poſt animæ infuſionẽ, quia hoc aliis ſanctis eſt collatum, Et ideo matri ſapiẽtiæ maxime decuit hoc cõferri, in quã nihil coinquinatũ incurrit, vt dicitur Sap. 7. Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum Aug. intelligitur de regeneratione quæ fit per legem cõmunem, quod notatur in hoc quod dicit, qua ſinguli efficimur templum Dei, quæ fit per eccleſiæ ſacramenta. Ad ſecundum dicendum, ꝙ quãuis ſanctificatio virginis in vtero expreſſa non legatur in ſcripturis vete. & no. teſta. tamen haberi poteſt ex his quę ibi leguntur: quia ſi ſanctificati ſunt, & Ioannes, & Hieremias qui Chriſtum prænunciauerunt, moltomagis creditur ſanctificata virgo, quæ Chriſtum genuit. Ad tertium dicẽdum, ꝙ coniunctio iſta prolis ad parentem non impedit, cum ſit ſolũ ex parte corporis, & non ex parte animæ, in qua eſt peccatum.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. 0. 3. p. q. 27. ar. 3. & 4. & opu. 3. tract. 2. c. 40. & op. 60. c. 3.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ per ſanctificationẽ in vtero non fuerit a fomite liberata. Nihil enim quod ad virtutẽ promouet ei ſubtrahendum fuit cui virtutis perfectio debebatur. ſed fomes ad virtutem promouet, vnde & Paulo petenti a ſe ſtimulum carnis amoueri dictum eſt, Virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. ergo cum matrem Dei ſumma virtutis, ſeu ſanctificationis perfectio deceret, fomes ab ea per ſanctificationem remoueri non debuit. Præterea. Videtur ꝙ per eam immunitatem a peccato conſequuta non fuerit. Ambro. n. dicit ſuper illud, Spiritusſanctus ſuperueniet in te. Superueniens Spiritusſanctus in virginem, mentem eius ab omni ſorde caſtificauit vitiorum, hoc autem dicitur pro tempore quo Chriſtum concepit. ergo aliquas ſordes vitiorum poſt ſanctificationem in vtero cõtraxit, a quibus poſtmodum mundata eſt. Præterea. Certitudo impeccabilitatis nõ habetur niſi per iuſtitiam confirmantem. ſi ergo beata virgo per ſanctificationẽ in vtero cõſequuta fuiſſet impeccabilitatem, conſequuta etiam fuiſſet confirmationem, qđ non videtur, cum hoc magis pertineat ad ſecundam ſanctificationem, quando in vtero cõcepit ſaluatorem, vel ad tertiam quando eſt glorificata. Ad oppoſitum. Beatæ virgini vltra ꝗ aliis ſanctificatis in vtero aliquid collatum eſt. ſed gratia ſanctificans alios ſanctificatos in vtero purgauit a culpa. ergo beatã virginem etiam a fomite totaliter liberauit. Item Berñ. in epiſtola ad Lugd. Canonicos dicit. Puto ꝙ copioſior gratia ſanctificationis in beatam virginem deſcenderit, quę nõ ſolum ortum eius ſanctificauit, ſed eã ab omni peccato deinceps cuſtodiuit. Ad hoc dicendum, eſt ꝙ circa iſtam quæſtionem aliquid eſt circa quod omnes conueniunt. ſ. ꝙ per primam ſanctificationem fuerit virgo ab originali, & reatu originalis purgata. De emundatione autem eius a fomite, diuerſi diuerſa loquuntur. Quidam enim dicũt ꝙ per primam ſanctificationem fomes ex toto ſublatus eſt, quibus contradicit quod in litera ex verbis Damaſce. dicitur, ꝙ in ſecũda ſanctificatione ſuperuenit Spiritusſanctus eam purgans, quod non poteſt intelligi niſi de purgatione a fomite, quia pctm actuale

non commiſit,vt Auguſt.in litera dicit: Et ideo dicunt alii ꝙ quãtum ad aliqd fuit purgata a fomite in prima ſanctificatione,& quãtum ad aliquid fomes remanſit,& iſti tripliciter diuiduntur.Quidam enim dicunt ꝙ duplex eſt actus fomitis.ſ.impellere ad malum, & difficultatem facere in bono.Quantũ ad primũ actum, qui eſt inclinatio ad malũ, dicũt eum in prima ſanctificatione ſubtractũ: quantum autem ad ſecundũ, qui eſt difficultatem facere in bono,dicunt eum remanſiſſe, ſed in ſecunda ſanctificatione remotum.Hoc autem ſtare non poteſt, & hoc,quia ſecundum idem ex quo eſt pronitas ad vnum contrariorum eſt difficultas ad alterum,ſicut grauitas deorſum trahit,& difficultatem facit in aſcẽſu:Et ideo alii dicunt ꝙ fomes eſt corruptio perſonæ,inquantũ impellit ad malum,& inquãtum facit difficultatem in bonum,& ſic a beata virgine in prima ſanctificatione fuit remotus vel abſtractus.Inquãtum autem eſt corruptio naturæ,ratione cuius infectio originalis p actum naturæ in prolem trãſit,ſic ab eo purgata eſt in ſecunda ſanctificatione vt prolem ſine omni peccato originali cõciperet.Hoc etiam non videtur conueniens,quia originale, quantum ad id qđ culpæ eſt, tranſit in prolem a patre qui dat ſpeciem,& id quod in generatione formale eſt.Quãtum autem ad id quod pœnæ eſt,ſicut ſunt corporis paſſibilitates,tranſit in prolem a matre quæ materiam adminiſtrat: Vnde non videtur eſſe cauſa quare Chriſtus ſine originali conceptus eſt,purgatio matris a fomite,ſed magis quia ſine virili copula natus eſt,quam cauſam aſſignat Anſelmũ.in lib.de concep.virg.Defectus autem pœnales,non ex neceſſitate,ſed ex voluntate aſſumpſit:Et ideo alii dicunt, quibus conſentiendum videtur,ꝙ poſt primam ſanctificationem remanſerit, quantũ ad

Hæc ẽ ſẽtẽtia quã amplexa-

eſſentiam,ſed impeditus per gratiã ſanctificantem ne in peccatum declinaret, aut a bono retraheret. Contingit enim habitum aliquãdo ligari ne in actus exire poſſit,vt ſcientiam per ebrietatem.In ſecunda vero ſanctificatione eſſentialiter fomes ille ſubtractus eſt, in aſſumptione autem eſt virgo a peccati pœnalitatibus liberata, quia ſicut pie creditur, reſurrexit glorificata in corpore,& anima. Ad illud vero quod in contrarium obiicitur dicendum ꝙ fomes non per ſe in bonũ promouet,ſed per accidens,inquãtum cauſa humiliationis eſt, & ſic cauſa euitandi maximum malum .ſ.ſuperbiam.Si tamen hoc malum aliter vitaretur,ſimpliciter melius eſſet fomitem non eſſe. Ad ſecundum vero dicendum eſt ꝙ caſtificatio a ſordibus vitiorum non intelligitur remotio exiſtentium,ſed impedimentum futurorũ. Ad tertium dicendum ꝙ in ipſa prima ſanctificatione conſequuta eſt immunitatem a peccato,non per gratiam confirmantem, ſed per ligationem fomitis in malum inclinantis, & per cuſtodiam diuinæ prouidentiæ ſine qua, etiam fomite omnino extincto,peccare potuiſſet propter arbi.libertatem.

tur.S D.3.p. vbi ſu. art.3.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & oſtenditur ꝙ ſit naturalis gñatio Chriſti ex virgine:Filiatio enim natiuitatem cõſequitur. ſed Chriſtus dicitur naturalis filius matris,ſicut & naturalis filius Patris,vt Augu.dicit in lib.de fi. ad Petrũ ğ generatione naturali naſcitur ex matre. Præterea. Operatio miraculoſa non eſt ab aliqua creatura, ſed a creatore.vere autem dicitur ꝙ virgo genuit Chriſtum,ergo generatio talis non eſt miraculoſa. Præterea. Generatio Chriſti ex virgine,aut eſt naturalis, aut violenta.ſed non fuit violenta, quia mater fuit,& aliquo modo contulit ad generationem,

In alio ſcript. vt hic. q.2.ar. 2.3.p. q.33. ar.4.& 4.cõt. c.45. opu. tract.1 c.34.& 35.Eſa. 7.l.2.

neratione,quia violentum eſt cuius pri-
cipium eſt extra nil conferente vim paſ
ſo.ergo eſt naturalis. Ad oppoſitū An
ſel. de concep. virgi. Spiritus.ſ. virtus
altiſſimi de virgine muliere,virum virgi
nem mirabiliter ꝓpagauit. Prętèrea.
Nihil mirabilius q̃ ꝙ creatura creatorē,
virgo Filium generaret. ſed hæc fuerūt
in Chriſti generatione.ergo non fuit na
turalis. Ad hoc dicendum ꝙ in conce
ptione corporis humani duo eſt conſi-
derare, materiam.ſ. quā adminiſtrat ma
ter,ſecundum philoſophum, & virtutē
actiuam quæ eſt in ſemine patris, ſecun-
dum eundem.In cōceptione ergo Chri-
ſti fuit materia naturalis humani corpo
ris ab ipſa virgine præparata, & ex hoc
naturalis mater Chriſti dicitur. Quia ve
ro non concepit ex virili ſemine, ſed ex
Spirituſancto,ipſa virtus Spirituſſancti
fuit agens cōceptionem corporis Chri-
ſti,& ſic agens ſupernaturale fuit ſuper-
naturaliter conceptionem perficiens, &
ideo dicitur tota conceptio non fuiſſe
naturalis,ſed miraculoſa, cum magis de
nominandæ ſint res naturales vel ſuper
naturales ab agente, q̃ a materia. Ad
illud quod primo obiicitur in contra-
rium patet reſponſio. Ad ſecundum
dicendum ꝙ beata virgo dicitur genuiſ
ſe Chriſtum nō ſicut principium actiuū
præbens ad generationem,ſed ſicut mi-
niſtrans materiam naturalem: Vnde nō
eſt inconueniens ꝙ generatio illa mira
culoſa fuerit: Operatio enim miracu-
loſa , quāuis non ſit alicuius creaturæ
ſicut agentis,tamen poteſt eſſe alicuius
creaturæ ſicut materiæ, vt quando mi-
raculoſe ex aliqua materia creata Deus
aliquid facit. Ad tertium dicendum,
ꝙ quantum ad hoc ꝙ virgo materiā mi
niſtrauit,& fomentum conceptus præ-
buit,poteſt dici aliquo modo naturalis
generatio Chriſti ex virgine, quāuis nō
ſimpliciter.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& vide
tur ꝙ Chriſtus in lumbis Abrahæ
fuit decimatus:Decimatio enim q̃-
dam actus figuralis eſt. ſed Chriſtus ma-
xime videtur per decimam figurari ra-
tione perfectionis,quæ denario compe-
tit.ergo Chriſtus præcipue in Abraam
decimatus fuit. Præterea. Caro Chri-
ſti nō fuit in Abraam a reliqua eius car
ne diſtincta,vt quidam errantes poſue-
runt,& ita in eo peccato fuit obnoxia.
ſed ratione peccati competit alicui de-
cimari in Abraam.ergo Chriſtus in A-
braam decimatus fuit. Præterea.
Chriſtus proceſſit ex Abraam mediante
beata virgine.ſed beata virgo fuit in lū
bis Abrahę decimata.ergo & Chriſtus.
Ad oppoſitum Hebreorum.7. Apoſto-
lus præfert ſacerdotium Melchiſedech
ſacerdotio leuitico per hoc ꝙ Leui in
lumbis Abraę decimatus fuit. Si ergo
Chriſtus in lumbis Abraę decimatus fuit
eadem ratione ſacerdotium eius erit in-
ferius ſacerdotio Melchiſedech, quod
eſt abſurdum. Prętèrea. Auguſt. dicit
10.ſup Gen.ad literam.Illud in Abræ
carne decimabatur quod curabatur.ſed
Chriſtus eſt vnde curabatur humanū ge-
nus,non qui curatur. ergo Chriſtus in
lumbis Abraę decimatus non fuit. Ad
hoc dicendum ꝙ ille qui decimas dat,
præfigurat ſe liberatione indigere,eo ꝙ
ſibi retinet nouem,& alteri dat decimū,
quod ſignificat perfectionem , quaſi to-
tam perfectionem ſuam alteri aſcribēs.
Cum ergo Abraam decimas dedit,pręfi
gurauit ſe liberatiōe indigere, & omnes
ſuos poſteros qui ita cū peccato ex ipſo
propagandi erant ſecundum carnalem
concupiſcentiam,ſicut & ipſe a ſuis pa-
rentibus propagatus erat.Chriſtus autē
non erat propagandus ab eo per con-
cupiſcētiam carnis,cum natus ſit,ex vir
gine,& ita quaſi immunis a peccato nō

In alio ſcript. vt hic. q.4.ar 3.3. p. q. 31. ar.8.

ſignificabatur liberatione indigere, Abraam decimas dante, & propter hoc Chriſtus non dicitur decimatus in lumbis Abraæ, ſicut Leui & alii. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in decimatione Abraę pręfigurabatur Chriſtus vt decima, alii vero vt a quo decima accipiebatur, & ideo in illa decimatione Chriſtus non erat vt decimatus, ſed vt decima. Ad ſecũdum dicendum ꝙ in decimatione eſt conſiderare figuram, & figuratum. Ratione ergo figuræ aliquis dicitur eſſe decimatus pro tempore illo quo erat in lumbis Abraę: Tũc enim ille actus figuralis pręceſſit. Sed ratione figurati decimari competit alicui ſecundum ꝙ in propria perſona exiſtit: Sic enim eſt liberatione indigens. Chriſtus autem in propria perſona exiſtens diſtinctus fuit ab omnibus aliis filiis Abraæ, vt medicina ab infirmis, & ideo ei non cõpetit decimatio, q̃uis ca:o eius non fuerit actu diſtincta in Abraã a reliqua carne eius. Ad tertium dicendum, ꝙ Chriſtus nõ deſcendit a beata virgine per concupiſcẽtiam carnalem, ſicut ipſa ab Abraam, & ideo beata virgo potuit prę̃figurari vt liberatione indigens, & per conſequens decimata, non autem Chriſtus.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic. 3.p. q. 31. ar. 7. o. & ar. 6. o.

Obnoxia fuiſſe peccato. Cõtra. Quod non eſt, non põt eſſe peccato obnoxium. ſed caro Chriſti nõ fuit niſi in ipſo. ergo in beata virgine ñ fuit peccato obnoxia. Dicendum eſt ꝙ quãuis caro Chriſti actualiter fuerit in ipſo tantum, tamen materialiter fuit in beata virgine, & in aliis, ſed differenter, quia in beata virgine fuit eſſentialiter, ſed in aliis patribus fuit originaliter, & ſecũdum illum modũ quo in vnoquoq; fuit, ſic peccato obnoxia erat potentia receptiua Dei verbi &c. Reſpectu conceptionis Dei ſimul datus fuit virgini actus, & potentia ad actum, ſecundũ quã dici poſſet ꝙ hoc ẽ poſſibile, quia reſpectu huius ſe habebat in pura potentia obedientiæ. Similiter autem & generatiuam. Hoc autem dupliciter, inquantum virgo peperit filium, & quãtum ad hoc, habebat virgo potẽtiam paſſiuam naturalem, quæ per agens naturale in actũ reduci poſſet: vnde dicitur Spiritusſanctus ei potentiam generatiuam contuliſſe, quia actum potentiæ ſibi contulit, ſicut aliquis dicitur mihi præbere viſum, quia facit me videre. Ita & leuiticus ordo &c. Sed contra. Poteſt contingere ꝙ Papa decimas ſoluat alicui ſimplici ſacerdoti, et tamẽ Papa eſt illo ſacerdote maior. Sed dicendum ꝙ Apoſtolus non intendit ꝓbare ꝙ Melchiſedech maior fuerit perſonaliter q̃ Aaron, vel Leui, ſed ꝙ ſacerdotium ſignificatum ꝑ Melchiſedech .i. Chriſti, maius fuerit ſacerdotio Aaron. Cum ergo Leui, & Chriſtus ſm carnẽ eſſent &c. Dicitur Leui fuiſſe in Abraam ſecundum corpulentã ſubſtantiam, & ſeminalem rationem, qa vt dicit Auguſt. 4. ſuper Geñ. ad literã. Cum ſit in ſemine, & viſibilis corpulentia .ſ. ipſa materia, & inuiſibilis ratio .ſ. vis actiua, vtrũq; cucurrit ex Abraam, quia & ſemen Patris Leui in quo eſt vis actiua, & materia quam mater eius miniſtrauit, originalr̃ tracta ẽ ex ꝑcedẽtibus parẽtibus. Sed in cõceptione chriſti nõ fuit aliqua vis actiua, quæ traheretur ex Abraam, & ideo non dicitur fuiſſe in Abraam ſecundum ſeminalem rationem, ſed materia corporis chriſti, quam virgo miniſtrauit, deducta eſt originaliter ab Abraam, Et ideo dicitur chriſtus in Abraam fuiſſe ſecundum carnem, vel ſecundum corpulentam ſubſtantiam, non ꝙ caro chriſti vel corpulẽta ſubſtantia eius fuerit in Abraam actu, ſed originaliter tantũm.

Diſtin.

Diſtin. Quarta.

Cum vero incarnatio Verbi &c.

Superius magiſter determinauit quale fuerit aſſumptum, in hac parte determinat de effectu aſſumptionis. Hæc autem diuiditur in tres partes. Primo enim quęrit quare opus incarnationis Spirituiſancto attribuatur. Secũdo cum de Spiritusſancto chriſtus ſit natus, quare non dicitur filius Spiritusſancti, ſicut natus de virgine dicitur filius virginis ibi. Sed non eſt hic diutius immorandũ. Tertio quęrit cũ eum natum profiteamur, cur Apoſtolus dicat eum factũ ibi. Sed quæri poteſt &c. Quęlibet iſtarum diuiditur in duas in quæſtionẽ, & ſolutionem, ſicut apparet in litera. Pars illa, vbi ponit ſolutionem ſecundæ quæſtionis ibi. Non eſt autem concedendum, diuiditur in tres partes. In prima oſtendit ꝙ chriſtus non eſt natus de Spiritusſancto, ſicut de Patre. In ſecunda quare de Spiritu ſancto natus dicatur, rationem aſſignat ibi. Profecto modus iſte &c. vbi aſſignat duas ratiões: vnam quantum ad operis rationem, quia. ſ. illa vnio per gratiam facta eſt, aliam ex parte operantis, quia Spiritusſanctus operatus eſt illam conceptionem.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. [..]t hic [..]o.

Hic quæritur primo vtrum incarnatio approprietur Patri, & videtur ꝙ ſic: Ei enim attribuitur potẽtia. ſed potentia in Deo eſt principium efficiendi. ergo efficientia incarnationis Patri approprianda eſt. Præterea. Damaſce. dicit ꝙ diuina ſapientia venit in virginem ſicut diuinum ſemen. ſed ſemẽ eſt actiuum in generatiõe. ergo actio incarnationis debet appropriari ſapientiæ Dei. i. Filio. Præterea. [Matth. 1. dicitur. Quod in ea natũ ẽ, de Spiritusſãcto eſt. ergo incarnatio conuenit Spirituiſancto. Contra. Operatio Dei eſt eius eſſentia. ſed eſſentia non eſt appropriabilis. ergo nec incarnatio, quæ Dei operatio eſt. Præterea. Dama. in. 1. cap. 3. lib. dicit ꝙ in incarnatione ſimul manifeſtantur bonitas, potẽtia, iuſtitia, & ſapientia Dei. ergo non eſt magis appropriabilis vni perſonæ q̃ alteri. Ad hoc dicendum, ꝙ quãuis in omni operatione connotante effectum in creatura reluceant appropriata perſonarum, ſicut in incarnatione apparet ſecundum Damaſ. dicentem ꝙ in ea relucet bonitas, ſapientia, & potentia Dei, Bonitas, inquantum proprii plaſmatis non deſpexit ſalutem, potẽtia, in quantum maxime diſtantia coniunxit, ſapientia, inq̃tum cõuenientem modum eius inueſtit quod impoſſibile videbatur, tamen vnaquęq; operatio alicui perſonæ magis dicitur appropriabilis, ſecundum ꝙ in ea appropriatum illius perſonę magis manifeſtatur. Quanto vero opus aliqd eſt magis indebitum, & excedens meritum creaturæ, tanto magis Dei gratia & bonitas in Deo manifeſtatur: Et quia opus incarnationis eſt tale, ideo appropriatur principio gratiæ. ſ. Spirituiſãcto, & ſic tertium concedendum eſt. Reſpondendum eſt igitur ad omnia alia argumenta. Cum ergo dicitur ꝙ potẽtia Patri attribuitur, dicendum ꝙ quãuis potentia reluceat in incarnatione, tamen magis ibi apparet ratio bonitatis, quia potentia in opere, ſed bonitas in fine operis, finis vero eſt cauſa cauſarũ: vnde ab illo debet potius fieri denominatio.

1.p.q. 1.ar.1. ſ oppoſitu.q. 32.ar. 1.0.4. con.c. 46.op. 3.trac. 2 c.35

Ad ſecundum dicendum ꝙ ſemini conuenit ratio agentis cõiuncti: ſed efficienti etiam ratio agentis ſeparati. Vnde ſapientiæ quæ eſt filius, attribuitur ratio ſeminis, ſed Spirituiſancto ratio efficientis. Ad quartum dicendum, ꝙ quãuis,

Operatio ſit eſſentia,tamen opus opera
tum non eſt eſſentia,& de illo hic loqui
tur.Vel dicendum ꝙ operatio, & eſſen-
tia differunt ſecundum connotatum , &
ratione cõnotati poteſt fieri appropria
tio. Ad quintum dicendum ꝙ quãuis
appropriata omnium perſonarũ in in-
carnatione reluceant,tamẽ maxime ap-
propriatum ſpiritusſancti, ſicut iam di-
ctum eſt.

Articulus ſecundus.

In alio A D ſecundum ſic proceditur, & vi-
ſcript. detur ꝙ chriſtus,ſecundum ꝙ ho-
vt hic, mo,ſit filius Trinitatis , quia chri-
o.ordi ſtus,ſecundum ꝙ homo,creatura eſt.ſed
ne tamẽ omnium creaturarũ,pręcipue quæ ſunt
ꝓpoſte ad imaginem:pater dicitur Trinitas.er-
io. go chriſtus, ſecundum ꝙ creatura,eſt fi-
lius Trinitatis. Præterea. Cuiuslibet
habentis gratiam dicitur pater tota Tri
nitas .ſed chriſtus maxime gratiam ha-
buit:ergo eſt maxime filius Trinitatis.
3.p.q. Præterea. Videtur ꝙ ſit filius Spiritus
32.art. ſancti ſic.Secundum philoſophum. 15.
30.4. de animalibus,actio eſt ex ſemine patris
con.c. in generatione. Sed omnem actionem
47.op quam facit in generatione ſemen patris
3.trac. fecit,ſpiritusſanctus in cõceptione chri-
2.c.39 ſti.ergo eſt pater chriſti,cum ratione a-
ctionis prædictæ aliquis dicatur pater.
Contra. Incõueniens eſt ꝙ Filii nomen
ad aliam perſonam tranſeat,ſicut in.1.
diſt.dictum eſt.ergo ſimiliter ꝙ & patris
nomen ad aliam perſonam, ſeu ad totã
Trinitatem. Pręterea. Filiatio eſt
determinata hypoſtaſis ſeu ſuppoſitum,
ſecundum Dama.ſed hypoſtaſis in qua
facta eſt vnio incarnatiõis in chriſto eſt
tantum a Patre, quia illa eſt perſona di-
uina.ergo chriſtus incarnatus eſt tãtum
Filius Patris. Reſpon. Dicendum ꝙ
p.p.q. chriſtus, nec ſecundum ꝙ Deus, nec ſecũ
33.ar. dum ꝙ homo filius Trinitatis eſt: quia
3.c.q. nec per generationem naturalem: Nam
41.ar. ſic,ſecũdum ꝙ Deus, Filius eſt ſolius Pa-
3.c. tris , ſecundum ꝙ homo ſolius matris.
nec per creationem,quia filiatio conſe-
quitur perſonam,quæ in chriſto nõ eſt
creata,non enim caro dr̃ filia,ſed homo
filius, nec per adoptionẽ,quia per gra-
tiam vnionis habet filiationem ſimplici
ter.ſ.naturalem:vnde non debet dici fi-
lius ſecundum quid .i. per gratiam vel
creationem.His.n.tribus modis aliquis
dr̃ filius: vnde non debet dici filius Tri-
nitatis. Ad primum ergo quod obiici 3.p.q
tur in contrarium dicendum ꝙ creatio 16.a
non conuenit perſonæ,ſed potius natu 8.&1
ræ chriſti filiatio autem econuerſo,& iõ 0.4.co
non poteſt dici per creationem filius. c.48.
Ad ſecundum dicendum ꝙ aliquis dr̃ fi- 3.p.q.
lius Trinitatis per gratiam adoptionis, 23.ar
& non per gratiam vnionis,& ideo chri 4.0.4.
ſtus cum per gratiam vnionis ſit filius, con.c.
eſt filius naturalis ſolius Patris, non au 4.ra.
tem adoptionis totius Trinitatis. Ad 4.&5.
tertium dicendum ꝙ Spũſſanctus ſemi-
nis operationem exercuit in incarnatio
ne chriſti quaſi artifex operando in ma-
teriam exteriorem, Semen autem ope-
rationem in generatione operationum
exercet in materiam ſibi coniunctam,&
ideo quãuis in actione ſit ſimilitudo,in
modo agendi non eſt ſimilitudo.

Articulus tertius. In alio

A D tertium ſic proceditur, & vide- ſcript.
tur ꝙ Beata Virgo non ſit mater vt hic.
chriſti:dicit.n.Damaſ.Iuſte, & vere q.2.ar
theothocon.i.dei genitricem ſanctã vir 1.&.1
ginem nominamus,chriſtothocon vero 3.p.q.
.i.chriſti genitricem non dicimus virgi- 35.ar
nem.ergo non eſt mater chriſti. Pręte 3.&4
rea. Plus contulit ad conceptionem c.4.co
chriſti Spi.ſanct.q̃ beata virgo: qa agẽs c.32.
eſt præſtantior in actione q̃ materia.er- ra.4
go,ſi Spũſſanctus non poteſt dici pater c.34.&
Chriſti,neq; beata virgo mater. Præ- 44.op
terea. Videtur ꝙ nec Dei.In Deo non 3.trac
differt Deus,& deitas.ſed non poteſt dici 2.c.37
mater deitatis.ergo nec mater Dei. & 38.

Contra.

Contra. Matth.1.Cum eſſet deſponſata mater Ieſu.Ieſus autem eſt Deus.ergo mater Dei. Præterea. Aug.dicit. Talis fuit illa vnio quæ Deum faceret hominem,& hominē Deum.ergo idem eſt Deus,& homo & ſic mater hominis,& mater Dei. Ad hoc dicendum ꝙ ſcdm opinionem philoſophi, mater duplicē operationem exercet in generatiōe, qa materiam præparat,& miniſtrat,& conceptum virtute matricis fouet.Cum ergo hanc duplicem operationem in generatione chriſti fecerit beata virgo,qa & materiam præparauit,& cōceptui fomentum præbuit,ideo bene mater chriſti dicenda eſt. Ad illud ergo quod primo obiicitur de Damaſce. dicendum ꝙ non intēdit negare quin ſit vera mater chriſti,ſed non in eo intellectu quo dicebant hæretici per chriſtum perſonam hominis tantum non Dei intelligentes. Cum hęreticis autem,vt ait Hiero. nec debemus vocabula habere cōmunia. Ad ſecundum dicendum,ꝙ quāuis Spūs ſanctus plus fecerit in conceptione chriſti ꝙ̄ virgo,tamen non poteſt dici pater ſicut virgo mater, quia non ex ſubſtātia ſua,& ſibi ſimilem in ſpecie produxit filium,nec alia huiuſmodi quæ requiruntur ad rationem patris inueniuntur in eo. Ad tertium dicendum ꝙ Deus & diuinitas,quāuis ſint idem re,differūt tamen ratiōe,quia Deus ſignificat per modum ſubſiſtentis, & ſuppoſiti, diuinitas autem per modum formę:ſecundum autem philoſophum non forma,ſed quod eſt hoc aliquid generatur.

Articulus quartus.

In alio ſcript vt hic q.3.ar 1.pri ſcdę q 98.art.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ antiqui patres meruerunt incarnationem.Qui meretur aliquid, meretur & illud ſine quo haberi nō poteſt, alioquin caſſum eſſet meritum. ſed pres antiqui meruerunt vitam æternam,quæ ſine chriſti incarnatione non poteſt haberi.ergo meruerunt incarnationem. 4.c.3. p.q.2. art.11. o.

Præterea. Oratio quæ fit ab aliquo ſub quatuor debitis cōditionibus.ſ. pro ſe,& ad ſalutē,& pie,& perſeuerāter dī merendo impetrare quod petit. ſed ſancti pro incarnatione obtinenda ſic orauerunt.ergo merendo impetrauerunt incarnationem. Præterea. Secundum Ber.Fides beatæ virginis coniunxit illa tria ſaca.ſ.Deum,animam,& carnem.ſed non coniunxit niſi merendo,ſicut ecclēſia cantat. Quæ dominum omniū meruiſti portare.ergo &c. Contra ad Ti. 3.Apparuit benignitas,& humanitas ſaluatoris noſtri Dei,non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos &c. ſed benignitatem nominat Apoſtolus oſtenſam chriſti incarnationem.ergo non eſt ſecundū merita. Præterea. Incarnatio chriſti eſt bñficiū ipēſum toti naturæ humanę. ſed meritum nullius puri hoīs extendit ſe ad totam naturam humanā.ergo ſancti patres nō meruerunt incarnationē. Reſpond. Dicendum ꝙ duplex eſt meritum, condigni,& congrui.Sancti autē patres incarnationem meruerunt merito congrui.ſ.ſe ad ſuſcipiendum tantum beneficium præparando,& non merito condigni,quia non eam per meritum hoc modo debitam ſibi fecerunt,ꝙ̄uis ſic potuerunt mereri eius accelerationem:Deus enim diſpoſuerat vt eorū precibus,& meritis fieret acceleratio. Ad primum ergo quod in contrarium obiicitur dicēdū ꝙ vitā ęternā mereri nō potuerunt ſine his quæ comitantur vitam æternam,ſicut eſt gaudium de vita æterna,& impaſſibilitas & alia huiuſmodi. Ea vero quæ ſunt ducentia ad vitā æternam, ſicut principia merendi, non meruerunt,quāuis ſine eis vita æterna haberi non poſſit, quia talia non cadunt ſub merito, ſicut gratia & huiuſmodi,& inter illa computatur incarnatio Filii Dei. Ad ſecundum dicendum ꝙ quæ

oratio fit pro ſe dupliciter poteſt intelligi. Vel pro ſe tantum, vel pro ſe cum aliis ſimul. Primo modo accipitur inter conditiones orationis. Secundo autem modo ſancti petebant pro ſe.i. non pro ſe ſolum, ſed pro toto mundo. Ad tertium dicẽdum ꝙ beata virgo nõ meruit incarnationem, niſi ſuppoſita incarnatione facienda, & ſic meruit vt per eam fieret, non quidem merito condigni, ſed congrui, inquantum decebat ꝙ Dei mater ea puritate niteret qua maior ſub Deo nequit intelligi, ſicut dicit Anſel.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic,

Vno nominato, tres

intelliguntur. Hoc intelligendum de eſſentialibus, non eſt autem concedendum abſolute. Sciendum autem ꝙ hæc præpoſitio, ex vel denotat cauſam efficientem, vel materialem. Ad hoc autem ꝙ aliquid natũ ex alio materiali filius dicatur, oportet ꝙ in ſimilitudine ſpeciei producatur cum eo ex quo naſcitur, ſicut filius matri, & ideo capilli & lumbricus nõ dicuntur filii eius ex quo materialiter naſcuntur. Ad hoc etiam ꝙ aliquid natum de aliquo actiue dicatur filius eius, oportet ꝙ producatur de ſubſtantia agentis, & in ſimilitudine ſpeciei, & ꝙ ſit agens principale. Primæ autem duæ conditiones deficiunt in Spiritu ſancto. Vnde nec dicitur pater Chriſti. Secunda autem, & tertia deficiunt in aqua, quia renatus ſpiritualiter nõ aſſumit ſimilitudinem aquæ, ſed ſimilitudinem Dei, & aqua eſt inſtrumentum diuinæ virtutis operantis in ea.

Diſtin. Quinta.

Præterea ingri oportet &c.

Diſtinctio tex.

Poſtꝗ determinauit magiſter quid ſit aſſumens, & quid ſit aſſumptum, hic determinat ſimul de vtroq;, cuiuſmodi ſit vtrũq;, & diuiditur in tres partes: quia primo mouet quæſtionem, ſecundo ſolutionem ponit ibi. Hęc inquiſitio, In tertia determinat conſequentes dubitationes. Sed diuiditur prima in duas. Primo determinat quæſtionem quãtum ad eius facilitatem, ſecundo quãtum ad eius difficultatem ibi. De parte vero quæſtionis. Hęc diuiditur in .iii. Primo põit auctoritates ad partem negatiuam.ſ. ꝙ natura non aſſumpſit naturam, ſecũdo ad partem affirmatiuam ibi. Cui videtur obuiare, tertio ex auctoritatibus inductis colligit ſolutionem, & eius confirmationem ſubiungit ibi. Ex verbis autẽ Augu. ſuperius poſitis &c. Sed quæritur vtrum eadẽ. Hęc diuiditur in duas: Primo enim mouet dubitationes circa prędictam determinationem, & primo quãtum ad hoc ꝙ dixit naturã aſſumpſiſſe naturam, ſecundo quãtum ad hoc ꝙ dixit perſonam non eſſe aſſumptam ibi: Ideoq; non perſonam hominis aſſumpſit. Circa primũ duo facit. Primo quærit vtrum natura diuina poſſit dici facta caro, ſecũdo vtrum poſſit dici facta homo ibi. Si autem natura diuina ideo nõ perſonam diuinam. Hæc diuiditur in duas. Primo oſtendit veritatem, ſecũdo obiicit dubia in contrariũ, & ſoluit ibi. Hic a quibuſdam opponitur &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

Hic modo proceditur, & videtur ꝙ perſona non aſſumpſit naturam humanam. Maiorem compoſitionem facit compoſitio ſubſtantiæ ad ſubſtantiam, quàm accidentis ad ſubſtantiam. ſed perſona diuina non eſt ſuſceptibilis additiõis ſecundæ. ergo multominus primæ. ſed additio alterius naturæ

In ali ſcript. vt hi. q. 2. o 3. p. q. 3. ar. 1. 2. & 3. o.

turæ

turæ ad perſonam eſt additio ſubſtantię ad ſubſtantiam.ergo eius additionis nõ eſt ſuſceptibilis perſona. Pręterea. Actus perſonalis non attribuitur naturæ,vt generare.ſed aſſumere, actus perſonalis eſt,quia proprius perſonæ Filii.ergo non attribuitur naturæ. Præterea. Actus ſunt ſingularium.ergo abſtracta a ſingularibus natura non agit. ergo nec aſſumit. Contra. Ioã. 1. Verbum caro factũ eſt,& hoc non niſi per carnis aſſumptionem . ergo Verbum aſſumpſit carnem.ergo perſona naturam. Pręterea. Aſſumptio terminatur ad vnitum.ergo quicquid eſt vnitum poteſt dici aſſumẽs vel aſſumptũ.ſed natura diuina eſt vnita.ergo aſſumens vel aſſumpta. ſed non aſſumpta.ergo aſſumẽs, & hoc eſt quod Greg.dicit. Carnem deitas, anima mediante, ſuſcepit. Ad hoc.dicẽdum ꝙ aſſumere dicitur tripliciter. Vno modo cõmuniter,& improprie,ſecundum ꝙ aſſumere nihil aliud eſt q̃ aliquid ad alterũ ſumere,& in hoc ſenſu poteſt dici quod tota Trinitas aſſumpſit humanam naturam Filio. Secundo modo dicitur aſſumere proprie,quaſi ad ſe ſumere, ſicut homo aſſumit ſibi veſtem,vel ſocium vt ſimul cum eo commoretur,& ſic natura diuina dicitur aſſumere humanam,quia virtute diuinæ naturę factum eſt vt natura humana aſſociaretur diuinæ ĩ vna perſona. Tertio modo propriiſſime dr̃ aſſumere,ſumere aliquid ad ſe & in ſe,ſicut aſſumo cibum ad me vt ſit aliquid mei,& hoc modo diuina perſona aſſumpſit naturam humanam,quia natura humana facta eſt natura perſonæ diuinæ, in qua.ſ.ſubſiſtit. Sic autem natura diuina non aſſumpſit humanam,quia natura humana non eſt facta aliquid diuinæ naturæ. Ad illud ergo quod obijcitur in contrarium dicendum ꝙ ſi fieret additio ſubſtãtiæ per modum compoſitionis,maior eſſet. Sed non ſic ſit in propoſito,immo per modum aſſociationis. Accidens vero non poteſt addi niſi per modum compoſitionis,cum eius eſſe ſit ineſſe,vt dicit Boe. Ad ſecundum dicẽdum ꝙ verum eſt de actu perſonali, qui eſt perſonæ vt ſubiecti agentis, vt generare:ſed aſſumere eſt actus ꝑſonæ vt termini. Ad tertium dicẽdum ꝙ duobus modis poteſt intelligi natura diuina abſtracta a perſonalitate. Vno modo vt intelligatur diuina natura ſine perſonis diſtinctis,prout diſtinguit fides , & ſic abſtracta perſonalitate,naturæ diuinæ cõuenit aſſumere, quia adhuc intelligitur vt quędam res ſubſiſtens,prout intelligitur a gentilibus,& iudęis. Vnde competit ei agere. Alio modo dicitur, vt intelligatur ſimpliciter abſq; omni perſonalitate,& ſic non conſideratur ſecũdũ ꝙ eſt in re,ſed ſolum ſecundum ꝙ eſt in intellectu,& ſic non competit ei agere, nec aſſumere.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ natura nõ poſſit aſſumi . Qđ enim aſſumitur vnitur: nam ideo aſſumitur vt vniatur,qđ vnitur ſit vnũ: ſed natura humana non eſt facta vnum cum filio Dei,quia hæc eſt falſa, Filius Dei eſt humana natura.ergo nec ab ipſo aſſumpta. Præterea. Natura idem eſt quod eſſentia, ſed nõ aſſumpſit eſſentiam,quia eſſentia dicitur ab eſſendo, & eſſe eſt ſuppoſiti,non aſſumpſit autẽ ſuppoſitum,& ſic nec eſſe,nec eſſentiam. ergo nec naturam. Præterea. Secundũ Boe.in lib.de duabus naturis, & vna perſona chriſti,natura,prout in chriſto duę naturæ dicuntur,eſt vnamquãq; rem informans ſpecifica differẽtia. ſed chriſtus non aſſumpſit ſpecificam differentiam: non enim aſſumpſit, vt ait Damaſc.eam naturam quæ nuda contemplatione cõſideratur, ſed in athomo.ergo nõ aſſumpſit naturam. Præterea. Videtur ꝙ

In aliõ ſcript. vt hic, q. 3.o. 3. p.q. 4.ar.2. o.

aſſumpſerit perſonã. Separata enim ab aſſumpto per intellectũ natura diuina, quod remanet eſt perſona. ſed nihil remanet, niſi quod aſſumptum fuerat. ergo perſona eſt aſſumpta. Prçterea. Aſſumpſit animam. anima eſt perſona. eſt enim rationalis naturç ſubſtantia indiuidua, quod eſt diffinitio perſonæ, ſm Boe. ğ aſſumpſit perſonam. Ad hoc dicendum eſt ꝙ perſona aſſumi non põt: Cum enim aſſumens non ſit aſſumptum, ſi perſona Dei aſſumpſiſſet perſonã hominis, perſona Dei nõ eſſet perſona hominis, & ſic eſſent duæ perſonæ in Chriſto, quod eſt hæreticum. Sunt autẽ duæ naturæ in Chriſto. ſ. humana, & diuina, & ideo dicendũ ꝙ humana natura eſt aſſumpta. Ad illud quod obiicitur in contrarium dicendum ꝙ vniri dr̃ dupliciter. Vel vnum fieri, vel in vno fieri. Primo modo natura humana non vnitur diuinæ, ſed ſecundo. Ad ſecundum dicendum ꝙ, q̃uis ſecundum grammaticã, eſſentia dicitur ab eſſendo, tamen eſſentia eſt cã eſſendi: vnde naturaliter prior eſt eſſentia q̃ eſſe actuale ipſius perſonæ, ſeu ſuppoſiti. Vnde aſſumendo eſſentiã, non eſt neceſſe aſſumere perſonam. Ad tertium dicendum ꝙ Boe. appellat ſpecificam differentiam. rei quidditatem, & non animæ intentionem, & de hac obiiciebatur. Sed quia perſona non eſt aſſũpta, ideo reſpondendũ eſt ad duo argumenta quç hoc oñunt, & prĩo ad primũ dicendum ꝙ quãuis aſſumptum ſeparatum haberet eſſe perſonale, quia iam p ſe ſubſiſteret, quãdiu tamen manet vnitum, non habet rationem perſonalitatis, quia nobiliori ſe eſt vnitũ. Ad quartum dicendum ꝙ anima, nec coniuncta, nec ſeparata eſt perſona, quia apta nata eſt vt ſit forma corporis, & pars hominis. Ratio autem partis contrariatur rationi perſonæ, cum perſona ſit quid cõpletum, & perfectum, & per ſe ſubſiſtens. Ratio autem partis eſt ratio imperfecti, & ideo ei non conuenit ratio perſonç. Quod ergo obiicitur de diffinitiõe Boe. dicendum ꝙ ly indiuidua. ſecundum ꝙ cadit in diffinitione perſonæ, ſecundum quoſdam triplicem excludit communicabilitatem. Prima eſt vniuerſalis: nullũ enim vniuerſale eſt perſona. Secunda eſt partis, quia perſona nominat aliqd totum. Tertia eſt aſſumptibilis ad aliqd dignius, quia perſona nominat aliquod completum proprietate ad dignitatem pertinente, & ideo animæ, cum ſit pars naturæ humanç, non conuenit eſſe perſonam.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ vnio nihil ſit: Vnio enim eſt in extremis quç vniuntur. ergo eſt in natura humana, & ĩ diuina. ſed in humana nihil eſt increatum, in diuina autem nihil creatũ. ergo vnio, nec eſt creator, nec creatura. ergo nihil eſt. Præterea. Vnio eſt relatiuum æquiparantiæ. relatiua enim æquiparantiæ æqualiter ſe habent ad vtrũq; extremum. ergo vel eſt in vtraq; natura, quod eſſe nõ poteſt, quia ſic aliquod creatum accidens eẽt in Deo, vel in neutra. ergo nihil eſt. Præterea. Nihil creatum videtur dici de Deo, niſi per cauſam vt creator, vel ſimilitudinem, vt leo, vel per aſſumptionem vt homo. ſed vnio non dicitur per cauſam, quia ſic diceretur de tota Trinitate, nec per ſimilitudinẽ, quia non diceretur ꝓpriç, ſed metaphoricç nec p aſſũptionem, quia vnio non eſt aſſumpta. ergo nullo modo, & ſic vnio qua Deus vnitur, nihil eſt. Præterea. Videtur ꝙ ſit idem quod aſſumptio: Aſſumere enim eſt ad ſe ſumere. ad ſe ſumere eſt ſibi coniungere vel vnire. ergo non differt aſſumptio ab vnione. Ad hoc dicendum ꝙ vnio tripliciter poteſt accipi. Vno modo prout vnio idem eſt ꝙ vnitio,

In al[illegible] ſcrip[illegible] vt h[illegible] q. 1 a[illegible] 1. 3. [illegible] q. 2. a[illegible] 8. o.

tio,& ſic idem eſt ꝙ diuina eſſentia. Alio modo vt vnio eſt paſſio,& ſic eſt quædã naturæ aſſumptæ dependentia ad aſſumentem. Tertio modo,& proprie vnio eſt relatio conſequens huiuſmodi actionem,& paſſionem,& ſic eſt quædam cõparatio vel habitudo vnitorũ. Relationum aũt quędam ſunt realiter in vtroq; extremorum, quando eſt mutua dependentia relatiuorum adinuicem, ſicut in patre,& filio. Quando autem vnum extremum dependet ab altero realiter, & non econuerſo, tunc relatio eſt in eo in quo eſt dependentia ſecundum rem, in altero vero ſecundum intellectum, quia non poteſt vnum relatiuum intelligi ſine reliquo, ſicut apparet i ſcibili, & ſciẽtia,& hoc modo ſe habet omnis relatio quæ eſt creatoris ad creaturam. Vnde cum vnio Dei,& hominis ſit huiuſmodi, in humana natura erit ſecundum rem, quia in ea eſt dependentia ad ſuum creatorem, in Deo autem, cum nulla ſit dependentia, erit ſecundum intellectum.

Ad illud ergo quod obiicitur ꝙ vnio eſt in vnitis, verum eſt in altero ſecundum rem, in altero ſecundum rationem.

Ad ſecundum dicendum ꝙ vnio ſimpliciter eſt ęquiparantiæ relatio: non tamẽ vnio creatoris & creaturę, ſicut nec ſimilitudo creaturæ & creatoris, niſi ſecundum modum intelligendi, nõ exiſtendi. Inter Deum namq; & creaturam nulla eſt æquiparantia. Ad tertium dicendũ, ꝙ vnio dicitur de Deo per aſſumptionẽ non ꝙ ipſa ſit aſſumpta, ſed quia eſt aſſumptionis terminus. Ad quartũ quo obiicitur ꝙ eſt aſſumptio, ſciendum ꝙ aſſumptio,& vnio ſimul tempore in chriſto fuerunt: differunt tamen re: & ratione quadrupliciter. Prima differentia ſumitur ex parte aſſumpti: quia aſſumptũ manet diuerſum, quod vnitur ſit vnum: vnde ſuppoſitũ vnitur ſine perſona, aſſumitur autem natura. Secunda ex parte extremorum, quia vnio, quantum eſt de ſe, ęqualiter reſpicit vtrũq; extremorũ, ſed aſſumptio requirit in aſſumente ens ſtabile ad quod aliud trahitur, non ecõuerſo: vnde natura diuina dicitur vnita ſed non aſſumpta. Tertia ex parte termini, quia aſſumptio in ſuo intellectu terminum cui ſit coniunctio includit, vnio vero non: vnde tota Trinitas vniuit Filio naturam humanam, ſed non aſſumpſit. Quarta ex parte ipſius fieri, quia aſſumptio ordinatur ad vnionem, vt via ad terminum. Et ſic apparet ſolutio ad argumentum, quia ad ſe ſumere non dicit ſibi vnire, imo actum ordinatum ad illum ſicut via ad terminum: Primo.n. eſt ſumere,& poſtea vnire aſſumptũ.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ ſit facta vnio in natura: Quãdo enim duo coniunguntur valde inęqualia in virtute, quod pręd ominãs eſt, tranſmutat aliud in ſuã naturã, ſicut patet in gutta aquę,& vegete vini. ſed natura diuina & humana ſic ſe habent. ergo diuina tranſmutat in ſe humanam. Præterea. Proprietates corporis,& animæ non dicerentur ſimul de aliquo vno, niſi conſtituerent hęc duo naturam humanam. ergo a ſimili proprietates diuinæ,& humanæ naturæ, non dicerẽtur ſimul de chriſto niſi conſtituerent vnam naturam in chriſto. Præterea. Ex duabus naturis nullã vnã naturã conſtituẽtibus nõ ſit aliquod vnum. chriſtus vero eſt vnum ex duabus naturis. ergo conſtituunt in eo vnam naturam. Pręterea. Videtur ꝙ non in perſona: Non enim poteſt fieri cõmunicatio, vel vnio in incõmunicabili, perſona vero, ſicut dicit Ricar. rationalis naturæ, incõmunicabilem ſubſtantiam vel exiſtentiam dicit. ergo non poteſt fieri in ea vnio, ſiue cõmunicatio. Pręterea. Maior eſt conuenientia ſecundum rem vnam q̃ ſecun-

In alio ſcript, vt hic, q.1.ar. 2.& 3. o. 3.p. q.2.ar. 1.&2.o 4.cõ.c. 35 37. &41. Dever. q. 20. ar.1.c. Devni. ar.1.o. opu.3. tract.2. c.22. 26. & 27.

dum rationem vnā.ergo maior eſt conuenientia in perſona,quæ eſt ſcd̄m rem, q̄ quę eſt in genere, vel in ſpecie, quæ eſt ſecundum rationem.ſi ergo diuina & humana natura non poſſunt conuenire in genere,& ſpecie, multominus in perſona. Ad hoc dicendum ꝙ cum omnis vnio terminetur ad vnum, vnio autē naturarum in chriſto nō poteſt eſſe in vna natura,ergo oportet ꝙ ſit in perſona. Quod autem vnio non poſſit fieri in natura ſic oſtēditur.Natura.n. quāuis multipliciter dicatur, vt patet per philoſophum.5.metha.tamē hic accipitur ꝓut ſignificat rei quidditatem,ſiue eſſentiam quę in diffinitione cōtinetur,& hoc modo non eſt aliqua vna natura in chriſto in qua facta ſit vnio:quia nec humana, nec diuina,nec media,cum ex his omnibus ſequatur tranſmutatio naturę diuinæ,quia aut diuina transmutaretur in humanam,aut econuerſo, quod eſt impoſſibile,cum ea quæ non cōmunicant in materia,nec trāſmutentur adinuicē, aut vtrūq; tranſiret in mediam permixtionem,quod eadem ratione eſt impoſſibile,cum mixtio ſit miſcibilium,vnio alteratorum,ſicut in de generatione dicitur,aut vtraq; manens conſtitueret tertiam,& hoc vel per viam cōbinatiōis, ſicut duæ lineæ,& ſic natura diuina eēt corporea,aut per viam compoſitionis, vt corpus,& anima,& ſic componibilis, quod falſum eſt. Reſtat ergo ꝙ facta ſit vnio in perſona diuina,nō autem in humana,quia perſonalitas diuina non poteſt ad aliam trahi cum ſit incorruptibilis,& æterna.ergo oportet ꝙ ſit vnio in perſona diuina. Ad illud ergo quod obiicitur in contrarium dicendum, ꝙ propoſitio habet veritatem in agētibus mutuo,& patientibus,quod hic non cōtingit. Ad ſecundum dicendum ꝙ nō eſt ſimile,quia in humanis ſecūdum pſonas multiplicatur natura.Vnde non poteſt fieri vnio in perſona quin ſiat in natura, ſecus autem in diuinis. Ad tertium dicendum ꝙ chriſtus dicitur vnum ex duabus naturis,vnum exigitiue, non compoſitiue:non ita ꝙ illud vnum ſit factum ex vtraq; natura,ſed quia factū eſt vtriuſq; naturæ: vnde non oportet ex iſtis eſſe vnam naturam, ſed vnam perſonam. Ad illud quod obiicitur de pſona dicendum ꝙ cōmunicabilitas paſſiua,qua aliquid cōmunicatur alteri tranſiens ad perſonalitatem ipſius, cōtra rationem perſonæ eſt:ſed non actiua, qua ſe cōmunicat alteri perſona manēs per ſe in ſeipſa.Vel dicendum ꝙ cōmunicabilitas ſecundum prędicationem eſt cōtra rationem perſonæ,non autem communicabilitas adunationis,cum aliquid poſſit perſonę adiungi,multa in vna pſona poſſunt adunari.Poteſt enim perſona eſſe totum integrale,ſed non vniuerſale. Ad quintum dicendum ꝙ maior eſt cōuenientia in perſona q̄ in genere, vel ſpecie ſecundum actum exiſtendi,nō tamen ſecundum naturam:Vnde diuerſorum generum res adunantur in perſona vna,vt ſubſtātia,& accidens,non autem in natura vna. Id quod propriū non quod cōmune.ergo natura cōmunis non accipit naturam humanam.

Reſpon. Illud quod cōmune,inquantum commune,non accipit. Sed in propria perſona Filii natura, quæ ſemper genita &c. Contra.Natura Diuina nō generat,nec generatur. Reſponſio. In proprie loquitur ponens naturam pro perſona. In forma Dei. Sciendum ꝙ forma vno modo dicitur ex relatione ad materiam,quam perficit,alio modo ex priuatione materiæ,ſeu potentialitatis. Primo modo diuinitas non dicitur forma,ſed ſcdo. Sed quæritur vtꝝ &c. Videtur ꝙ ſic, quia vere dicitur incarnata. Reſpon. Incarnari dupliciter accipitur.Vel ſecundum carnem fieri, vel

carni

carni vniri. Primo modo non dicitur natura diuina incarnata, ſed ſecundo. Ideoq; nō ſic dicitur diuina natura eſſe homo &c. Contra. De quocunq; prę dicatur Filius Dei, prædicatur homo. ſed natura diuina eſt Filius Dei. ergo eſt homo. Dicendum ꝙ differentia eſt inter nomina ſubſtantiua & adiectiua: Subſtantiua enim non tātum ſignificant formam, ſed ſuppoſitum formæ: vnde poſſunt prædicari ratione vtriuſq;, & quādo prædicantur ratione ſuppoſiti dicitur prædicatio per idēptitatem, quādo autem ratione formæ, dicitur per denominationem ſeu informationem, & hæc magis eſt propria prædicatio, quia terminus in prædicamento tenetur formaliter. Adiectiua autem ſignificant tantū formam, & ideo nō poſſunt prędicari niſi per informationem: vnde hæc eſt falſa. Eſſentia eſt generans, quāuis hæc ſit vera, Eſſentia eſt Pater. Cum ergo dicitur, Filius Dei eſt homo, eſt prædicatio per informationem, & per idēptitatem. Cum vero dicitur eſſentia diuina eſt homo, eſt prædicatio per idēptitatem: qa eſt idem ſecundum rem cum ſuppoſito hominis, non autem per informationē, quia natura diuina non ſignificat vt ſuppoſitum ſubſiſtēs in humana. Et ideo dicit magiſter ꝙ nō eſt vna vera ſicut alia, nec tū dicit eam ſimpliciter eſſe falſam.

Diſtin. Sexta.

Ex præmiſſis autem

emergit quæſtio &c.

Diſtinctio tex.

Poſtq̄ determinauit de incarnatiōe Dei, hic incipit determinare cōditiones Dei incarnati. Diuiditur autem hæc pars in duas. In prima determinat de his quę cōueniunt Deo incarnato ratiōe vnionis, in ſecunda de his quę pertinent ad naturam abſolute aſſumptam. diſtin. 13. ibi. Præterea ſciendum eſt chriſtum. Prima in duas. In prima determinat de his quę dicuntur de Deo incarnato, exprimentia vnionem, ſicut cum dicitur, Deus eſt homo, vel factus homo: in ſecūda determinat de his quæ ei conueniunt conſequenter ad vnionem, diſtin. 8. ibi. Poſt ſunt prædicta moueri. Prima in. 3. Primo mouet quæſtionem de loquutionibus exprimentibus vnionem: in ſecunda ponit diuerſas opiniōes de modo vnionis ibi. Alii. n. dicunt. In tertia oſtendit quomodo intelliguntur diuerſæ prædictæ loquutiones ſecundum diuerſas opiniones diſt. 7. ibi. Secundum primū &c. Alii enim dicunt. Hic ponit opiniones, & diuiditur in partes tres, ſecūdum tres opiniones quas ponit. ſecunda incipit ibi. Sunt autem alii: tertia ibi. Sunt etiā alii. Quælibet autem harum trium partium diuiditur in du. in opinionem, & confirmationem. Confirmatio primæ opinionis incipit ibi. Sed ne de ſuo ſenſu. Secunda ibi. De hoc autem Auguſt. Cōfirmatio autem tertiæ ibi. Ne autem illi de ſuo ſenſu.

Expoſitio.

AD intellectum autem harum opinionum ante diſputationē oportet tria breuiter videre. Primo in quo adinuicem conueniant, ſecundo in quo differant, tertio quid vnaquęq; ponat. Circa primum ſciendum eſt ꝙ in hoc cōueniunt omnes, ꝙ neq; ponūt in chriſto duas perſonas ſicut Neſtorius neq; vnam tantum naturam ſicut Eutiches, ſed media via incedunt inter duas hæreſes. Circa ſecundum ſciendum eſt ꝙ cum in chriſto ſint duæ vniones vna ſ. animæ ad corpus, alia humanitatis ad perſonam diuinam, quantum ad vtrūq; differt tertia opinio a duabus primis, eo ꝙ duæ primæ dicunt ex anima & corpore in chriſto eſſe vnum quid conſtitutum, quod tertia opinio negat. Itē ter-

In alio ſcript. vt hic. Philip. 2. l. 2. co. 3 ſi.

tia opinio dicit animam, & carnem accidentaliter perſonæ verbi aduenire, vt homini veſtimentum, quod prima, & ſecunda opinio negat. Similiter etiā quātum ad has duas vniones differt ſecunda opinio a prima Quantum quidem ad vnionem animę & corporis, hoc modo: Nam prima opinio aſſumptiōi vtriuſq; horum a diuina perſona præintelligit vnionem eorum adinuicem ſecūdum ꝙ vniuntur ad conſtituendum, & humanitatem, & hominem, & ideo concedit humanam naturam, & hominem eſſe aſſumptum. Secunda vero opinio aſſumptioni præintelligit vnionem animæ, & corporis ſecundum ꝙ coniunguntur ad cōſtituendam humanitatem, non aūtēm ꝙ vniuntur ad conſtituendum hominem: vnde dicit humanam naturam eſſe aſſūptam, non autem hominem. Neutra tamen opinio dicit vnionē animæ, & corporis præcedere tempore aſſumptionē, ſed ſolo intellectu. Differt autem homo ab humanitate, quia homo dicit quid completum ſubſiſtens, nō autem humanitas. Quantū vero ad vnionem animæ, & corporis cum perſona verbi differunt hoc modo: Nam ſecunda opinio dicit ꝙ illæ duæ ſubſtantiæ pertinent ad perſonalitatem verbi, ita ꝙ poſt icarnationem verbi perſona ſubſiſtit in his ſubſtātiis ſimul, & in ſubſtantia diuina, qd prima opinio negat dicens tantum per aſſumptionem hoc factum eſſe vt perſona verbi ſit illa ſubſtantia compoſita ex anima, & corpore. Circa tertium ſciendum eſt ꝙ prima opinio ponit hominē aſſumptum. Item ponit in chriſto duo ſuppoſita, & duas hypoſtaſes. Item ꝙ chriſtus eſt duo neutraliter, licet nō maſculine. Item ꝙ homo nō ſupponit ſuppoſitum æternum, ſed temporale tantum, quorum contraria omnino ponit ſecunda opinio. ſ. ꝙ homo nō eſt aſſumptus, ſed humana natura. Item ꝙ in chriſto eſt vnum tantum ſuppoſitum. Item ꝙ Chriſtus eſt vnus, & vnum. Item ꝙ hic homo ſupponit ſuppoſitum ęternū ſubſiſtens in natura temporaliter. Tertia vero ponit opinio ꝙ homo non prædicat de chriſto aliquid compoſitum, ex anima & corpore ſed ponitur materialiter pro partibus humanæ naturę. Item ꝙ prædicatur de chriſto accidentaliter. Item ꝙ anima, & corpus non pertinent ad perſonalitatem verbi, in quo conuenit cum prima opinione. Item ꝙ in chriſto eſt vnum tantum ſuppoſitum, in quo conuenit cum ſecunda.

Articulus primus.

Quęſtio vnica.

HIc quæritur primo, vtrum in chriſto ſit tātum vna hypoſtaſis, vel ſuppoſitum & videtur ꝙ non. Sicut dicit Boe. in lib. de dua. na. omnis ſubſtantia particularis, ſecundum proprietatē vocabuli, poteſt dici hypoſtaſis, licet ſecundum vſum dicatur ſolum de ſubſtantiis nobilioribus, ſed in chriſto ſunt duę ſubſtantiæ particulares. ergo duæ hypoſtaſes. Præterea. Suppoſitum dicitur quaſi ſub alio poſitum. ſed inconueniens eſt dicere ꝙ aliquid diuinum ponatur ſub creata natura. ergo oportet ponere aliquod ſuppoſitum nō diuinum. eſt autem in chriſto diuinum ſuppoſitū. ergo duo. Præterea. Res naturæ idem videtur quod naturale. ſed naturale, vt dicitur in ſecūdo phyſi. eſt proprietas creata ex principiis naturæ, vel compoſitum ex naturalibus principiis. ſed neutrum iſtorum conuenit diuinæ perſonæ. ergo diuina perſona non erit res humanæ naturæ, & ſic ſunt duæ res naturæ. Pręterea. Omne quod eſt, aut eſt vniuerſale, aut particulare. ſed humana natura eſt in chriſto: cum ergo nō ſit vniuerſalis, erit particularis. ſed omne particulare eſt indiuiduum. ergo ſūt ibi duo indiuidua. Præterea. Filius Dei

In alio ſcript. vt hic, 0.3.p. q.2.ar. 3. o. 4. con. c. 54. 38. & 39. De vni. ar. 2. o. quol. 9 ar. 2. o. opu. 3. trac. 2. c. 25. 26. & 27.

aſſumpſit corpus animæ vnitum:corpus enim non vnitum cum non ſit inanimatum non eſt aſſumptibile.ſed ex vnione corporis,& animæ conſtituitur homo, cum vnio prędicta non ſit minoris efficaciæ in chriſto q̃ in nobis.ergo aſſumpſit hominem. ergo aliquem hominem. ergo ſuppoſitum hominis.cum ergo aſſumens non ſit aſſumptũ,in chriſto erũt duo ſuppoſita. Pręterea. In Pſal. 64. dicitur.Beatus quem elegiſti,& aſſumpſiſti, loquitur de chriſto homine.ergo idẽ quod prius. Ad hoc dicendum ꝙ particulare duplicem habet reſpectũ,ad naturam cõmunem,& ad proprietates cõſequentes naturam,& ſecundum hũc duplicem reſpectum nomine primæ vel ſecundæ impoſitionis poteſt nominari. Res enim naturæ,cum ſit primæ impoſitiõis,nominat particulare per reſpectũ ad naturam cõmunem: Suppoſitum autem,cum ſit nomen ſecundæ impoſitionis,nominat habitudinem particularis ad naturam communem,prout ſubſiſtit in ea:particulare autem, prout exceditur ab ea. Nomina autem quæ ſignificant,particulare per reſpectum ad proprietates conſequentes naturam,nominant etiam ipſum per habitudinem ad naturam,& hoc poteſt eſſe dupliciter. Nomine primæ impoſitionis, vt hypoſtaſis nominat particulare in quolibet genere ſubſtantię,perſona autẽ in genere rationalis ſubſtantię. Nomine etiam ſecundæ impoſitionis,ſicut indiuiduum nominat particulare,prout eſt in ſe indiuiſum ſingulare,prout ab aliis eſt diuiſum. Secundo iſta nomina differunt: qa aliqua nominant particulare in quolibet genere,vt particulare ſingulare indiuiduum, aliqua in genere ſubſtantiæ tantum,ſicut perſona hypoſtaſis, & res naturæ,& ſuppoſitum. Cum autem ſubſtantia dicatur a per ſe ſtando, nullum iſtorum dicetur niſi de re per ſe exiſtente. Vnde nec de parte,nec de accidente dicuntur de quibus alia poſſunt dici, q̃ in omnibus generibus inueniuntur: quauis enim hęc albedo vel manus dicatur indiuiduum,vel ſingulare,non tamẽ poteſt dici hypoſtaſis vel ſuppoſitum,& iõ ſecundum ſecundam opinionem,quę ponit in chriſto vnam tantum rem ſubſiſtentem,quæ etiamverior eſt,vt patebit, dicendum ꝙ omnia nomina illa quæ ſignificant,particulare in quolibet genere,poſſunt dici eſſe duę in chriſto, ſicut hęc manus dicitur eſſe indiuiduum, vel ſingulare vel particulare.Hęc tamẽ plura indiuidua de chriſto non prędicãtur, ſicut nec partes naturæ nec ipſa etiã natura humana:Non autem duas hypoſtaſes vel tes naturę,vel ſuppoſita dicimus eſſe in chriſto,cum non ponuntur duo per ſe ſubſiſtẽtia in eodem:nihilominus tamen,ſicut dicimus vnionem factam in perſona,ita in ĩdiuiduo ſingulari,& particulari, quia q̃uis hęc tria vltima poſſint dici de non per ſe ſubſiſtẽtibus,nihilominus tamen dicuntur de per ſe ſubſiſtentibus,& ſic poſſumus dicere chriſtũ vnum indiuiduum,nõ autem poſſumus dicere chriſtum eſſe plura indiuidua, & ſimilis eſt ratio de aliis etiam quę ſignificant particulare de quolibet genere. Ad illud quod obiicitur ꝙ omnis ſubſtãtia particularis poteſt dici hypoſtaſis,dicendum eſt ꝙ hoc intelligitur de ſubſtãtia particulari,quæ eſt in genere ſubſtãtiæ per prædicationem nõ per reductionem.i. de eo quod perfectæ participat naturam generis,ſicut ens completũ in illo genere,quale non eſt pars ſubſtãtię: Non enim genus ſubſtantiæ prędicatur de manu,q̃uis ſubſtãtia ſecundum ꝙ cõtra accidens diuiditur,de ipſa prędicetur.& ſecundum hęc duę ſubſtantiæ particulares in chriſto non ſunt. Ad ſecundum dicẽdum ꝙ in chriſto ſunt duo ſuppoſita loquutionis,q̃uis nõ naturę.

3.p.vbi ſu.ar.2 ad ter.

ſuppoſitio enim de qua hic obiicitur nõ importat inferioritatem, quod eſſet indignitatis, ſed ſuſtentationem. Ad tertium dicẽdum ꝙ res naturæ, per ſe loquendo, eſt quod habet naturam. Sed ꝙ hoc ſit compoſitum accidit, inquantum compoſitum ex materia & forma q̃ ſunt principia naturę non adiungitur alteri exiſtenti ſimplici. Ad quartum humana natura eſt particulare & indiuiduum non tamen ſubſiſtens, & ideo non eſt hypoſtaſis vel ſuppoſitum. Ad quintum dicendum ꝙ non eſt propter inefficaciã vnionis animæ & corporis vt eorum cõiunctio, ſecũdũ ꝙ præintelligitur vnioni ad diuinã perſonã, nõ faciat hoĩem, ſed humanã naturam in chriſto, ſed eſt ex hoc ꝙ non fuerunt coniuncta ad hoc ꝙ per ſe ſubſiſterent, ſed vt diuina perſona ſubſiſteret in eis. Vnde, quãuis iſte terminus, homo in chriſto ex ratiõe ſui ſignificati comprehendat duas ſubſtãtias .ſ. animam & carnem, tertiam tamen cõprehẽdit ex parte ſuppoſiti .ſ. diuinam.
In alio ſcript. vt hic, ar.2.o. 3 p. q. 4. ar. 3. o. op. 1. c. 21. Ro. 1 .l. 3. c. 4. Philip. 2. le. 2. co. 3.
Ad illud autẽ quod obiicitur de authoritate Pſal. dicendum ꝙ homo ſumitur ibi pro natura humana. Nam cum id qd aſſumitur ſecundum intellectum præcedat vnionem, ſi homo dicatur aſſũptus, oportet ꝙ intelligatur homo anteq̃ intelligatur aſſumptus. Sed homo vniuerſalis non poteſt dici aſſumptus, vt ſupra dictum eſt, homo autem particularis eſt quid ſubſiſtens habens eſſe completum. Quod autem habet eſſe completum in quo ſubſiſtit, non poteſt vniri alteri niſi tribus modis. Vel accidẽtaliter, ſicut tunica homini, & hũc modum vnionis ponit tertia opinio quæ non tenetur, vel per modum aggregationis, ſicut lapis lapidi in aceruo, vel aliquo accidente, ſicut homo vnitur Deo per amorem, vel per gratiam, & neutra harũ eſt vnio ſimpliciter, ſed ſecundum quid, & ideo nulla iſtarum conuenit Chriſto. Vnde nullo modo concedendum eſt quòd homo ſit aſſumptus.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, q. 2. ar. 1. & 2. o. 3. p. q. 17. ar. 1. o. 4. con. c. 38. r. 10. De vnio. ar. 3. o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd chriſtus non ſit vnum. Chriſtus.n. eſt vnum vnitate increata, & eſt vnum vnitate creata. vnitas autem creata non eſt vnitas increata. ergo Chriſtus eſt duo. Præterea. Vnum eſt eſſe Filii Dei, & Patris. ſi ergo eſt vnũ eſſe huius hominis, & filii Dei, vnum erit eſſe huius hominis, & Dei Patris. ergo iſte homo erit in vno eẽ vnitus Deo Patri. Hoc autem eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt quòd huius hominis, & Filii ſit vnum eſſe, ſed duplex. eſſe autem eſt ſuppoſiti. igitur in chriſto erũt duo ſuppoſita, & ſic chriſtus erit duo. Præterea. Chriſtus eſt aliquid impaſſibile, & eſt aliquid paſſibile. ſed paſſibile non eſt aliquid impaſſibile. ergo eſt aliquid & aliquid. ergo non eſt vnum. Contra: Quicquid eſt, ideo eſt quia vnum numero eſt. ſi ergo Chriſtus nõ eſt vnum, nihil eſt, quod eſt hæreſis. Præterea. Ea quæ non ſunt vnum, non poſſunt de ſe vniuoce prædicari. ſed Deus prędicatur de homine chriſto, & econuerſo. ergo Chriſtus eſt vnum. Ad hoc dicendum quod neutrum genus eſt informe, & indiſtinctũ, maſculinum autem eſt formatum, & determinatum: vnde maſculinũ genus non prædicatur abſolute, niſi de re perfecta ſubſiſtente. Vnde non poteſt dici quòd humanitas, vel albedo Petri eſt aliquis, ſed quòd eſt aliquid, ſed de Petro poſſumus dicere quod eſt aliquis, & quod eſt aliquid. Similiter etiam in chriſto poteſt dici de perſona quòd eſt aliquis, & quòd eſt aliquid: de natura autẽ quod eſt aliquid, & non quòd eſt aliquis. Secundum autem ſecundam opinionẽ, illud aliquid, quod eſt natura aſſumptũ, non prædicatur de Chriſto, quia nõ habet rationem hominis, ſed humanitatis.

Aliquid

Aliquid ergo ſecundum quòd prædicatur de Chriſto, non ſignificat tãtum naturã ſed naturę ſuppoſitum, & quia plurale eſt geminatum ſingulare, ideo Chriſtus non poteſt dici aliqua, niſi eſſent in eo duo ſuppoſita naturarum, quod negat ſecunda opinio, & ſimiliter tertia: Et ideo vtraq; opinio dicit ꝙ Chriſtus eſt vnum: ſed ſecunda dicit ꝙ vnum per ſe, tertia vero ꝙ eſt vnum per accidens, ſicut homo albus. Sed prima opinio dicit ꝙ aſſumptum non tantum habet rationem humanitatis, ſed etiam hominis, & tamen non poteſt dici aliquis, quia alteri digniori eſt coniunctum: ſed dicitur aliquid, & illud aliquid prædicatur de perſona aſſumente, & ideo ſequitur ꝙ Chriſtus eſt aliquid. ſ. aſſumens, & aliqd. ſ. aſſumptum, & quòd duo neutraliter, & non maſculine. Ad illud ergo quod primo obiicitur in cõtrarium dicendũ eſt quòd terminus numeralis ſe habet communiter ad perſonam & naturam. Vnde loquẽdo de vnitate perſonali, eſt tantum vna in Chriſto ſecundum quam dicitur vnus Chriſtus: Loquendo autem de vnitate naturali, eſt duplex vnitas: non tamen ſequitur quòd ſit vnum & vnum, quia vnum, quod de Chriſto prædicatur, non refertur ad naturam ſed ad ſuppoſitum naturæ, quod non geminatur. Ad ſecundum dicendum eſt ꝙ eſſe dupliciter accipitur, ſecundum philoſophum in metaphyſica. ſ. eſſe rationis, vnum de alio affirmantis, vel negantis, & hoc eſt prædicatum accidentale & eſt in mente quod prædicatur de ſubiecto mediante hoc verbo, eſt vt copula, non autem in re eſt, quia nihil eſt medium in re inter formam & materiã, & multominus inter prædicatum & ſubiectũ. Aliud eſt eſſe naturæ, & hoc dicitur dupliciter. Nam eſſe aliquando dicit actum primum, qui eſt rei eſſentia quæ eſt actualiter eſſendi principium, & hoc modo dicitur quòd diffinitio ſignificat quid eſt eſſe. Aliquando dicit actum ſecundum, qui eſt actus entis per eſſentiam, ſicut lucere eſt actus lucentis per ipſam lucem. Primo modo eſſe dicitur de propoſitionibus: ſecundo modo de naturis: tertio modo de naturarum ſuppoſitis, quia eſt actus ſuppoſiti, vt quod eſt, formę vero, vt quo eſt. Primo modo non loquimur hic de eſſe. Secundo modo eſt in chriſto duplex eſſe. i. duplex eſſentia, & ſic non vnitur humanitas in eſſe diuino, quia ſic vniretur Patri. Tertio modo eſt ibi vnũ eſſe, & hoc modo propriè nec partes, nec accidentia habent eſſe, ſed tantũ ſuppoſitum completum quod eſt ſecũdum omnia illa, & hoc modo in eſſe ſuppoſiti diuini vnitur humanitas, quod quidẽ eſſe eſt vnum, quãuis ad plura poſſit habere reſpectum, ſicut eſſe vnius hominis ſe extendit ad omnes partes eius. Nec valet, vnum eſt eſſe hominis & Patris. ergo hic homo eſt vnitus Deo Patri, quia hęc vnio facta eſt in eſſe diuino prout eſt in perſona filii ſiue ſub proprietate filiationis, ſub qua non eſt in Patre. Ad tertium dicendum ꝙ media eſt falſa quæ dicit quòd aliquid paſſibile non eſt aliqd impaſſibile: Idẽ enim ſuppoſitum quod eſt paſſibile ſecũdum vnam naturam, eſt impaſſibile ſecundum aliam.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ perſona Chriſti poſt incarnationem non ſit compoſita: Omne enim quod de ſimplici ſit compoſitũ mutatur. ſed perſona Chriſti non mutatur. ergo cum fuerit ſimplex poſtea nõ eſt facta compoſita. Præterea. Nullum æternum eſt compoſitum. ſed perſona Chriſti eſt ęterna. ergo non eſt compoſita. Pręterea. Ad ſimplicitatem diuinæ eſſentiæ pertinet ꝙ non ſit compoſita, nec alteri componibilis. Ad oppoſitum dicit Dam. naturas duas vnitas

In alio ſcript. vt hic, q. 2. 3. p. q. 2. ar 4. o.

inuicem in vnam compoſitam hypoſtaſim Filii Dei. Præterea. Athanaſius in ſymbolo dicit. Sicut ex anima rationali, & carne vnus eſt homo, ita Deus, & hõ vnus eſt Chriſtus. ſed anima rationalis, & caro ſunt partes hominis. ergo Deus & homo ſunt partes Chriſti. Reſpon. Dicendum ꝙ ad rationem totius duo pertinent. Vnum eſt ꝙ eſſe totius cõpoſiti pertineat etiam ad omnes partes eius, quia partes non habẽt proprium eſſe, ſed ſunt ſub eẽ totius. Aliud eſt ꝙ partes componẽtes cauſant eſſe totius. Prima cõditio totius inuenitur in perſona Chriſti, quia vtraq; natura in eſſe perſonæ cõmunicat: ſed ſecunda cõditio non reperitur: Illud.n. eſſe nõ cauſatur ex coniunctione naturarum ſicut eſſe compoſiti cauſatur ex coniunctiõe componentium, & iõ aliquo modo poſt incarnationem poteſt dici compoſita, inquantum ſaluatur ibi aliqua cõditio compoſiti. Non tamen eſt ibi vera ratio compoſitionis, quia deficit altera conditio: Nec dicendum ꝙ dicatur compoſita ſolum ſecundum nominis expoſitionem, quaſi cum alio poſita, quia ſic prima opinio, & tertia poneret perſonam compoſitam ſicut & ſecunda, quod falſum eſt. Ad primum ergo quod in cõtrarium obiicitur dicendum ꝙ verũ eſt de compoſitione integrali non de exigitiua: illa enim poteſt fieri per aſſociationem, & aſſociatio ſic mutatiõe vnius extremi ſine mutatione alterius, & ſic natura humana eſt meliorata, diuina remanente intranſmutata. Ad ſecundum dicendum ꝙ perſona non dicitur compoſita, quaſi eſſe ſuum ſit ex multis cõſtitutum: hoc enim eſt contra rationem æterni, ſed quia ad multa quæ aſſumũtur in eius eſſe ſe extendit. Ad tertium dicendum ꝙ de ratione ſimplicitatis ſummæ eſt ꝙ neq; ſit cõpoſita ex partibus, neq; componatur alteri tanquã pars. Sic autem perſona non eſt compoſita, q̃a neq; eſt pars, neq; ex partibus conſtituta. Ad quartum dicendum ꝙ Damaſc. dicit cõpoſitam hypoſtaſim, inquantum eſt aliquid ibi de ratione compoſitionis, non ꝙ ſimpliciter ſit compoſita quãtum ad perfectam rationem compoſitionis. Ad vltimum dicẽdum ꝙ ſimilitudo illa eſt quantum ad aliquid, & non quãtum ad omnia.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & oſtẽditur ꝙ non ſit compoſitio animæ & corporis ad inuicem in Chriſto: Damaſc.n. dicit. In domino Ieſu Chriſto non eſt communem ſpeciem accipere. ſed ex anima & corpore vnitis cõſurgit natura ſpeciei. ergo videtur ꝙ non fuerint vnita ad inuicem. Præterea. Poſt vltimam compoſitionẽ non poteſt eſſe aliqua compoſitio. ſed vltima compoſitio in natura eſt animæ ratiõalis ad corpus. ergo ſi illa vnio eſſet in Chriſto non poſſet ſequi vnio ad diuinam perſonam. Præterea. Anima non vnitur corpori niſi vt viuificet ipſum. ſed potuit viuificari ex coniunctione ad ipſam vitam quæ eſt verbum. ergo non oportuit eum animæ vniri. Præterea. Vĩ ꝙ natura humana accidẽtalr̃ verbo vniatur. Ad Phil. 2. Habitu inuentus vt hõ. g̃ cum habitus ſit genus accidentis, videtur ꝙ Deus fuerit homini accidẽtaliter vnitus. Præterea. Omne q̃d aduenit eſſe completo eſt accidens. ſed humana natura aduenit Filio poſt eſſe completum. ergo aduenit ei accidentaliter. Iuxta hoc quæritur an vnio diuinitatis ad carnem ſit maxima vnionum. Reſpon. Dicendum ꝙ vnio animæ ad carnem cõſtituit rationem hominis, & omniũ eius partium. Vnde remota anima non dicitur homo, neq; oculus, neq; caro, niſi æquiuoce, ſicut homo pictus, & ideo ſi tollatur vnio animæ Chriſti ad carnem,

In alio ſcript. vt hic, q. 3. ar. 1. 3. p. q. 2. ar. 5. & 4. con. G. 37.

In alio ſcript. vbi ſu. ar. 1. 3 p. vbi ſu. ar. 6 o.

carnem, ſequitur ꝙ nõ ſit verus homo, neq; caro eius vera caro, quod eſt hęreticũ, & iõ opinio iſta a papa Alexandro ꝑ hęretica eſt cõdẽnata. Ad il'ud vero qđ obiicitur in contrariũ, dicendum ꝙ Dam. loquitur quantum ad vnionem diuinitatis ad humanam naturam, ex qua non conſurgit tertia natura ſpeciei, nõ quãtum ad vnionem animæ ad corpus. Ad ſecundum dicendum ꝙ compoſitio animæ rationalis ad carnem eſt vltima in operibus naturæ: ſed compoſitio humanitatis ad perſonã verbi non fit operatione naturæ, ſed virtute diuina. Ad tertium dicendũ ꝙ verbum viuificat carnem Chriſti actiue, & ideo regritur anima vt formaliter viuificet. Ad quartũ dicendum eſt ꝙ ſubſtantia nõ poteſt eſſe accidens alicuius, quãuis cõiunctio vnius ſubſtantiæ ad alteram poſſit eſſe accidentalis, vt ſic vna ſubſtantia alteri accidentaliter aduenire dicatur. Sed hoc non poteſt eſſe niſi dupliciter, vel quòd coniungatur ei ſecundum contactum, ſicut veſtis homini, aut ſicut mobile motori, ſicut angelus coniungitur corpori quod aſſumit, & cum contactus non ſit niſi corporum, humana natura non poteſt vniri diuinæ, niſi ſicut mobile motori, ſicut angelus alicui corpori vnitur. Hæc autem vnio non facit cõmunicationem idiomatum naturarum adinuicem, & ideo humana natura diuinæ nõ vnitur accidẽtaliter. Et quod dicit Apoſtolus quòd habitu inuentus eſt vt homo, hoc dicit quia natura humana in Chriſto habet aliquam ſimilitudinẽ cũ accidente, & pręcipue cum habitu quantum ad tria. Primo quia aduenit perſonæ diuinæ poſt eſſe completum, ſicut habitus & omnia accidentalia. Secundo quia eſt in ſe ſubſtantia, & aduenit alicui ſicut veſtis homini. Tertio quia melioratur ex vnione ad verbum, & non commutat verbum, ſicut veſtis formatur ſecundum formam veſtientis, & non mutat veſtientem. Vnde antiqui dixerũt ꝙ vergit in accidens, & quidam propter hoc addiderunt quòd degenerat in accidens, quod tamen non ita proprie dicitur, quia natura humana in Chriſto nõ degenerat, imo magis nobilitatur. Ad quintum dicendum ꝙ quãuis adueniat poſt eſſe completum, tamen non eſt accidentaliter aduenies, quia trahitur ad vnionem in illo eſſe, ſicut corpus aduenit animæ in reſurrectione. Ad illud quod vltimo quærebatur, dicendum ꝙ vnio iſta poteſt dupliciter conſiderari, vel quantum ad id in quo fit vnio, vel quantum ad ipſa quæ vniuntur. Si primo modo vnio fiat in perſona diuina quæ eſt maxime vnum & ſimpliciſſimũ, ſic eſt maxima vnio poſt vnionem eſſentiæ in tribus perſonis: Quãuis.n. perſona ſit ita ſimplex & vnum ſicut eſſentia, tamen quælibet trium perſonarum eſt idem re cum ipſa eſſentia in qua vnitur. Non autem vtraq; natura in Chriſto eſt idem ſecundum rem cum ipſa perſona in qua fit vnio, quia humana natura nõ eſt idem re cum perſona diuina, quãuis altera natura.ſ. diuina ſit omnino idem re cum ipſa. Si ſecundo modo, ſic nõ eſt maxima vnio: ſed prima cõſideratio eſt vnionis ſecundum ſe, & ſecundum ꝙ vnum eſt, ſecunda autem cõſideratio eſt vnionis non ſecundum quòd vnio, & iõ dicendum eſt quòd eſt maxima ſimpliciter, quãuis non ſit maxima ſm quid.

De vni. a. 1. c. & ad ꝙ tertiũ dec. opu. 3. tract. 2. c. 19. Phil. 2. l. 2. co. 3.

In alio ſcript. vt hic, d. 5. q. 1. ar. 1. queſtiũcula 1. o. 3. p. q. 2. ar. 3. o. 4. con. c. 41.

Expoſitio tex.

Alij enim dicunt.

Hæc opinio prima falſa eſt, ſed non reprobata, vt erronea. Vtrũq; Chriſtus. Hic reſoluendus eſt nominatiuus in genitiuum.i. vtriuſq; naturæ, vel in ablatiuũ.i. in vtraq; natura ſimpliciter quod inuenitur alia & aliud & alia quæcunq;

In alio ſcript. vt hic.

ſimilia in incarnatione. Factam compoſitam. Sciendum quòd non fuit compoſita proprie.ſ.cõiunctio duorum ad cõſtituendum aliquid,ſed large.i. coniunctio duorum in vno. Hoc vero fieri potuit mutatione humanę naturæ ſine mutatiõe diuinæ naturæ. Mulier eſſentialiter eſſet Deus. Sciendum quòd q̃uis manente ordine qui nunc eſt videatur inconueniens quòd mulier eſſet caput viri,tamen ſi Deus id faceret conueniens eſſet.

Diſtin. Septima.

Secundum primam vero.

Diſtinctio tex.

Poſtq̃ magiſter deter. opiniones de modo vnionis,in hac parte deter. qualiter propoſitiones,quibus vnio ſignificatur, ſint intelligendę, & diuiditur in partes quatuor. In prima exponit eas ſecundũ primam opinionem, In ſecunda vero ſecundum ſecundam. In ſecunda enim ſententia. In tertia ſecundum tertiam. In hac vero ſententia. In quarta relinquit auditori iudicium de prędictis ibi. Satis diligenter. Prima diuiditur in duas. In prima ponit primę opinionis expoſitionem. In ſecunda mouet & ſoluit contrariam obiectionem. Huic autem ſentẽtię &c. In ſecunda vero ſententia. Et diuiditur in duas. Primo ſecundum ſecundam opinionem exponit propoſitiones prędictas. In ſecunda ſoluit ea quæ videntur huic ſententię aduerſari. Deter. autem &c. Prima in duas,quia primo exponit illas in q̄bus ſit prędicatio mediante hoc participio,factus, & hoc verbo,eſt. In ſecunda mediante hoc participio prædeſtinatus: Determinat autẽ &c. Hæc diuiditur in tres. Prio ſoluit authoritates quę vñr probare qd hõ ſit aſſumptus: Secundo illas quę videntur probare quod chriſtus ſit duo. Sed iis videtur aduerſari. Tertio illas quæ probant q̃ perſona non ſit compoſita. In hac ſententia &c. Hęc diuiditur in duas. Primo prædictas exponit propoſitiones ſecundum tertiam ſententiam. Secundo dubitationes incidentes contra ipſam deter. Secũdum iſtas &c. Hęc diuiditur in tres. In prima oſtendit qualiter Chriſtus dicatur prędeſtinatus. Secundo qualiter dicitur minor Patre, vel deificatus. Ii etiã cum dicitur Chriſtus. In illa quòd non debet dici homo diuinus,& qualiter dicitur eſſe ex duabus naturis. Et licet dicatur &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

HIc primo proceditur,& videtur q̃ hęc ſit falſa,Deus eſt homo: Omne enim quod prędicatur, aut prędicatur per ſe,aut per accidens. ſed hõ nõ p̄dicatur de Deo per ſe,q̃a ſic cõueniret cum ſuppoſito diuinæ naturę,nec iterũ prędicatur per accidens,quia Deo nihil accidit. ergo homo nullo modo prędicatur de Deo. Præterea. Maior eſt vnio perſonarum in natura vna q̃ duarum naturarum in perſona vna. ſed vna perſona nõ prędicatur de alia. ergo nec homo prędicatur de Deo,nec econuerſo. Pręterea. Magis conueniunt quę vniuntur in natura & perſona q̃ quę tãtum in perſona. ſed aïa & corpus vniuntur in natura & perſona vna, Deus autẽ & homo in perſona & non in natura, cum igitur anima non poſſit prędicari de corpore nec econuerſo, videtur quòd Deus non poſſit prędicari de homine,nec econuerſo. Contra. Secundum Anſelm̃. Vt eſſet qui poſſet genus humanum redimere,& pro genere humano ſatisfacere, oportuit eundem eſſe Deum,& hominem. ergo prędicatio Dei de homine,& ecõuerſo eſt prædicatio eiuſdem de ſeipſo. ergo eſt vera.

[In alio ſcript. vt hic, 3. p. q. 16. ar. 1. o.]

Pręterea.

Preterea. Quęcunq; vni & eidem ſunt eadem, ſibi inuicem ſunt eadem. ſed Chriſtus eſt Deus, & ipſemet eſt homo. ergo Deus eſt homo, & econuerſo. Ad hoc dicendum eſt, quod ſecundum omnes opinio nes, iſta propoſitio ponitur eſſe vera, ſed differenter: Tertia enim opinio dicit quod in hac propoſitione eſt prędicatio per in hærentiam, ſicut cum dicitur homo eſt albus, quia ponit quod natura humana ac cidentaliter diuinæ perſonæ aduenerit. Sed hoc ſtare non poteſt, quia ponit ex anima & corpore vnum nõ reſultare, ſed animã & corpus vt ſeparata, a verbo aſſumpta, & non vnita, & ideo nõ poteſt dici quod Deus ſit homo, niſi materialiter, quia partes humanæ naturæ vnitas ha buit, ſicut & totum integrale materiali ter de ſuis partibus prędicatur. Secũdo quia dato quod ex partibus humanæ natu ræ aliquid reſultauerit, non tamen illud poteſt prædicari de Deo, niſi de nomina tiue, quia ponit quod humana natura Deo aduenerit quaſi habitus, quia ſicut homo non poteſt dici veſtis, ſed veſtitus, ita ſi militer homo non poteſt prædicari de Deo, imo potius Deus diceretur huma natus. Secũdum autem primam opinio nem, cũ dicitur homo eſt Deus, vel econ uerſo, eſt hæc prædicatio per idẽptita tem. Sed quia ponit duo per ſe ſubſiſten tia ſiue ſuppoſita in Chriſto, ideo non põt Deus de homine vel homo de Deo prędicari: Nec poteſt dici quod ſũt idem in perſona, quia perſona illa inuenitur ha bere idẽptitatem cũ ſuppoſito diuino, & ideo oportet quod ſit diſtincta a ſuppo ſito humano, a quo ſuppoſitum diuinũ diſtinctum eſt, vt prima opinio dicit. Nõ eſt autem intelligibile quod aliqua adin uicem numerentur, & vnũ de altero prę dicetur, quia differentia eſt cauſa nume ri, idemptitas autem cauſa vere prędica tiõis, & ideo prima opinio irrationalis eſt. Secundum autem ſecundam opinio nem in prædicta propoſitione eſt prædi catio per informationem eſſentialẽ, quia Deus ſupponit ſuppoſitum perſonæ Fi lii, & hoc idem eſt ſuppoſitum humanæ naturæ per illam naturam informatũ, ſecundum modum intelligendi, inquan tum ſubſiſtit in ea. Vnde, ſicut hæc eſt ve ra & própria, Petrus eſt homo, ita & iſta, Deus eſt homo, quia. ſ. ſuppoſitum diui næ naturæ eſt etiã humanæ naturę ſup poſitum. Ad primum ergo quód in cõ trarium obiicitur, dicendum quod hæc eſt per ſe vera: Deus eſt homo ratione ſup poſiti diuini quod ſubſiſtit in humana natura. Vnde ſicut & homo per ſe de Sorte prędicatur, ita & homo de Chri ſto, non autem ratione formæ ſignifica tæ per hoc quod dico, Deus. Vnde non ſequitur quod poſſit prędicari de omni bus in quibus eſt natura diuina, ſed de q bus prædicatur Filii ſuppoſitum: Nec ta men poteſt dici quod hoc ſit per accidens, Deus eſt homo, ſicut homo eſt albus, quia iſte terminus, homo, prędicatur de Deo tanq̃ includens in ſuo ſignificato ſuppo ſitum diuinum, quod eſt ſuppoſitum ho minis, ſed hoc quod dico, album, nõ in cludit in ſuo ſignificato ſuppoſitum ho minis, cum tãtum qualitatem ſignificet, ſed tantum quaſi extrinſecum ipſum cõ pulat. Ad ſecundum dicendum eſt quod perſonę diuinę ſecundum quod ſunt vnum de ſe inuicem prędicantur. Vnde dici mus quod natura Patris eſt natura Filii, nõ tamen ſecundum quod ſunt diſtinctæ in pſõ na, ideo nomina perſonalia de ſe inuicẽ nõ prędicantur. Similiter ex hoc quód naturæ ſunt diuerſæ, per eadem nomi na quę ſignificant vel ſupponunt perſo nam prędicantur de ſe inuicem, non au tem illa nomina quę ſignificant naturas tantum. Ad tertium dicendum, quód ſicut anima & corpus non prędicantur de ſe inuicem, ſed tamẽ habens animam eſt habẽs corpus, ſic natura diuina & hu

mana non prædicantur de ſe inuicē, ſed homo & Deus, qui nō tantum naturam ſed idem ſuppoſitum naturę deſignant.

In alio ſcr.pt. vt hic. q.2.ar.1.3.p. q 16. ar.6.o. Op.1. c.18.& 2.c.6. Ro.l.l. 2,0.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ hęc ſit falſa, Deus factus eſt homo. Quod ſit aliquid, ſubiectum eſt paſſionis. Sed Deus nullius paſſionis eſt ſubiectum, cū ſit impaſſibilis. ergo non poteſt eſſe factus aliquid. Præterea. Cum fieri hominem ſit fieri ſubſtantiam, & fieri ſubſtantiam ſit fieri ſimpliciter. ergo quod ſit homo, ſit ſimpliciter. ſed Deus non poteſt dici ſimpliciter factus. ergo nec factus homo. Præterea. Mutari eſt aliud fieri. ſed Deus nullo mō pōt dici mutatus. ḡ nec factus pōt dici. Ad oppoſitum, Ioan. 1. Verbum caro factum eſt. Pręterea. Omne quod eſt, & non fuit, prius dicitur eſſe factum. ſed hæc eſt vera: Deus eſt homo, vt ſupra dictum eſt, & non fuit ſemper vera. ergo Deus factus eſt homo. Ad hoc dicendū ꝙ hoc participium, factus, poteſt abſolute prędicari & ſubiectum determinare, vt dicatur iſte homo factus, vel Deus factus, & cum vtrūq; ſupponat diuinū ſuppoſitum cui non poteſt contingere factio, ideo iſta propoſitio: Deus factus eſt homo, iſto modo eſt falſa. Si autē determinet ſubiectum in comparatiōe ad prędicatum, tunc iſta propoſitio eſt vera, & tunc eſt ſenſus: factum eſt quòd Deus ſit hō, quia factio non ponitur circa Deū, ſecundum rem ſed tantū ſecundum rationem, quia vnio ſecundum quam dicitur Deus eſſe vel factus homo, in Deo eſt ſecundum rationem, in natura autē humana ſecundum rem. Sed veritas huius propoſitionis magis patebit infra. Ad illud quod obiicitur in contrarium, dicendum ꝙ hoc intelligitur de factione quæ ponitur circa ipſum ſecūdum rem non ſecundum intellectum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ quāuis fieri hominem ſit fieri ſecundum ſubſtantiam, tamen in Chriſto habet ſimilitudinem aliquā cū fieri accidentis in hoc quòd aduenit ſuppoſito alterius naturæ, & ideo non dat ipſi eſſe ſimpliciter & abſolute, ſed eſſe tale, ſicut album homini. Tunc autē fieri ſecundum ſubſtantiam dat eſſe ſimpliciter & abſolute, quando dat eſſe ſuppoſiti, quod eſt eſſe ſimpliciter & abſolute. Ad tertium dicēdum ꝙ mutari proprie dicitur per remotionē a termino a quo, fieri autem per acceſſum ad terminum ad quem. Quia igitur nihil remotum eſt a Deo, nec ſecundum rem, nec ſecundū rationem, aliquid autem aduenit ei ſm rationem, & ſi non ſecundum rem, ideo poteſt dici fieri, ſed non mutari.

Articulus tertius.

In al o ſcrip. vt h q.2.a 2.3.p. q.16 ar.7.o.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd hæc ſit falſa. ſ. homo factus eſt Deus, quia ſecundum Dam. Homo & Deus cōmunicant ſibi idiomata; vt. ſ. quicquid dicitur de homine poſſit dici de filio Dei. ſed hæc eſt falſa; Filius Dei eſt factus Deus. ergo & hęc, Hō eſt factus Deus. Præterea. Aut homo ſupponit pro natura, aut pro perſona. ſed non pro natura, quia natura aſſumpta non eſt Deus: Nō pro perſona, quia aſſumens ſemp fuit Deus. ḡ hæc eſt falſa, Homo factus eſt Deus. Pręterea. Quia album aduenit homini, & non ecōuerſo; dicitur homo fieri albus, & non econuerſo. ergo a ſimili, quia humanitas aduenit Deo, & nō ecōuerſo, debet dici Deus fieri homo, non homo Deus. Cōtra. Auguſt. Talis fuit illa ſuſceptio quæ Deum faceret hominem, & hoiem Deū. Præterea. Factio, quæ importatur per hoc participium, factus, ſecundum rem non ponitur in Deo, ſed in humana natura: ſed homo ſignificat humanam naturam. Cum enim participium ponat rem ſuam circa ſubiectum in comparatione ad prædicatum, videtur ꝙ magis

hęc ſit vera. Homo factus eſt Deus, q̃ hęc Deus factus eſt homo. Ad hoc dicendū eſt quòd ſi factio importata per participium referatur ſiue ad ſubiectum, ſiue ad prædicatum abſolute, ſiue ad ſubiectum in relatione ad prædicatum, cum dicitur, Deus factus eſt homo, eſt falſa, quia iſte terminus, homo, ſupponit ſuppoſitum diuinū, quod abſolute non poteſt dici factum, nec factus Deus, quia nūquā nō fuit Deus. Si autem referatur ad totam compoſitionem, vtraq; iſtarū eſt vera, Deus factus eſt homo, & homo factus eſt Deus; & eſt ſenſus: Factum eſt vt Deus ſit homo, & econuerſo. Ad illud ergo quod obiicitur in contrarium, dicendum eſt ꝙ verbum Dam. intelligendum eſt de illis quæ conueniunt naturæ ſecundum ſe, & nō habent repugnantiā ad alteram naturam. Quod autem dicitur Deus homo factus, Deus non conuenit naturę ſecundum ſe, ſed ratiōe vnionis. Vnde non ſequitur. Hō factus eſt Deus, ergo filius dei factus eſt Deus, ſicut nō ſequitur, Homo vnitus eſt Deo, ergo Deus vnitus Deo. Ad ſecundum dicendum, ꝙ homo tenetur pro perſona quā non determinat participium ſed totam loquutionem, quia factum eſt vt perſona diuina in humanitate exiſtens eſſet Deus. Ad tertium dicendum, ꝙ nō dicitur homo factus Deus, quaſi factio ſit determinatiua ſuppoſiti hominis abſolute vel in reſpectu ad prędicatum, ſicut iam dictum eſt, & ſic procedit argumentum; ſed inquantum eſt determinatiua compoſitionis. Sed quia iſta propoſitio Homo factus eſt Deus, ſecūdum omnes ſenſus habet falſitatem, tantum ſecundū vnum ſenſum veritatem, ideo reſpondēdum eſt ad argumēta quæ probant eam eſſe veram. Vnde quod dicit Aug. ꝙ talis fuit ſuſceptio &c. illud intelligendū eſt vt referatur factio ad totum compoſitum tantum. Ad quintum dicendum ꝙ factio ponitur ſecūdum rem circa humanam naturam, ſed hoc nomen, homo non ſupponit humanā naturam ſed ſuppoſitum æternum, circa quod non ponitur factio ſecundum rem ſed ſecundū rationem, non reſpectu diuinæ naturæ quæ ſemper ei infuit, ſed reſpectu humanę, & ideo dicitur. Deus factus eſt homo, & non conuertitur.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ hæc ſit falſa. Ille homo eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei. Prædeſtinatio eſt rei futuræ. Filius Dei non eſt res futura, imo æterna. ergo aliquis nō poteſt prædeſtinari eſſe Filius Dei. Præterea. Prędeſtinatio præcedit finē reſpectu eius. ſed Filium Dei nihil pręcedit. ergo nihil pōt prędeſtinari ad hoc quod ſit Filius Dei. Pręterea. Videtur ꝙ hęc ſit falſa, Filius Dei prædeſtinatus eſt eſſe homo: Ad hoc.n. dicitur aliquid prædeſtinari, quod cōuenit ei per gratiam. ſed non eſt gratia Filio Dei ꝙ ſit homo. ergo Filius Dei non eſt prædeſtinatus eſſe homo. Præterea. Videtur ꝙ hęc ſit vera, Filius Dei eſt prædeſtinatus eſſe Filius Dei: Filius enim Dei, in quantum eſt homo, eſt prædeſtinatus eē Filius Dei. ſed alia quæ prædicantur de Filio Dei prædicantur de ipſo etiā ſine reduplicatione, ſicut filius Dei eſt mortuus. ergo filius eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei. Præterea. Videtur ꝙ hæc ſit vera, Filius Dei eſt prædeſtinatus: In chriſto enim non eſt niſi vnum ſuppoſitum. ſed de illo ſuppoſito poteſt dici ſimpliciter quod eſt prædeſtinatum. ergo pōt dici ꝙ filius Dei eſt prædeſtinatus. Reſpon. Dicendum ꝙ cum dicitur, Homo prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, per participium ratione præpoſitionis importatur anteceſſio. Aut ergo reſpectu ſubiecti ſolum, aut reſpectu prædicati, aut reſpectu totius copulati. Si reſpectu

In alio ſcript. vt hic. q. 3. o. 3. p. q. 24. ar 1. & 2 o. 4. cō c. 9. ro. 1. l. 3. o.

ſubiecti ſolum, vera eſt, qa hic terminus, homo, dicit ſuppoſitum ęternum in natura humana, & licet reſpectu eius ſimpliciter nulla poſſit eſſe anteceſſio, tamē reſpectu eius, vt eſt in natura humana, poteſt. Si vero reſpectu prædicati, falſa eſt propoſitio, qa reſpectu Filij Dei nulla poteſt eſſe anteceſſio. Si reſpectu copulati, vera eſt, quia prędeſtinatum erat vt homo eſſet filius Dei. Cū ergo duos habeat ſenſus veros, & vnum falſum, potius iudicanda eſt eſſe vera. Ad quod ergo obiicitur quòd filius Dei non eſt res futura, & ꝙ prędeſtinatio non pręcedit finem hunc. ſ. qui eſt eſſe filium Dei, dicendum ꝙ argumenta concludunt propoſitionem eē falſam, prout anteceſſio denotatur reſpectu prædicati, quod cōcedendum eſt, Vnde patet reſpōſio etiā ad ſecundum. Ad tertium dicendum, ꝙ hæc propoſitio, filius dei eſt prędeſtinatus eſſe homo, diſtinguenda eſt vt pręcedens, quia poteſt notari anteceſſio reſpectu ſubiecti, vel reſpectu prædicati, vel reſpectu totius copulati. In primo ſenſu eſt falſa, in duobus reliquis eſt vera, & ideo potius iudicanda eſt vera q̄ falſa: Et quod obiicitur, ꝙ nō eſt gratia filio dei quòd ſit homo, dicendum ꝙ q̄uis non ſit gratia filio dei quòd ſit homo, tamen eſt homo per gratiam vnionis, per quā humana natura eſt aſſūpta in vnitatem diuinæ perſonæ. Ad quartum dicendum ꝙ hęc propoſitio, filius dei eſt prædeſtinatus eſſe filius dei, ſecundum ꝙ eſſe accipitur ſecundum rei veritatem, falſa eſt, quia nihil eſt in propoſitione hac temporale, reſpectu cuius poſſit notari anteceſſio. Sed ſecundū ꝙ accipitur ſecundum manifeſtationem, ſic cōceditur: Et quod obiicitur ꝙ filius dei inquantum eſt homo eſt prædeſtinatus eſſe filius dei, Dicendum ꝙ hoc intelligitur de attributis quę non claudunt in ſe repugnantiam, & contradictionem ad eſſe filij: Nam talia non prędicantur de ipſo, niſi cum reduplicatione determinante, per quā notatur attributū ineſſe naturæ non perſonę, vt filius Dei, inquātum homo, incipit eſſe, vel eſt creatura, & alia huiuſmodi. Ad quintum dicendū, quòd hęc eſt falſa, filius Dei eſt prędeſtinatus, cum non ponatur aliquid reſpectu cuius poſſit anteceſſio denotari, ſed hæc, filius Dei, inquantum eſt homo, eſt prędeſtinatus, eſt vera, qa importari poteſt anteceſſio reſpectu hominis quantū ad naturam humanam, Et quod obiicitur de ſuppoſito, dicendum ꝙ quāuis ſit vnum ſuppoſitum, tamen eſt duarum naturarum ſuppoſitum, & poteſt ſibi aliquid conuenire ratione vnius naturæ, quod non conuenit ſibi abſolute, ſicut eſſe creaturā. Expō tex. Id quod prius erat, c. i. & hīs naturā quā prius nō habebat. Vtrūq; Chriſtus. Hic reſoluēdus eſt noīatiuus in ablatiuum, vel genitiuum, vtrūq; i. vtriuſq; naturæ, vel vtraq; natura.

Diſtinct. Octaua.

Poſt prædicta inquiri oportet &c.

Diſtinctio tex.

Poſtq̄ determinauit magiſter de iis quę conueniunt Deo incarnato vt exprimētia vnionē, hic determinat de eis quę cōueniunt ei conſequentia vnionem, & diuiditur in partes duas. In prima determinat de iis quæ conueniunt vni naturæ ex vnione ad alteram. In ſecunda determinat de iis quæ conueniunt perſonæ ratione aſſumptæ. x. diſt. Prima in duas. In prima determinat, quid cōueniat diuinæ naturę ex vnione ad humanam. In ſecunda qd conueniat humanæ ex vnione ad diuinā. 9. di. ibi. Præterea inueſtigari. Prima in duas. In prima inquirit vtrum diuina natura debeat dici nata

in

in Chriſto ex vnione ad humanam. Secundo an ratione duplicitatis naturæ poſſit dici Chriſtus bis natus ibi. Quæri etiam ſolet. In prima parte mouet, & ſoluit an natura in Chriſto poſſit dici nata ex vnione ad humanam. Secundo opponit in contrarium, & ſoluit ad obiectionem. Videtur tamen.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. ar. 3. o.

HIc primo quæritur, vtrum diuina natura in Chriſto ſit nata, & videtur ꝙ ſic: Quicquid enim idem eſt cum naſcente, & de ipſo in recto prædicatur, cum eo naſcitur, vnde nato Petro naſcitur homo. Cum ergo eſſentia diuina idẽ ſit cum filio Dei, & de eo in recto prædicetur, ipſo nato de virgine, ipſa naſcetur. Præterea. Incarnatio in Chriſto ordinata fuit ad natiuitatẽ. ergo qđ incarnatum eſt natum eſt. ſed natura diuina incarnata eſt. ergo nata. Præterea.

In alio ſcript. vt hic. ar. 2. o.

Videtur ꝙ natura humana poſſit dici nata: Natura enim humana, quãuis generet hunc hominem, intẽdit generare hominẽ ſimpliciter. ſed illud quod eſt per ſe & principaliter intentum a natura generante vere dicitur naſci. ergo homo ſimpliciter naſcitur. ſed homo naturam ſignificat humanam. ergo ipſa vere generatur, & naſcitur. Præterea. Humana natura chriſti producta eſt de virgine. aut ergo per creationem de nulla ſubſtantia, aut per factionem de aliena ſubſtantia, aut per generationem de ſubſtantia ſua. patet autem ꝙ nec per creationem, nec per factionem. ergo per generationem. ergo eſt genita. Ad hoc dicendum ꝙ naſci, fieri quoddam eſt. Quod autem fit, ad hoc fit, vt ſit. Vnde ſecundum ꝙ alicui conuenit eſſe, ita cõuenit ſibi fieri. Eſſe autem & fieri ꝓprie ſubſiſtentis eſt. Vnde ipſum proprie dicitur naſci, & fieri. Forma autem & natura dicitur eſſe ex conſequenti: Nõ enim ſubſiſtit, ſed inquãtum in ea ſubſiſtit ſuppoſitum dicitur eſſe. Vnde ex conſequẽti conuenit eis fieri vel naſci, non quia iſta naſcuntur, ſed quia per generationẽ accipiuntur. Vnde, cum natura diuina non ſit accepta per generationẽ humanam, natura autem humana ſit per eam accepta, natura diuina nõ poterit dici nata, niſi pro perſona accipiatur. Natura autem humana nõ per ſe ſed quia cõſequenter ad generationem ſe habet. dicitur nata.

3. p. q. 35. ar. 4. c. 4. con. c. 34. rat. 13 & 14. opu. 3. tract. 2. c. 38.

Ad primum ergo quod obiicitur in contrarium, dicendum ꝙ q̃uis hoc in humanis ſit verum, eo quòd omne tale cum ipſo producitur, non tamen in diuinis, niſi quantum eſſentia cũ perſona eſt idem re, nõ tamẽ cum productione perſonæ producitur, quia eſt inter ea differentia in modo ſignificandi, qui facit quòd aliquid de natura dicatur, quod de perſona dici non poteſt. Ad ſecundum dicendum, ꝙ illud quod incarnatur aſſumendo carnem ad ſe & in ſe, dicitur naſci, ſicut perſona. Sic autem non incarnatur natura, vt ex dictis patet. Vnde ratio non ſequitur. Ad tertium dicendum, ꝙ homo non ſignificat tantum naturam humanã, prout hic loquimur, ſecũdum ꝙ ſignificatur hoc nomine, humanitas, ſed compoſitum ſiue ſubſiſtens in natura, & ideo nõ ſequitur ratio. Ad quartum dicendum eſt ꝙ q̃uis per generationem producatur humana natura, non tamen proprie generatur, quia illud proprie dicitur generari ad quod actus generationis terminatur. Hoc autem eſt ſuppoſitum.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. ar. 4. c. 3. p. q. 35. ar. 2. o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ Chriſti non ſint duæ natiuitates: Naſci enim nõ eſt proprie naturæ, ſed perſonæ. In Chriſto autem eſt tantum vna perſona. ergo vna natiuitas. Præterea. Generatio vel natiuitas eſt vna ad eſſe. ſed in Chriſto eſt tantũ

Devni. ar.2.ad ſextum dec.

vnum eſſe. ergo vna natiuitas. Prȩterea. Ea quȩ non ſunt vnius rationis, nõ connumerantur adinuicem, ſicut latrabile & cœleſte non dicuntur duo canes. ſed natiuitas Chriſti corporalis, & ȩterna non ſunt vnius rationis. ergo non ſunt duæ natiuitates. Sed contra. Secundum natiuitatem æternam Chriſtus accepit naturam diuinam, ſecundum autem temporalem humanam. ergo ſicut ſunt duæ naturæ in Chriſto, ita duæ natiuitates. Præterea. Secundum aliquam natiuitatem Chriſtus dicitur filius matris. ſecundum autem illam non eſt filius patris. ergo in Chriſto ſunt duæ natiuitates. Reſpond. Dicendum eſt ꝙ illud ꝓprie dicitur naſci, qđ egreditur a generante coniunctum ei, ſicut embrio coniungitur matrici, & fructus arbori. Vnde naſci proprie dicitur generatio viuentium. Viuere autem cõpetit Chriſto, & ſecũdum naturam diuinam, & ſecũdum humanam, & ideo proprie vtraqȝ cõpetit chriſto ſ̃m naſci, Et rõ ſicut ponimus in Chriſto duas proceſſiones. ſ. temporalem, & ȩternam, ita duas natiuitates. Ad primum ergo dicẽdũ, ꝙ q̃uis naſci ſit perſonæ, tamen eſt eius naturæ ratione, & ideo ſecundum duas naturas ſunt duæ natiuitates. Ad ſecundum dicendum eſt ꝙ eſſe Chriſti quãuis ſit vnum, tamen habet reſpectum ad duas naturas, & hic duplex reſpectus duplici natiuitate acquiritur. Ad tertiũ dicendum, ꝙ natiuitatis temporalis & æternæ eſt vna ratio ſecundum analogiam, non autem ſecundum vniuocationem, ſicut etiam & naturæ diuinæ & humanæ.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic, ar.4. in quȩſt.ũ

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ Chriſtus non poſſit dici bis natus. Nihil enim dicitur naſci ex hoc ꝙ aduenit ei aliquid poſt eſſe cõpletũ, ſicut ſi capillus homini adueniat. ſed natura hũana aduenit filio Dei poſt eſſe completum. ergo ratione eius non poteſt dici bis natus. Præterea. Hoc aduerbium, bis, importat actuum ſucceſſionem. ſed non ſuccedit æterna temporalis, cum ȩterna ſit ſemper. ergo ratiõe duarum natiuitatum nõ poteſt dici bis natus. Præterea. Vbi non eſt interruptio nõ vtimur hoc aduerbio, bis. ſed generatio æterna non iterrumpitur. ergo ratione eius non poteſt dici Chriſtus bis natus. Sed contra. Bis, importat actuum numerum, cum ſit aduerbiũ numerãdi. ſed duplex eſt Chriſti natiuitas. ergo ſecundum eas debet dici bis natus. Præterea. Plus diſtat proceſſio temporalis ab æterna, q̃ temporalis a temporali. ſed ratione proceſſionum temporalium Spirituſſanctus dicitur Apoſtolis bis datus a Greg. ergo ratione duarũ natiuitatum, temporalis, & æternæ, debet dici Chriſtus bis natus. Reſpond. Dicendum ꝙ bis importat numerum actus, non ſecundum ꝙ actus numeratur ex ſubiecto, quia duobus currentibus non dicitur ꝙ bis curratur, neqȝ etiam ſecũdum ꝙ actus numeratur ex terminis, quia ſi aliquod moueatur ſimul ſecundum alterationem & augmentum, nõ dicitur ꝙ bis moueatur, ſed importat numerum actuum ſecũdum ꝙ actus numeratur propter diuerſam menſuram. Qđ quidem contingit dupliciter. Vno modo quando ſunt duȩ naturæ eiuſdem generis, ſicut duo tempora, quod non contingit niſi per interruptionem, & ꝓpter hoc aduerbium bis, importat actus interruptionem cum dicitur bis curritur. Alio modo quando duæ menſuræ non ſunt eiuſdem generis, ſicut æternitas & tempus, & hoc modo dicitur chriſtus bis natus, quia vna eius natiuitas menſuratur ȩternitate, alia vero tempore. Ad primum ergo dicendum, ꝙ quãuis natura humana adueniat filio Dei poſt eſſe cõpletum,

ula 3 3.p.q. 5. ar. 2.ad 4

completum,tamen non aduenit ei acci-
dentaliter,vt capillus homini,ſed ſubſtã
tialiter,& ideo non eſt ſimile. Ad ſecũ-
dum,& tertium dicẽdum ꝙ rationes illę
procedunt quãdo hoc aduerbium, bis,
deſignat diuerſas menſuras eiuſdem ge-
neris,& hoc non eſt in propoſito.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& vide-
In alio tur ꝙ in chriſto ſint duę filiatiões:
ſcript. Multiplicata enim cauſa multipli-
vt hic. catur effectus.ſed filiatio eſt effectus nati
arti. 5 uitatis.ergo ea multiplicata,multiplica
3.p.q tur.ſed in Chriſto ſunt duæ natiuitates.
35.art ergo duæ filiationes. Præterea. Rela-
5.o. tiua poſita ſe ponunt,& perempta ſe pe
Quol.1. rimunt.ergo interempta maternitate in
ar.2.o terimitur filiatio,qua Chriſtus eſt filius
quol.2. m̃ris.ſed nõ interimitur illa qua eſt filius
ar.4.o patris.ergo hæc non eſt illa . ergo ſunt
duę. Præterea. Si pater fuiſſet natus
de virgine,fuiſſet filius virginis , ſed ta-
men non ęterna filiatione. ergo altera.
ergo Chriſtus ſimiliter. Contra. Om
ne accidẽs aliquod habet ſubiectum im
mediatũ,& id denominat,vt albedo ſup
ficié.ſed filiatio tẽporalis non denoĩat
naturã,ſed perſonã.In pſona vero non
põt eſſe aliqd accidens tẽporale ſecun-
dum rem.ergo filiatio temporalis nihil
ponit in chriſto ſecundum rem. Præte
rea. Filiatio eſt proprietas perſona-
lis. ſed perſona tm̃ vna eſt in chriſto.er-
go & filiatio. Ad hoc dicendũ ꝙ qui-
dam propter duas natiuitates, & natu-
ras exiſtentes dicunt in Chriſto duplicẽ
eſſe filiationem , quia ponunt filiationẽ
perſonam reſpicere mediante natura,&
eam aduenire ratione generationis.Sed
contra eos eſt,quia filiatio conſequitur
generationem vt determinatiua ſuppo-
ſiti,nõ natura media,quia ſic eam deno-
minaret ſicut apparet in aliis accidenti-
bus quæ cõueniunt toti ratione partis,
quia per partem determinant totum,ſi-
cut criſpitudo. Filiatio autem nec deter
minat, nec denominat naturam. Vnde
non poteſt dici natura filia,& ideo non
poteſt per eam determinare ſuppoſitũ,
vel denominare. Sciendum eſt igitur,
ſecundum alios,ꝙ cum filiatio ſit rela-
tio , & nulla relatio temporalis poſſit
Deo conuenire ſecundum rem,in Chri-
ſto autem non ſit niſi diuinum ſuppoſi-
tum,ſecundum cõmunem opinionem,
filiatio quę erit temporalis relatio,non
poterit in eo poni realiter,& ideo non
poſſunt eẽ in Chriſto duę reales filiatio-
nes,vna temporalis,& alia æterna.Nihi-
lominus tamen dicitur ex tẽpore filius
virginis realiter , ſicut realiter dicitur
dominus ex eo quod realiter creatura
refertur ad ipſum. Vnde concedendum
eſt quòd in Chriſto eſt vna filiatio realis
qua refertur ad patrem, & reſpectus qui
dem rationis quo refertur ad matrem,
ſecundum quem realiter dicitur filius,
quia mater realiter refertur ad ipſum.
Ad primum ergo quòd obiicitur in cõ
trarium,dicendum ꝙ natiuitas,non ſo-
lum numeratur ex parte eius quod na-
ſcitur,ſed ex parte modi naſcendi, quia
dicit actum naſcendi.Vnde quãuis idem
ſit quod naſcitur ex vtero & in vtero,ta
men dicitur duplex natiuitas. Quia er-
go in chriſto,quãuis ſit vnus actus,tamẽ
duplex eſt modus,& duplex actus naſcẽ-
di, ideo recte dicitur in chriſto duplex
natiuitas,non autem duplex filiatio.
Vel dicendum ꝙ natiuitas non eſt tota
cauſa filiationis,ſed natiuitas cum eẽ cõ
pleto naſcentis,quod eſt hoc vnitum.
Ad ſecundum dicendum ꝙ maternitas
ponit alium reſpectum in chriſto , ſicut
iam dictum eſt , & illa remota remouet
illum reſpectum,ſed non oportet quòd
ponat aliam filiationem realem,qa eius
nõ eſt ſuſceptiuum ſuppoſitum diuinũ.
Ad tertium dicẽdum ꝙ ſi pater carnem
aſſumpſiſſet de virgine,eſſet filius virgi-

nis, non quidem per aliquam realem filiationem, cuius ſuppoſitum æternum eſſet ſubiectum, ſed per reſpectum rationis tantum.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic.

Hoc eſt enim naſci de virgine.ſ.hominem aſſumere. Verum eſt, ſi aſſumere dicatur ad ſe ſumere, & in ſe, quod perſonæ conuenit non naturę, vt ex ſupradictis patet.

Diſtin. Nona.

Præterea inueſtigari oportet &c. Diſtinctio tex.

Poſtq̄ deter. magiſter quid conueniat diuinæ naturæ ex vnione ad humanā, hic determinat quid conueniat humanæ naturæ ex vnione ad diuinam, & diuiditur in duas. In prima quærit an humana natura in christo ſit latria adoranda. In ſecunda determinat veritatem, ibi. Ideo quibuſdam &c. & hęc diuiditur in duas, ſecundum φ duas ponit opiniones. Secūda incipit ibi. Aliis placet, & hæc in tres. In prima ponit ſolutionem. In ſecunda reſpondet ad obiectionem factam in contrarium ibi. Nec contra hoc facit. In tertia ſolutionem confirmat ibi. De hoc Hiero. ita ait. Hic eſt duplex quæſtio: Prima de latria, ſecunda de dulia.

Quæſtio prima.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, ſcda ſę q. 81. ar. 3. 4. & 5. 0.

PRimo itaq; vr̄ φ latria nō ſit ſpālis virtus: Oīs. n. virtus in libera voluntate conſiſtit. ſed hoc non competit latriæ, cum ſit ſeruitus quędam, vt in litera dicitur. ergo latria non eſt virtus. Præterea. Latria eſt ſeruitus Deo debita. ſed per omne opus virtutis Deo ſeruitur. ergo omne opus virtutis ad latriā pertinet, & ſic latria non eſt ſpecialis virtus. Præterea. Omnis virtus ſpiritualis, aut eſt theologica, aut cardinalis. ſed latria non eſt virtus theologica, cum habeat actum exteriorem.ſ. ſacrificium offerre, theologicarum autem virtutum actus ſunt interiores, vt credere, ſperare, & diligere: Nec iterum eſt cardinalis, cum habeat Deum pro obiecto: Latria enim Deus colitur. ergo latria non eſt ſpecialis virtus. Sed cōtra eſt, quòd Tullius in rethoricis ponit religionem ſpeciem Iuſtitiæ. religio autem idem eſt quod latria, vt patet ex diffinitione quam ponit. Religio eſt quæ cuidam naturæ, quam diuinam vocant, cultum, ceremoniamq; affert. ergo latria eſt ſpecialis virtus. Pręterea. Speciali vitio ſpecialis virtus opponitur. ſed idololatria eſt ſpeciale vitium cui opponitur latria. ergo latria eſt ſpecialis virtus. Reſpon. Dicendum φ vbi eſt ſpecialis ratio obiecti in actibus humanis laudabilibus, ibi neceſſe eſt ponere ſpecialem virtutem. Deo autem prę omnibus eſt ſeruiendum. Vnde obſequium quod Deo debetur habet ſpecialem rationem obiecti inter actus laudabiles, & ideo latria quæ debitum obſequiū Deo reddit eſt ſpecialis virtus. Ad primum ergo dicēdum φ ſeruitium, quo Deo ſeruimus, non excludit libertatem qua aliquis per ſeipſum agit ſine coactiōe, quæ libertas ad virtutem requiritur, ſed excludit libertatem qua aliquis per ſeipm agit, quæ verę virtuti opponitur: Nam actus veræ virtutis in Deum ordinantur. Ad ſecundum dicendum, quòd aliqua virtus dicitur generalis dupliciter. Vno modo ſimpliciter, vel quia eſt genus omnium virtutum, vt iuſtitia generalis, vel quia eſt cauſa quodammodo aliarum virtutum, ſicut prudentia virtutum moralium. Alio modo dicitur aliqua virtus generalis ſecundum quid, in quantum.ſ. vtitur actibus aliarum virtutum materialiter circūponens eis ratio-

l. ſpālis

nem

nem proprii, & ſpecialis obiecti, & ſic latria poteſt dici generalis virtus, quia actus cæterarum virtutum aſſumit quaſi quoddam obſequium Deo debitũ, & ſic ſimpliciter eſt ſpecialis virtus, ratiõe obiecti, generalis autem ſecundum quid. Ad tertium dicendum ꝙ latria non eſt virtus theologica, quãuis virtutes theologicas pręſupponat. Reducitur autem ad vnam cardinalium. ſ. ad iuſtitiã, cuius eſt reddere debitum. Nec Deus eſt obiectum huiuſmodi virtutum, ſed id quod Deo redditur, quod eſt qd creatũ. Deus autem cui redditur, eſt finis.

In alio ſcript. vt hic. d. 23. q. 1. ar. 5. ad. 3. De vir. ar. 12. ad. xi

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 25. a. 1. & 2. o. De ver. q. 29. arti. 4. ad. 4.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ humana natura nõ ſit adoranda adoratiõe latriæ in chriſto. Gl. ſuper illud Pſal. 98. Adorate ſcabellum pedum eius &c. dicit ꝙ caro chriſti non eſt adoranda adoratione latriæ, quæ Deo debetur. Præterea. Auguſt. de ciuita. Dei. Cum in forma Dei ſacrificium ſumat, in forma ſerui ſacrificium maluit eſſe q̃ ſumere. ergo in forma ſerui nõ licet ei ſacrificium exhibere. ergo nec ipſum latria adorare, ad quã pertinet exhibitio ſacrificii. Item. Cui cõuenit adorare, non conuenit adorari. Chriſto homini conuenit adorare. Ioã. 4. Nos adoramus quod ſcimus &c. ergo ei non conuenit adorari. Contra. Omne rationale, aut ſeruire alicui debet, aut ei ſeruiendum eſt. humana natura in chriſto nulli debet ſeruire, quia nõ eſt ſerua, vt ait Dam. ergo ei ſeruiendũ eſt. ergo latria, quæ eſt ſeruitus, adoranda eſt. Præterea. Secundum Athana. Sicut anima rationalis, & caro vnus eſt homo, ita Deus, & homo vnus eſt Chriſtus. ſed vna eſt veneratio animæ, & carnis. ergo Dei, & hominis. Ad hoc dicẽdum eſt quod dupliciter aliquid honoratur. Vno modo ꝓpter ſeipſum, & ſic ſolum honoratur ſuppoſitum rationalis naturæ cuius eſt agere actus virtutis, cui debetur honor. Alio modo honoratur aliquid propter id cuius eſt, ſicut manus Regis vel veſtis eius honoratur vno & eodem honore quo Rex honoratur. Sed ſecundum ſecundam opinionẽ, in Chriſto non eſt aliquod ſuppoſitum creatum. Natura vero humana, quæ eſt creata, non eſt ſuppoſitum ſed ſuppoſiti æterni in ea ſubſiſtẽtis, vnde magis eſt adoranda ſecũdo modo q̃ primo. ſ. honore vno cum verbo, & ſic latria adoratur. Secundum vero primam opinionẽ, quæ ponit ſuppoſitum creatum in chriſto, magis adoranda eſt humanitas chriſti primo modo. ſ. ſeparatim, q̃ ſecundo & per ſeipſam, & ſic adoratur dulia excellentiori modo plus q̃ alia creatura: Deo enim, inquantum eſt creator, debetur latria. Ad illud ergo quod obiicitur in contrarium ꝙ non eadem adoratione &c. dicendum eſt ꝙ verum eſt, ſi cõſideretur per ſe. Ad ſecundum dicendum, ꝙ Auguſt. non dicit quin potuerit, ſed maluit eſſe q̃ ſumere, quia ſumere conueniebat ei in forma ſerui per accidens non per ſe, eſſe autem ſacrificium per ſe. Ad tertium dicendum ꝙ nõ cõuenit eidem adorare & adorari eodem modo, ſed poteſt eẽ ꝙ vni cõueniat adorare per ſe, & eidem adorari cõueniat ꝑ accidens. Adorare autem conueniebat animæ Chriſti per ſe, adorari vero per accidens.

Queſtio ſecunda.

Articulus primus.

DEinde quæritur de dulia, & videtur ꝙ duliã idem ſit quod latria: Honor enim Deo debitus eſt latria. ſed dulia eſt honor debitus Deo, q̃a ſuper illud Pſal. 7. Domine de. me. in te ſpe. dicit glo. Dominus omnium per potentiam cui debetur dulia. ergo dulia

In alio ſcript. vt hic, ſcda ſę q. 103 ar. 3. o Pſ. 40. ſi.

idem eſt quod latria. Præterea. Eadem virtute Deus & proximus diligitur .ſ.charitate.ergo & eadem virtute honoratur.ſed Deus honoratur latria,proximus autē dulia.ergo latria, & dulia ſunt eadem virtus. Præterea. Iperdulia ponitur ſpecies duliæ.ſed latria eſt iperdulia,cum ſit ſupra duliam. ergo latria eſt ſpecies duliæ. Sed contra. Sapiētia & ſcientia ſunt diuerſa dona. qa vnū eſt de ęternis, alterum de temporalibus. ergo & latria,quæ debetur Deo,eſt alia virtus a dulia, quæ debetur homini. Pręterea. Maior eſt excellentia Dei reſpectu hominis q̄ alicuius doni creati reſpectu alterius. ſed propter excellentiā doni, magnificentia ponitur a Philoſopho in.4.ethi.diſtincta virtus a liberalitate,quæ circa dona cōmunia actum habet.ergo & latria, quæ importat honorem Deo debitum, eſt diſtincta virtus a dulia,quæ importat honorem creaturę debitum,& exhibitum. Reſpon. Dicendum ꝙ cum honor alicui debeatur ratione ſuæ bonitatis, vbi eſt alia ratio bonitatis oportet eſſe aliam rationē honoris.Bonitas autem Dei & creaturę nō coincidunt in vnam rationem, cū Deus ſit bonus per eſſentiam,creatura p participationem,& ideo honor Deo debitus,& creaturæ ad vnam virtutem non pertinet,& propter hoc oportet latriā & duliam eſſe diuerſas virtutes. Ad primum ergo dicēdum ꝙ nomen duliæ dupliciter accipitur, Quādoq; cōmuniter pro omni honore, & ſic loquitur gloſ. illa. Quandoq; ſpecialiter pro honore debito creaturæ, & ſic nunc de dulia loquimur. Ad ſecundum dicendum, ꝙ ratio diligendi proximum ex charitate Deus eſt,& ideo eadem virtute Deus & proximus diligitur.Secus autem de dulia & latria,ratione iam dicta. Ad tertium dicendū, ꝙ creatura aliqua ex hoc ꝙ creatori vnitur, alius creaturis præponitur,tamē extra terminos creaturæ nō ponitur,nec in naturam diuinam cōuertitur.Et ideo iperdulia,quæ tali creaturæ debetur,quāuis excedat duliam aliis creaturis debitam, propter quod iperdulia dicitur,non tamē extra genus duliæ ponitur, ſed nec ad latrię gradum pertingit.

In alio ſcript vt hic,

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ peccatores non debeant honorari dulia: Honor enim, vt dicit philiſophus,eſt reuerentia exhibita alicui in teſtimonium virtutis.ſed peccatores etiam prælati non habent virtutem.ergo qui eos honorat falſum teſtimonium perhibet, quod eſt peccatum. Præterea. Greg.dicit in paſto. In exēplum culpa vehementius extenditur,cū pro reuerentia ordinis peccator honoratur.ergo malus prælatus non eſt honorandus,& multominus malus ſubditus. Præterea. Secundum philoſophum, Honor non debetur niſi rebus diuinis. peccator non eſt res diuina,quia perdit Dei imitationem & ſimilitudinem. ergo honor non debetur ei. Sed contra. Videtur ꝙ dulia debeat etiam dęmonibus exhiberi.Dam. Cuius gratia nos inuicē honoramus, niſi quia ad imaginem Dei ſumus?ſed hęc ratio manet in dęmonibus & peccatoribus. ergo eis eſt honor duliæ exhibendus. Item videtur ꝙ irrationabilibus,quia in eis eſt veſtigium, quod eſt ſimilitudo Dei ſicut imago, & ſi non adeo expreſſa.magis autem & minus non diuerſificantur ſpecie.ergo irrationabilia aliqualiter ſunt dulia adorāda. Ad hoc dicendum eſt,cum honor ſit exhibitio reuerentiæ in teſtimonium virtutis,ſecundum ꝙ homo ſe habet ad virtutem,ſic ſe habet ad honorem, cæteris paribus.Cum ergo dęmon nullatenus ſit capax virtutis nullatenus eſt adorādus.Quia vero bonus in ſummo gra-

a .2 .o ꝑa ſcdę vbi ſu. ar.4.ad ſec. 3.p.q. 25. ar. 5.c

In alio ſcript. vt hic. ar.3. Quol. 8.arti. 7.o.

du virtutis eſt ſumme eſt honorãdus ho nore duliç communis,quia etiam habẽs officium inducendi ad virtutem & con ſeruandi virtutem, vt prçlatus, inquan tum huiuſmodi,melior eſt q̃ ſuſceptor, ideo magis honorãdus, etiam ſi actu ſit malus. Quia vero ſubditus bonus, malo ſubdito virtuti eſt propinquior, iõ ma gis honorandus,quia bonus actu eſt vir tuoſus, malus vero non actu ſed poten tia. Ad primum igitur quod obiicitur in contrarium dicendum q verbum phi loſophi intelligitur de virtute quæ eſt in actu vel in aptitudine. Ad ſecundũ dicendum q prælatus, in eo quod pec cator,non eſt honorandus, quãuis inq̃ tum prælatus ſit honorandus:Et quãuis huiuſmodi honor poſſit eẽ occaſio pec candi aliis,non tamen cauſa. Ad ter tium dicẽdum q etiam peccator aliquo modo eſt res diuina,inquantum eſt ima go Dei,& capax eius. Ad quartum di cendum q ſola ſubſtantia imaginis non eſt ratio honoris,ſed tantum reducibili tas ad actualem capacitatem eius, cuius eſt imago,quæ deficit in dçmonibus, & peccatoribus damnatis. Ad quintum dicendum q ſimilitudo veſtigii non po nit aptitudinem ad virtutem ſicut ſimi litudo imaginis,& ideo dulia non debe tur eis.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic.

Vna adoratione in-

contaminata carne eius. ergo videtur quòd filius ſit magis adorandus quàm Pater. Dicendum quòd humanitas eius non adoratur latria, niſi propter diui nitatem ,& ideo non facit ipſum magis adorabilem,ſed plura in ipſo adorari. Nemo carnẽ chriſti manducat niſi prius adoret.Loquitur de manducatione ſpi rituali,non tñ ſacramentali. Vel nemo manducat.i.manducare debet.

Diſtin. Decima.

Solet etiam a quibuſ

dam quçri &c.

Diſtinctio tex.

Poſtquã determinauit magiſter qualiter aliquid conueniat, vel non conueniat vni naturæ ex hoc q eſt alii aſſociata im perſona chriſti,hic intẽdit determinare quid conueniat ipſi perſonç ratione hu manç naturç.Quid enim conueniat ſibi ratione diuinæ naturæ in.1.lib. dictum eſt.Diuiditur autem hæc pars in duas. Primo quærit vtrum cõueniant chriſto ratione humanæ naturç illa quç ad di gnitatem humanç naturç pertinent. In ſecunda de iis quç pertinent ad defectũ. diſt.11.Prima in duas.In prima inquirit de illis quç pertinent ad dignitatem na turalem. Secundo de iis quæ pertinent ad dignitatem gratiç ibi. Si vero quçri tur. Circa primum duo facit. Primo mouet quçſtionem. Secundo obiicit ad vtrãq; partem & ſoluit.Quod.n. perſo na,& diuiditur in duas, ſecundum duas vias quibus ad quæſtionem propoſitam argumentatur.Sed aliter nituntur. Cir ca primum,duo facit. Primo ponit ob iectionem.Secundo ſoluit ibi. Propter hæc inconuenientia,& hçc diuiditur in duas. Primo reſpondet ad quçſtionẽ, ſecundo ad rationem.Id tamen non ſe quitur.Sed aliter nituntur. Hic ponit aliam obiectionem,& primo obiicit, ſe cundo ſoluit ibi.Ad quod dici poteſt. Si vero quçritur.Hçc diuiditur in duas partes ſecundum duas quçſtiones quas ponit.Prima eſt de filiatione ſecundum adoptionem.Secunda de prçdeſtinatio ne ibi.Deinde ſequitur. Circa primum duo facit.Primo oſtendit quòd chriſtus non ſit filius adoptiuus.Secũdo obiicit in contrarium,& circa hoc duo facit. Primo obiicit.Secundo ſoluit ibi. Ad

quod dici poteſt. Tertio ſolutionem cõ
firmat. Prima quantũ ad hoc quod chri
ſtus eſt naturalis filius virginis. ibi. Qđ
vero naturaliter. Secundo quantum ad
hoc quod non filius adoptiuus.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, o.3.p. q. 16. art.11. o. & q. 24. ar. 2.o.4. con.c. 9.ad ſecund. Ro.1. 13.co. 3.

HIc primo quęritur vtrum chriſtus
ſecũdum ꝙ homo ſit Deus, & vide-
tur ꝙ ſic. Ad Phil.2. Dedit illi no-
men. glo. Inquantum homo aſſumpſit
nomen Dei non vſurpatiue, ſed vere. ſed
nomen quod habet vere inquantum eſt
homo, vere dicitur de eo ſecũdum ꝙ ho
mo. ergo vere dicitur ꝙ chriſtus, ſecun-
dum ꝙ homo, eſt Deus. Præterea.
Chriſtus eſt Deus per gratiam vnionis.
ſed gratia vnionis non conuenit ei niſi
ſecundum ꝙ eſt homo. ergo ſecundũ ꝙ
eſt homo eſt Deus. Præterea. Secun-
dum ꝙ eſt homo prędeſtinatus eſt eſſe fi-
lius dei, & ſic Deus. Contra. Chriſtus ſe-
cundum ꝙ eſt Deus fuit ab ęterno. ſi igi-
tur chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt De-
us, ſecũdum ꝙ homo fuit ab ęterno, qđ
falſum eſt. Pręterea. Prædicata oppo
ſita non conueniunt eidem ſecundũ idé.
ſed chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt crea-
tura. ergo non creator, & ſic nec Deus.
Ad hoc dicendũ eſt ꝙ cum dicitur, Chri
ſtus ſecundum ꝙ homo eſt Deus, ly ſecũ-
dum ꝙ, replicat cauſam inhęrentiæ præ
dicati ad ſubiectum. Poteſt ergo replica
re vt habeat cauſam naturam humanã,
& ſic eſt falſa, quia nullo modo eſt cauſa
natura humana quòd homo ſit Deus,
Vl' perſonam, & hoc dupliciter, quia vt
huiuſmodi hominis perſonam, & ſic eſt
vera, quia perſona huiuſmodi hominis
.i. chriſti, eſt Deus, & ideo iſta ſimpliciter
eſt vera. Chriſtus, ſecũdum ꝙ ille homo,
eſt Deus, Vel perſonam abſolute homi-
nis, & non huiuſmodi hominis determi-
natam, & ſic non eſt ſimpliciter concedẽ
da, quia non cuilibet perſonæ hominis
conuenit eſſe Deum. Ad illud ergo qđ
obiicitur in contrarium, dicendũ quòd
aſſumptio ſignificatur per modum mo
tus. Cui autem conuenit per ſe ad aliqd
moueri non cõuenit per ſe eſſe id, ſicut
nigrum per ſe mouetur in albediné, nõ
tamen per ſe eſt album. Similiter aſſu-
mere nomen Dei poteſt conuenire chri-
ſto ſecundum ꝙ homo, & tamé eſſe Deũ
non ei conuenit ſecundum ꝙ homo.
Ad ſecundum dicendum, ꝙ hoc nomen,
Chriſtus, ſignificat perſonam in duabus
naturis. Vnde non conuenit ei per gra
tiam ꝙ ſit Deus ab æterno, ſed quod ſi-
mul ſit Deus & homo, hoc eſt per gratiá
vnionis. Ad tertium dicendum ꝙ hæc
propoſitio, Chriſtus ſecundum ꝙ homo
pdeſtinatus eſt eſſe filius Dei, eſt duplex:
Nam ſi hęc determinatio, ſecundum ꝙ
homo, determinet hoc participium, prę
deſtinatus, eſt vera, & eſt ſenſus. Chriſtus
eſt prędeſtinatus, ſecundum ꝙ homo, vt
ſit filius Dei. Si autem hoc verbum, ſit, fal
ſa eſt, & eſt ſenſus. Chriſtus prædeſtinatus
eſt vt ſit filius Dei ſecundum ꝙ homo, &
in hoc ſenſu infertur concluſio.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. o.3.p. q. 16. art.12. o. Ro.1.1. 3.co.3.

AD ſecundum ſic proceditur, & vi-
detur, ꝙ chriſtus ſm ꝙ homo ſit p-
ſona. Perſona, ſecundum Boe. eſt
rationalis naturæ ſubſtantia indiuidua.
ſed chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt huiuſ
modi. ergo ſecundum ꝙ homo eſt perſo
na. Pręterea. Author naturæ naturã
non deſtruit, ſicut dicit Aug. Cum igitur
dignitas perſonalis in homine ſit natu-
ra aliqua, per vnionem non deſtruitur.
ergo ſecundum ꝙ homo eſt perſona.
Pręterea. Videtur ꝙ ſecundum ꝙ ho-
mo ſit indiuiduum: Chriſtus enim, ſecun
dum ꝙ homo, eſt aliquid. ſed non aliqd
vniuerſale. ergo aliquid particulare. er-
go ſecundum ꝙ homo eſt indiuiduum.
Præterea. Indiuiduatio nihil eſt niſi na
tura ſpeciei, & accidẽtia indiuiduantia.

ſed

ſed chriſtus ſecundum ꝙ homo, habet naturam humanam, & accidentia indiuiduantia ipſum. ergo ſecũdum ꝙ homo, eſt indiuiduum. Præterea. Videtur ꝙ ſecundũ ꝙ homo ſit ſuppoſitũ vel res naturæ. Chriſtus ſecũdum quòd homo, eſt res quædam. ſed nõ eſt res nullius naturę. ergo eſt ſecundum ꝙ homo res naturæ. Præterea. Natura non habet eſſe actu niſi in ſuo ſuppoſito & in re ſua. natura vero humana habet eſſe actu in chriſto ſecundum quòd homo. ergo chriſtus ſecundum quòd homo, eſt ſuppoſitum, vel res humanæ naturæ. Ad hoc dicendum eſt quòd in chriſto nõ eſt niſi vna perſona quæ eſt perſona æterna. Nullum autem ęternũ conuenit chriſto ſecundum quòd homo, proprie loquendo. Vnde hęc nõ eſt vera. Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt perſona, niſi reduplicetur ſuppoſitũ hominis chriſti, vt dicatur, Chriſtus ſecundum quòd iſte homo eſt perſona, & hoc verum eſt. Ad illud ergo quod obiicitur in contrariũ, dicendum quòd chriſtus non ſecundum quòd homo, ſed ſecundum quòd iſtę homo, eſt indiuidua ſubſtantia rationalis naturæ. Vnde ſecundum quòd iſte homo, eſt perſona, ſicut eſt Deus. Ad ſecundum quod obiicitur de deſtructione perſonæ, dicendum quòd nunq̃ humanæ naturæ aſſumptæ a verbo per ſe infuit perſonalitas. Vnde non eſt in ea aliquid deſtructũ, ſed illud quod ineſſe poterat eſt in melius cõmutatum. Ad tertium quod quęritur de indiuiduo, ſciendum eſt: quòd in chriſto ſunt plura indiuidua, quia indiuiduũ inuenitur in ſubſtantia & accidẽtibus. Sed tamen nõ omnia de chriſto prædicantur, ſed tantum ſecundum quod indiuiduum in ſubſtantia inuenitur, ſecũdum quòd per ſe ſtat, & ab aliis eſt diuiſum, & hoc modo indiuiduum in chriſto non eſt aliud q̃ perſona. Vnde ſicut hęc eſt falſa, Chriſtus ſm quòd homo eſt perſona, ita hęc eſt falſa, chriſtus ſecundum quòd homo eſt indiuiduum. De aliis autem indiuiduis nõ poteſt dici quòd chriſtus ſecundũ quòd homo ſit indiuiduum, quia de eo minime prædicantur. Quod ergo dicitur ꝙ chriſtus ſecundum quòd homo, eſt aliquid aut vniuerſale aut particulare, dicendum quòd neutrum concedendum eſt, quia homini vt homini, accidit eſſe vniuerſale vel particulare. ſed iſta vera eſt, chriſtus ſecũdum quòd eſt iſte hõ, eſt aliquid particulare, vt fiat reduplicatio pro perſona. Ad quartum dicendum, ꝙ argumentũ nõ probat quòd chriſtus ſecundum quòd homo ſit indiuiduũ, ſed quòd habeat indiuiduatam naturam humanam. Ad quintum quòd quęritur, vtrum ſit ſuppoſitum vel res naturæ ſecundum quòd homo, dicendũ quòd ſuppoſitũ, vel res naturæ duo importat .ſ. reſpectum ad naturam cõmunem, & aliquid ſubſiſtens cui ineſt ille reſpectus, quorum vnum eſt in chriſto ſecundum quòd homo. ſ. reſpectus ad naturam cõmunem, non autem reliquũ, quia ex humana natura nihil reſultat ſubſiſtẽs per ſe in chriſto. Ideo hęc eſt falſa. chriſtus ſecũdum quòd homo, eſt ſuppoſitum vel res naturę. Tamen accedit ad veritatem magis q̃ aliqua prędictarum, inquantũ iſta nomina imponuntur a reſpectu ad naturam cõmunem. Vnde ſi ſuppoſitũ ſumatur adiectiue, eſt vera: Chriſtus. n. ſecundum quòd homo, ſupponitur humanæ naturæ, vel eſt aliquid ſuppoſitũ humanæ naturæ. Quod ergo obiicitur quòd ſuppoſitum vel res naturę dicitur a communi ex hoc quòd habet naturã cõmunem, Dicendum quòd non ex ſolo reſpectu ad naturam cõmunem dicitur quis ſuppoſitum vel res naturæ ſimpliciter, ſed ex proprietate per ſe ſubſiſtendi in natura illa. Hoc autem chriſto ſm quòd homo, non conuenit. Ad ſextũ

dicēdum quòd ſuppoſitum alicuius naturæ dicitur dupliciter, vel in quo natura ipſa ſubſiſtit, vel quod per ipſam naturam ſubſiſtit. Primo modo verum eſt quòd natura non habet eſſe actu niſi in ſuo ſuppoſito, ſecundo modo non; Nec enim accidentia ſubſiſtunt in ſubiecto, nec tñ ſubiectum per ea ſubſiſtit.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q.2.ar. 2.qſtiū cula 2. 3.p.q. 23.ar. 4.o. 4.con. c.4.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd chriſtus ſm ꝙ homo, ſit filius adoptiuus. Hyl. Poteſtas diuinitatis non amittitur cum carnis humanitas adoptatur, & loquitur de chriſto. ergo chriſtus, ſecūdum quòd homo, adoptatus eſt. Præterea. Maior eſt dignitas adoptiui filii q̃ ſerui, ſed chriſtus ſecundum quòd homo, dicitur ſeruus. ergo multomagis filius adoptiuus. Præterea. Auguſt. dicit quòd ea gratia ſit homo quicunq; chriſtianus, qua ille ab vtero factus eſt homo. ſed qcūq; ab vtero ſit chriſtianus, hoc ſit per gratiam adoptionis. ergo & ille homo factus eſt chriſtus per gratiam adoptiōis, & ita eſt filius adoptiuus. Ad oppoſitū Ambro. in gl. Rom. 1. ſuper illud. Qui prædeſtinatus eſt filius Dei, &c. dicit. Volui, & reuolui ſcripturas & chriſtum nūquam filium adoptiuum inueni. Præterea. Adoptare totius Trinitatis eſt. ſed chriſtus non poteſt dici totius Trinitatis filius, quia non eſt filius ſuiipſius. ergo non poteſt dici filius adoptiuus.

In alio ſcript. vbi ſu. queſti. p.3. p. vbi ſu. ar.3.o

Ad hoc dicendum, eſt quòd de ratione adoptionis vel adoptationis duo ſunt. Vnum eſt quòd hęreditas ad quam adoptatur aliqs ei nō conueniat ex natura, ſed gratia. Secūdum ꝙ reſpectu eius habeat aptitudinē naturalē. Propter primum chriſto non conuenit adoptari, quia ex natura Patris hęreditas ſibi conuenit, cum ſit filius naturalis. Propter ſecundum non conuenit irrationalibus creaturis, quia reſpectu hæreditatis ęternę nullam habēt habitudinem naturalem. Cum autem rationalis creatura naturaliter ſit capax hæreditatis æternæ, nec eam adipiſci poſſit niſi per gratiā, ideo tantum ei conuenit in filium adoptari. Ad illud ergo quod primo obiicitur in contrarium dicēdum ꝙ adoptari in prædicta authoritate attribuitur Chriſto non in ſe ſed in membris. Ad ſecundum dicendum de ſeruo ꝙ non eſt ſimile, quia per hoc non implicatur cōtradictio aliqua ad aliquod attributum filii Dei: Sed per filium adoptiuū implicatur. ſ. ꝙ prius fuerit natura filius, & poſtea gratia filius. Ad tertium dicendum de authoritate Aug. ꝙ ſimilitudo eſt quo ad cauſam gratiæ, quia eſt ſine meritis præcedentibus in illo homine, & in nobis, non quātum ad effectum, quia illa eſt gratia vnionis, ſecundum quā efficitur filius naturalis, ſed illa qua homo efficitur chriſtianus eſt gratia adoptionis, ſm quā efficitur filius adoptiuus.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ratione perſonę prędeſtinatio chriſto conueniat. Ad Rom. 1. Prędeſtinatus eſt filius Dei. ſed filiatio cōuenit perſonæ non naturæ. ergo & prædeſtinatio. Præterea. Quod conuenit illi homini, cōuenit perſonæ filii Dei ppter cōmunicantiā idiomatum. ſed homini illi conuenit prædeſtinari ſicut cæteris ſanctis. ergo conuenit perſonę filii Dei. Pręterea. Cuius eſt prędeſtinari, eius eſt per gratiam mereri, & per gloriā præmiari. ſed hoc eſt proprie ſuppoſiti cuius eſt agere, non naturæ. ergo & prædeſtinari. Ad oppoſitum. Æterno nō conuenit prædeſtinari. perſona Chriſti eſt æterna. ergo non conuenit chriſto ratione perſonę prędeſtinari. Præterea. Rom. 1. dicit glo. ꝙ prædeſtinatio eſt vno modo de hoc quod non fuit ſemper. ſed nihil eſt in chriſto quod nō fuerit

In alio ſcript. vt hic q.3.ar. 1.

fuerit ſemper, niſi humana natura. ergo
prędeſtinatio eſt de natura. Reſpon.
3. p.q. 24. ar. 2. c. 4. con. c. 9. ad. 2. Dicẽdum ꝙ prędeſtinari eſt ad gratiam
pręparari. Hoc autem dupliciter eſt, vel
ad gratiam adoptionis, vel ad gratiam
vnionis. Pręparari ad gratiam adoptio
nis conuenit aliis, non chriſto, Præpara
ri vero ad gratiam vnionis conuenit na
turæ quæ eſt vnita. Perſonę aũt non cõ
uenit ſecundum ſe, ſed inquãtum eſt ſup
poſitum humanæ naturæ, & ideo præde
ſtinatio poteſt vtriq; conuenire in chri
ſto, ſed primo & principaliter naturæ,
perſonę vero non, niſi inquãtum eſt ſup
poſitum ipſius naturæ. Quod ergo obii
citur de filiatione, dicendum ꝙ verbum
Apoſtoli intelligẽdum eſt de chriſto, ra
tione perſonæ exiſtentis in humana na
tura, quia ſic ei conuenit filiatio, nõ ra
tione naturæ. Ad ſecundum dicendum
quod ratio procedit de præparatiõe ad
gratiam adoptionis quę eſt principium
merendi, non vnionis in perſona. Ad
tertium dicendum ꝙ illi homini conue
nit prædeſtinari cum reduplicatione. ſ.
inquantum hõ eſt, & ſimiliter filio Dei.

Expoſitio tex.

Chriſtum ſecundum

In alio ſcript. vt hic, hominem nõ eſſe perſonam, nec aliqd.
Primum conceditur ſimpliciter. Secun
dum vero eſt error tertiæ opinionis. Il
la tamen deſcriptio perſonæ. Contra.
Boe. tradit eam in hac materia ſpeciali
ter. Reſpon. Magiſter intelligit ſcdm
ꝙ verba ſtricte & proprie accipiuntur:
Boe. ſecundum ꝙ large. Non autem ſic
dicitur filius natura: Nam cum dicitur
Deus natura, ablatiuus formaliter con
ſtruitur, quando dicitur filius natura, cõ
ſtruitur originaliter chriſtum virginis fi
lium eſſe natura, & gratia. Sciendum eſt
ꝙ chriſtus, inquãtum homo, filius eſt vir
ginis natura, inquãtum Deus gratia, nõ
quę ſit in Deo, ſed quæ in homine. ſ. gra
tia vnionis.

Diſtin. Vndecima.

Solet etiã quæri &c.

Diſtinctio tex.

Poſtquã magiſter determinauit qualiter
ea quæ ſunt dignitatis in humana natu
ra de chriſto dici poſſunt, conſequenter
determinat ea quæ ad defectum huma
næ naturę pertinent, & diuiditur in par
tes duas. In prima inquirit vtrum no
men creaturæ, quod de humana natura
dicitur, de chriſto poſſit dici. In ſecun
da vtrum illi defectus, qui conſequũtur
ipſam inquantum eſt creatura, vel alio
modo, ipſi conuenire poſſint. 12. diſtin.
ibi. Poſt prędicta &c. Prima diuiditur
in duas partes. Primo mouet quęſtio
nem. Vtrum chriſtus poſſit dici creatu
ra vel factus. In ſecunda reſpondet.
Secunda, incipit ibi. Ad quod dici po
teſt. Hæc diuiditur in duas. Primo. n.
oſtendit ꝙ chriſtus non ſimpliciter dicẽ
dus eſt creatura. In ſecunda dicit ꝙ po
teſt dici creatura addita determinatiõe,
quæ incipit ibi. Sed addita determina
tione recte dici poteſt.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & vi
detur ꝙ Dei filius ſit creatura. In al'o ſcript. vt hic.
Quod enim habet aliquid ab ali
quo, quãtum eſt de ſe caret illo,
ſi ergo filius habet eſſe ab alio, quantũ
eſt de ſe caret illo, & ſic de ſe eſt nihil. ſed
omne tale eſt creatum. ergo &c. Præ
terea. Creatio prior eſt aliis actioni
bus, ſicut terminus eius, quod eſt ens
prior eſt terminis aliarum. ſed in poſte
riori ſemper includitur prius. ſi ergo Fi
lius Dei dicitur genitus, poteſt dici crea
tus. Præterea. Quod habet eſſe ab
alio, non eſt neceſſe eſſe, cum ab altero

depẽdeat eius eſſe, vt vult Auicẽna in ſua
metaphi. ſed qđ non eſt neceſſe eſſe, poſ
ſibile eſt eſſe: quod autẽ poſſibile eſt eſſe,
eſt creatum ſeu creatura, quia quod poſ
ſibile eſt eſſe, poſſibile eſt non eſſe. ergo
quod ab alio habet eſſe, eſt creatum. ſed
filius Dei eſt huiuſmodi. ergo &c. Ad
oppoſitum, Nulla creatura conſubſtan
tialis eſt ſuo creatori. ſed filius conſub-
ſtantialis eſt Patri. ergo non eſt creatu-
ra. Preterea. Omne quod dicitur
per ſimilitudinem, reducitur ad id quod
proprie dicitur. ſed homines dicuntur fi
lii Dei propter aſſimilationem ad vnige
nitum filium Dei, ad Roma. 8. Confor-
mes fieri imaginis filii ſui. ergo ipſe pro
prie filius dicitur. ſed nullus proprie di-
citur filius alicuius niſi habeat eandẽ na
turam ſpecie quã pater habet. ergo cũ
filius non poſſit eandem ſpecie naturam
habere cum Deo patre niſi eandem cõ-
municãtiam numero habeat, eadẽ eſſen-
tia diuina numero eſt in Patre & Filio,
& ſic filius vere eſt Deus, & non creatu-
p.p.q. ra. Ad hoc dicendũ eſt ꝙ quãuis filius
41.art. habeat eſſe ab altero .i. a Patre, tamẽ idẽ
3 c. & numero eſſe habet propter perfectionẽ
ad. 4. q. generantis, qui totum eſſe cõmunicat, &
42. ar. ſimplicitatem rei, quæ per generationẽ
2 c. & cõmunicatur, ſ. diuinę naturę in qua nõ
ad pri. eſt differentia eſſentiæ & eſſe. Cum ergo
4. con. illud eſſe diuinum quod ſibi cõmunica-
c. 11. tur ſit neceſſarium, habet eſſe neceſſariũ,
De pot non habens poſſibilitatem ad non eſſe.
q. 2. ar. Huiuſmodi autem non eſt eſſe creatum;
3. c. q. ſed increatum, & ideo filius nõ poteſt di
3. art. ci creatura. Ad illud ergo quod prio.
13. o. obiicitur in contrarium. Omne quod
habet eſſe ab alio &c. Dicendum ꝙ intel
ligendum eſt illud ſecundum quod ly ab
alio accipitur neutraliter, non maſculi-
ne: Sic enim haberet rationẽ principii
differentis per eſſentiã. Tunc enim vnius
eſſe differret ab eſſe alterius, qđ hic non
contingit. Quod obiicitur, Creatio in-
cluditur in omni actione &c. Dicendum
ꝙ in actione æterna nec includitur nec
præſupponitur. In actione vero tem-
porali non includitur in eius intellectu,
ſed præſupponitur, quia actio tempora
lis circa creaturam eſt, & ideo præſup-
ponit creationem creaturę. Cum autem
dicitur ꝙ prius includitur in poſterio-
ri, hoc verum eſt quando prius eſt de ra
tione poſterioris, vt animal hominis.
Ad tertium dicendum ſicut ad primum,
ꝙ filius quãuis habeat eſſe a Patre, non
habet tamen eſſe diuerſum a Patre, & ideo
non oportet ꝙ eſſe eius ſit dependens,
vel poſſibile, & ita nec creatum.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & vi- In alio
detur ꝙ chriſtus ſit creatura. De ſcript.
quocũq; prædicatur inferius, & ſu vt hic.
perius. ſed creatura eſt ſuperius ad homĩ 3. p. q.
nem. ergo cũ homo prædicetur de chri- 16. ar.
ſto, prædicabitur de eo creatura. Præ- 8. o. 4.
terea. Omne quod eſt, aut eſt creatũ, con. c.
vel increatum. ſed chriſtus eſt homo. er- 48.
go homo eſt creatus, vel increatus, non
homo increatus, ſicut nec homo æter-
nus, quia accidens hoc diſcohæret natu
raliter ſubiecto. ergo homo creatus, &
ſic creatura. Præterea. Magis diſtant
a Deo defectus creaturæ q̃ natura eius.
ſed Chriſtus denominatur a defectibus
creaturæ. vñ dicitur mortuus. ergo ma
gis denominabitur a natura, vt dicatur
creatus. Cõtra. Hugo de ſan. Vic. dicit.
Hoc eſt eſſe creatum, aliquid de nihilo
eſſe .i. eſſe poſt nihil. ſed chriſtus nunquã
fuit nihil. ergo non eſt creatura. Præ-
terea. Creatura non poteſt prædicari
de ſuppoſito æterno. ſed chriſtus dicit
ſuppoſitum ęternum. ergo nõ poteſt di
ci creatura. Ad hoc dicẽdum eſt quòd
creatio proprie reſpicit eſſe, vt dicitur
in lib. de cauſis, quòd eſſe eſt per crea-
tionẽ, alia vero per informationem: Et
ideo ad illud pertinet proprie creatio

cuius

cuius eſt eſſe. Eſſe autem per ſe & ſimpliciter eſt ſuppoſiti ſubſiſtentis, alia vero dicuntur eſſe, inquantum ſuppoſitum in eis ſubſiſtit, vt natura ipſius ſuppoſiti, & accidentia eius, & ideo eſſe dcm̄ ſimpliciter de ſuppoſito ſignificat eſſe perſonale ipſius, eſſe vero, ſecundum ꝙ conuenit parti vel accidenti nõ dicitur ſimpliciter de ſuppoſito, ſed ſuppoſitũ dicitur eſſe in eo. Ideo cum dicitur, chriſtus eſt, ſignificatur ipſius eſſe ſuppoſiti, non autem eſſe ipſius naturæ, vel accidẽtis, aut partis. Eſſe autem ipſius ſuppoſiti eſt eſſe diuinum non creatum, & ideo non poteſt dici Chriſtus eſſe creatura, quia ſic daretur intelligi eſſe ipſius ſuppoſiti creatum, quod eſt falſum. Quod ergo obiicitur in contrarium, dicẽdum ꝙ homo prædicatur de chriſto ratione naturæ ſignificatæ, creatura vero prędicatur de homine ratione ſui eſſe & non proprie ratione naturę, & ideo nõ oportet ꝙ nomen creaturæ de chriſto prędicetur, cum non ſecundum idem prædicetur de chriſto, homo, & creatura. Vel dicendum ꝙ quantum ad eſſe huiuſmodi hominis nõ eſt ſuperior creatura ad hominem, & ideo non oportet ꝙ creatura prędicetur de chriſto. Ad ſecundum dicendum ꝙ cum dicitur, Chriſtus aut homo creatus, &c. Propoſitio hęc, chriſtus eſt homo creatus, diſtinguẽda eſt, quia ſi participium determinet prædicatum in comparatione ad ſubiectum, cum prædicetur gratia formæ, notatur creatio ineſſe formę per terminũ ſignificatæ, & ſic eſt vera. Si vero determinet prędicatum abſolute, tunc notatur creatio ineſſe prędicato gratia ſuppoſiti, quia tunc prædicatum eſt ſubiectum ratione determinationis, & ſic eſt falſa. Ex primo autem ſenſu ſecundum quem vera eſt, non ſequitur quòd Chriſtus ſit creatura, ſed ꝙ humanitas ſit creatura. Ad tertium dicendum ꝙ ratio creaturæ non principaliter pertinet ad ſuppoſitum, quod in Chriſto eſt ęternum, ſed defectus naturales, vt mori, & pati pertinẽt ad ſuppoſitum ratione naturæ, vel partium ipſius, quæ in chriſto eſt creata, & ideo ratio nõ ſequitur.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 16. art. 10.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ chriſtus, ſecundum ꝙ homo, non poſſit dici creatura: Quicquid enim prædicatur de altero ſecundum ꝙ ipſum eſt. i. ſecundum aliquod attributum eſſentiale, prædicatur de eo ſimpliciter. ſed creatura non prædicatur de chriſto ſimpliciter. ergo non de chriſto ſecundum ꝙ homo, cum homo ſit eius eſſentiale pręđicatum. Præterea. Nihil eſt creatum in chriſto, niſi natura humana. ſed hæc eſt falſa, chriſtus ſecundum ꝙ homo eſt natura humana. ergo & hęc, chriſtus ſecundũ ꝙ homo eſt creatura. Præterea. Quod dicitur de chriſto ſecũdum quòd homo non excludit eſſe diuinum, cum homo ſit Deus. ſed eẽ creaturam excludit ab eo eſſe diuinum. ergo non prædicatur de eo ſecũdum ꝙ homo. Contra. Quòd non eſt æternum, eſt creatum. ſed chriſtus ſecundum quod homo, non eſt æternus. ergo ſecũdum quòd homo, eſt creatura. Præterea. Omne quod eſt factum, eſt creatum. ſed chriſtus, ſecũdum quod homo, eſt factus. ergo chriſtus ſecundum quòd homo, eſt creatus. Ad hoc dicendum eſt, quòd illud quod conuenit parti, ſi non eſt natum toti conuenire per partem, abſolute denominat totũ, ſicut aliquis dicitur criſpus ſimpliciter propter criſpitudinem capillorum. Quod autẽ conuenit parti, ita quòd aptum natũ eſt toti conuenire per partem, non ſimpliciter denominat totum, niſi cum reduplicatione partis, ſicut aliquis non dicitur albus ſimpliciter, quãuis ſit albus in pede, niſi reduplicetur pes, vt dicatur

dd

albus pede, nec hoc proprie dicitur, ſed figuratiue. i. per ſynecdochen. Vnde cũ natura humana ſe habeat ad perſonam compoſitam chriſti ſicut pars, quãuis ꝓprie pars dici non poſſit ſicut nec proprie perſona compoſita, vt ſupra diſt. 6. dictum eſt, & creatio naturæ, & nõ ꝑſonæ nata ſit conuenire, cum eſſe vtriq; aliquo modo conueniat, non poteſt dici de chriſto ꝙ ſit creatura ſimpliciter, quia humana natura creata eſt, niſi fiat additio, vt dicatur, ſecũdum hominem, & tunc tropica vel figuratiua eſt, vt dicit magiſter in litera, quia ſic per partẽ denominatur totum. Quod ergo obiicitur in contrarium, Quicquid prædicatur de aliquo ſecundum ꝙ ipſum eſt &c. Dicendum ꝙ verum eſt, vbi eſt prædicatio propria, non figuratiua, vt hic. Ad ſecundum quòd obiicitur de natura humana, Dicendum ꝙ natura humana in abſtracto non prædicatur de chriſto ſecundum ꝙ homo, ſed conditiones eius in concreto, ſecũdum ꝙ homo, poſſunt prædicari de chriſto vel proprie vel improprie. Creatura autem in concretiõe dicitur, eo ꝙ omne creatũ, creatura eſt, & ideo poteſt prædicari de chriſto ſcdm ꝙ homo. Ad tertium quod obiicitur ꝙ ſecundum quòd homo non excludit eſſe diuinum &c. Dicendum quod id qd dicitur de chriſto, ſecundũ quòd homo, prædicatione propria nõ figuratiua, nõ repugnat alteri naturæ. Vnde poteſt prædicari de eo ſimpliciter, ſed non id quod dr̃ figuratiue, & improprie.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 16. art. 5. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur quòd ea quæ ſunt humanæ naturæ nõ poſſint dici de filio Dei: Omnis enim proprietas humanæ naturæ eſt quid creatum. ſed creatura non prædicatur de filio Dei. ergo nec ꝓprietates humanæ naturę. Præterea. Ea quæ prædicantur de chriſto, ſecundũ ꝙ hõ, non prædicantur de chriſto, ſm quòd filius Dei eſt. ſed ea quę ſũt humanæ naturæ prædicantur de chriſto, ſm quòd homo. ergo &c. Pręterea. Naturę humanæ conuenit aſſumi a filio Dei. ſed hoc non conuenit filio Dei. ergo nec omnia quæ conueniunt naturæ humanę dicuntur de filio dei. Cõtra. De quocunq; prędicatur aliquid prædicantur omnia conſequentia ad ipſum. ergo, cum de filio Dei prædicetur homo, de ipſo prędicantur omnia quę conſequuntur ad ipſum. Præterea. Chriſtus eſt perſona ſubſiſtens in duabus naturis. ſ. diuina & humana. ſed omnia quę conueniunt diuinę naturę poſſunt prædicari de chriſto. ergo pari ratione omnia quę conueniunt humanæ naturę. Ad hoc dicẽdum eſt quòd natura, & ſuppoſitum in quibuſdam differunt re & ratione, ſicut in compoſitis, in quibuſdam autem ratione, & nõ re, ſicut in diuinis. Sed differentia quę eſt ſecundum rationem, eſt differẽtia oppoſitionis, quia natura & ſuppoſitum habent oppoſitas rationes. Vnde iſtæ intẽtiones nõ poſſunt mutuo prædicari de eiſdem. Vnde natura non poteſt dici incõmunicabilis, nec ſuppoſitum cõmunicabile, nec in abſtracto, nec in concreto, nec etiam in diuinis, vel humanis. Differentia autem, quæ eſt ſecundum rem, non eſt oppoſitiõis, ſed eſt ſicut principii formalis ad formatum ſiue principiatum, & ideo quæ ſm rem ad naturam pertinent, poſſunt prędicari de ſuppoſito, ſicut natura prædicatur. ſ. in concreto. Quia autem vnio facta eſt in ſuppoſito, ideo de illo ſuppoſito poſſunt prędicari ea quę conſequuntur vtrãq; naturam, ſed differẽter, quia ea quæ conſequuntur naturam diuinam, prędicantur de eo in concreto & in abſtracto, ſicut & ipſa natura, quæ vtroq; modo de ipſo ſuppoſito prædicatur. Ea vero quę conſequuntur naturam

ram humanam, non prędicantur de eo niſi in concretione,ſicut nec ipſa natura prędicatur de chriſto niſi in concretione. Quia autem humana natura habet rationē partis,ſicut iam dictum eſt, in chriſto,ideo ea quæ nata ſunt de ſe, & perſonæ,& naturę conuenire,nō poſſūt prędicari de ſuppoſito,niſi cum additione,ſicut ea quæ ſunt partis de toto,ſicut apparet in hoc nomine, creatura. Ad primum ergo quod obiicitur in contrarium, quod omnis proprietas naturę humanę eſt quid creatum &c. Dicēdum quòd ſicut natura humana,quæ eſt creatura, prędicatur de Chriſto in concreto,non tamen creatura,ita q̃uis attributa naturę humanę ſint creata, nihilominus in concreto de ipſo chriſto prędicantur, q̃uis non creatura, & hoc eſt propter negationem incluſam in hoc nomine,creatura,quę nō in aliis includitur. Ad ſecundum quod obiicitur quòd ea quę prędicantur de chriſto ſecundum quod homo &c. dicēdum ꝙ non eſt ſimile,quia ad veritatem propoſitionis ſufficit quòd prędicatum cōueniat ſubiecto quocunq; modo,ſiue ratione ſuppoſiti,ſiue ratione formę, ſed ad hoc quòd propoſitio ſit per ſe,oportet quòd conueniat ſibi ratione formę importatę per ſubiectum. Vnde hęc eſt vera,Deus eſt paſſus,non tamē eſt per ſe, quia paſſio non conuenit ſubiecto rōne diuinitatis,quāuis conueniat ſibi ratione ſuppoſiti. Ad tertium dicendum, quòd aſſumere conuenit naturæ ratione vnionis, & ideo non oportet quòd conueniat filio Dei.Secus autem eſſet ſi conueniret naturæ ratione naturę.

Expoſitio tex.

Omnia per ipſum facta ſunt &c.

& videtur hoc non eſſe ad propoſitum,quia Auguſt.intendit de filio Dei, inquantum eſt filius Dei.Dicendum ꝙ quia non eſt in chriſto aliud ſuppoſitum niſi perſona filii Dei,ideo ſicut de filio dici nō poteſt ꝙ ſit creatura,ita nec de chriſto. In Deo creatura eſſe nō poteſt. Contra. Ro.11. In quo.ſ.in chriſto ſunt omnia.Et dicendum ꝙ ſunt in ipſo creaturæ,non per eſſentiam, ſed ſicut in cauſa per ſimilitudines ideales, quæ ſecundum quòd in eo ſunt, creatæ non ſunt.

Diſtin. Duodecima.

Poſt prædicta quæritur.

Diſtinctio tex.

Poſtq̃ determinauit magiſter vtrū chriſtus poſſit dici creatura,hic determinat de defectibus qui conſequuntur naturā humanam,ſecundum ꝙ creatura eſt. Primo determinat de iſto defectu qui eſt incipere eſſe qui conſequitur cōmunem creaturam.Secundo de his quę conſequuntur ſpecialiter humanam naturā, ibi.Solet etiam quæri.Circa primū duo facit.Primo mouet quęſtionem, & obiicit pro & contra. Secundo determinat eam. His igitur authoritatibus. Solet quęri.Hæc diuiditur in tres.In quarum prima determinat de defectibus his quę pertinent ad defectum ipſius naturæ aſſumptę. Secundo de his quæ pertinent ad defectum ex parte animæ. Ideo non immerito quęritur. Tertio de his quę pertinēt ad defectum carnis. Solet etiā quęri.Prima in tres.Primo mouet quæſtionem. Vtrum aliunde quàm de genere Adam Chriſtus hominē aſſumere potuerit. Secundo ſoluit. Sane dici poteſt.Tertio ſolutionem confirmat. Vt enim ait Auguſt. Ideo non immerito quæritur.Hęc diuiditur in tres partes. Primo enim quærit vtrum chriſtus potuerit peccare,& oſtendit ꝙ non.Secun-

In alio ſcript. vt hic.

do ſoluit. Hæc diſcep. opus. Tertio dupliciter obiicitur contra ſolutionem & ſoluit. Quidam tamen probare conantur. Solet etiam quęri. Hæc diuiditur in duas partes. Primo enim ponit qōnē. Secundo ſubiungit ſolutionem. Quidā tamen arbitrantur &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. 3. p q. 16. art. 9. o.

HIc primo oſtēditur ꝙ hęc ſit vera. Ille homo incœpit eſſe. De illo homine p̄dicantur attributa vtriuſq; naturę. ergo ſicut ratione diuinę naturę poteſt dici ꝙ ſemper fuerit, ita ratiōe humanę quòd eſſe inceperit. Præterea. Naſci temporaliter eſt mutari de nō eſſe in eſſe. ſed eſſe huiuſmodi incepit eſſe. ğ cum chriſtus natus ſit temporaliter incepit eſſe chriſtus. Pręterea. Iſte homo ſupponit perſonam compoſitā. ſed perſona compoſita non fuit ab ęterno. ergo nec iſte homo fuit ab ęterno. ergo incœpit eſſe. Iuxta hoc quęritur an hęc ſit vera. Iſte homo incœpit eſſe Deus, & videtur ꝙ ſic. Antequā mundus fieret, nullus homo erat Deus. ergo eius cōtradictoria erat falſa. ſ. aliquis homo erat Deus. modo autem eſt vera. ergo aliquis homo eſt Deus, qui primo nō fuit Deus, non niſi iſte homo. ergo iſte homo incępit eſſe deus. Præterea. Per gratiā vnionis ille homo eſt deus. ſed grā vnionis non ſemper fuit. ergo nec ille homo ſemper fuit deus. ergo incepit eſſe deus. Ad hoc dicendum ꝙ terminus in prædicato poſitus tenetur ratione formæ, in ſubiecto ratione ſuppoſiti. Cum igitur inchoatio repugnet perſonę chriſti, nō autem naturæ humanę ipſius chriſti. ergo iſta eſt falſa, Iſte homo incœpit eſſe deus, vel iſte homo cœpit eſſe deus, quia inchoatio non ponitur circa diuinam perſonam, niſi cum reduplicatione naturę intelligatur, ſecundum ꝙ homo. Hæc autem eſt vera. Ille homo chriſtus, ſiue deus, incœpit eſſe homo. Tamen ſi hoc verbum, cœpit, exponatur in participium, & feratur ad totam propoſitionem, vt dicatur cœpit. i. inchoatum eſt, hęc propoſitio erit vera. Iſte homo cœpit eſſe deus. Quod obiicitur ergo in cōtrarium de attributis, dicēdum eſt quòd ğuis ſit ſubiectum vtriuſq; naturæ, tamē per diuinam conſtituitur in eſſe ſuppoſiti, per humanam non, ſed aduenit ſuppoſito conſtituto. Hinc eſt ꝙ omnia attributa diuinæ naturæ conueniunt iſti ſuppoſito, & de illo prędicantur. Attributa vero humanæ naturæ quædā ſunt non repugnantia attributis ipſius diuinæ naturæ vel perſonæ contradictorie, & illa prædicantur, quædam vero repugnāt propter negationem incluſam, vt inceptio, creatio, & illa non ſimpliciter prędicantur, niſi cum reduplicatiōe naturæ. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ naſci temporaliter eſt mutari &c. Dicendum quòd naſci temporaliter ex matre non eſt natum conuenire ſuppoſito, niſi ratione corporis, & ideo ſimpliciter poteſt dici natus temporaliter. Sed incipere eſſe, non eſt natum conuenire naturæ ſuppoſiti tantum, ſed etiam ipſi ſuppoſito, & ideo non poteſt prędicari de ſuppoſito ęterno ſimpliciter, niſi cū reduplicatiōe naturę, quāuis ipſa natura inceperit eſſe. Ad tertium quod obiicitur de perſona compoſita, dicendum ꝙ hęc eſt vera, Perſona compoſita ſemper fuit, non tamen hæc eſt vera, Perſona iſta ſemper fuit compoſita, quia ad veritatem compoſitionis ſufficit ꝙ prædicatum conueniat ſubiecto, nec oportet ꝙ conueniat ei ratione formæ ſignificatæ vel appoſitæ ex parte ſubiecti, ſed ratione totius, quod eſt, ex parte prædicati oportet prędicatum conuenire ſubiecto. Ad quartum quod obiicitur, Nullus homo erat, dicendum ꝙ ab æterno fuit verum dicere, Nullus homo eſt Deus,

Deus, quia ſuppoſitum ęternum nōdum erat ſuppoſitum humanę naturæ. Vnde non poterat ſumi ſub dicta diſtributione, ſicut nunc pōt poſt vnionē. Vñ quã uis ab ęterno non eſſet verum dicere, Aliquis homo eſt æternus, modo tamen eſt verum dicere, Aliquis, vel ille homo eſt ab æterno. Vel dicendum ꝙ hæc. ſ. Aliquis homo erat Deus, ab æterno nō erat falſa, quia illud ſuppoſitum, qd eſt chriſti hominis, non eſſet Deus; ſed quia tunc nō erat ſuppoſitum humanum, ſed tamen cum inferebatur, ergo iſte incœpit eſſe Deus, intelligitur ꝙ ſuppoſitum, quod eſt chriſti hominis, non ſemp fuerit Deus, quod eſt falſum, & ideo non ſequitur argumentum. Ad quintum qd obiicitur de gratia vnionis, dicendum ꝙ hæc determinatio, per gratiam, idē operatur quantum ad hoc. Hinc eſt quòd dicitur ſecundum quòd homo. Vnde ex hac non poteſt verificari ſimpliciter ꝙ cœperit eſſe Deus. Vnde hæc eſt falſa ſimpliciter, & vera ſecundum quid.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic 4. d. 2. q. 1. ar. 2. quæſtiun. 1. 3. p. q. 4. ar. 6. o. op. 3. tract. 2. c. 16. 17.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur q̃ aliũde potuit aſſumere hominem q̃ de genere Adam. Auguſt. Poterat aliundeq; aſſumere hominem in quo eſſet mediator Dei & hominum q̃ de genere Adam. Pręterea. Qui vult pro alio ſatisfacere oportet ꝙ nō ſit obligatus pro ſe. natura de genere Adę tota erat obligata pro ſe. ergo ad ſatisfaciendum non debebat illam aſſumere. Ad oppoſitum, Prophetæ prædixerunt chriſtum naſci de ſemine Dauid, & ſic de genere Adam. cum ergo prophetia ſit īfallibilis veritatis, aliter nō poterat cōtingere. Præterea. Vna natura rerum naturalium refertur ad vnum principium. ergo extra Adam, qui fuit primũ principium, nihil fuit naturæ humanę. ſed quod non eſt, aſſumi non poteſt: ergo nō potuit aſſumi aliunde. Pręterea. Si ſatisfactor non eſſet de genere Adæ, eius ſatisfactio nō pertinuiſſet ad filios Adæ. ad hoc ergo ꝙ ſatisfactio ad filios Adæ pertineat, oportet chriſtum ſatisfactorem eſſe de genere Adæ. Reſpon. Dicēdum ꝙ aliunde potuit aſſumere de potentia, ſed non de cōgruentia qua aliquid ordinatum eſt. Congruitatis vero ratio ſumitur ex oſtenſione diuinæ potentię in hoc ꝙ de natura victa a Diabolo vicit eum. Ex oſtenſione etiam diuinę ſapientiæ in hoc ꝙ de natura morbida facit antidotum. Ex oſtenſione diuinæ iuſtitiæ in hoc quòd illud quod peccauerat fecit emendari. Ex oſtenſione diuinæ miſericordiæ in hoc quòd peccatoribus dedit ſummam ſpem, & fiduciam. Ad quod obiicitur de Auguſt. Reſpondeo ꝙ poterat de potentia ſed non de congruentia, vt dictum eſt. Ad ſecundum quod obiicitur de ſatisfactione, dicendum ꝙ naturam quã aſſumpſit prius natura purgauit ab obligatione peccati, & ſic non obligatus fuit pro ſe ratione perſonæ, nec ratione naturę aſſumptæ. Ad tertium quod obiicitur de prędicatione prophetarum dicendũ ꝙ huiuſmodi prædicatio non imponit neceſſitatem euentus ſimpliciter, ſed ſub conditione. i. ſuppoſita tali ordinatiōe diuina. Vnde non excludit poſſibilitatē ſimpliciter. Ad quartum quod obiicitur de vno principio humanæ naturæ, dicendum quòd natura propaganda ꝑ viam generationis naturalis tota fuit in illo principio virtute non mole, ſed nihilominus ſupnaturaliter Deus potuit aliam naturam humanam, quæ prius nō erat, facere, & illam aſſumere. Ad quintum quod obiicitur de filiis Adæ dicendum ꝙ ſatisfactio pertinuiſſet ad filios Adæ, quia eadē eſſet natura in ſpē, licet nō ab Adam naturaliter propagata, ſicut Eua formata de coſta Adæ, licet nō ꝑ viã naturæ, eadē in ſpecie, cũ Adã eſt.

Articulus tertius.

In .1 o ſcript. vt hic. q.2.ar. 1.3.p. 4.15 ar t. 1.& 2.0.1o. 8.1.7. co.2.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ chriſtus peccare potuerit. Sicut nullus peccat in eo quod vitare nõ poteſt, ita nec meretur. ſi ergo Chriſtus bonum vitare non potuit, ĩbenefaciẽdo non meruit. Hoc autem eſt falſum. ergo bonum vitare potuit. ſed declinare a bono, eſt peccatum. ergo peccare potuit. Præterea. Ioan. 8. Si dixero ꝙ non noui &c. ſed hoc dicere potuit. ergo mendax eſſe potuit, & ſic peccare. Præterea. Dicit philoſophus. Poteſt enim Deus & ſtudioſus praua agere. Sed contra. Videtur quòd Chriſtus nõ habuit potentiam peccandi: Potentia peccandi, ſecundum Anſel. addita lib. arb. diminuit libertatem, & remota auget. ſed chriſtus lib. arb. non habuit diminutũ. ergo habuit illud ſine potẽtia peccandi. Præterea. Chriſtus, ſecundum quòd homo, fuit Deo maxime ſimilis. ſed Deus non habet potentiam peccandi, ergo nec chriſtus, ſecundum ꝙ homo. Ad hoc dicendum quòd chriſtus peccare non potuit, triplici ratione. Vna, quia ſuo fini per gloriam comprę henſionis anima ſua coniuncta erat. Altera quia ſecundum ſtatum viatoris, per gratiam perfectæ ſanctitatis, debuit eſſe omnium actuum humanorum prima regula infallibilis. In quolibet autem genere ita eſt quòd primum regulans torqueri non poteſt, quia alias eſſet error in omnibus quæ ab ipſo regulantur. Tertia, quia natura humana in chriſto quaſi quoddam inſtrumẽtum naturæ diuinæ eam mouentis, & in ea operantis fuit, quæ ad peccatum mouere non poteſt. Ad id vero quod obiicitur quòd peccare potuit, quia nullus peccat in eo quod vitare non poteſt, dicendum, quòd impoſſibilitas vitandi bonum dupliciter poteſt intelligi. Vel ex neceſſitate coactionis, vel ex neceſſitate immutabilitatis voluntatis. Primo modo excludit meritum, ſecundo modo non, q̃a nõ excludit voluntarium. Ad ſecundum quod obiicitur de mendacio &c. dicendum quòd mẽdacem orationem proferre potuit materialiter, non tamen ſignificatiue, & ideo mendax eſſe nõ potuit, quia mentiri eſt cõtra mentem ire. Vel dicẽdum quòd potuiſſet alia plura verba dicere, ſi voluiſſet, quia ad veritatem conditionalis ſufficit neceſſitas habitudinis, etiam ſi non ſit veritas antecedentis ſeu conſequentis. Et ſimiliter intelligendum eſt verbum philoſophi. ſ. quòd poteſt deus praua facere, ſupple ſi vult. Huius tamen conditionalis, tam antecedens, q̃ conſequens eſt impoſſibile, vnde patet ſolutio ad tertium. Ad quartũ quod obiicitur de poteſtate peccandi, dicẽdum quòd cum quæritur an habuerit Chriſtus potentiam peccandi, quæſtio iſta poteſt dupliciter intelligi. Vno modo vt intelligatur potentia peccãdi qua peccatur, ſecundum quòd ly peccãdi, eſt gerundium verbi imperſonalis, & ſic dicendum eſt quòd Chriſtus habuit potentiam peccandi. Habuit enim lib. arb. quæ eſt potentia, qua ab aliquibus peccatur. Alio modo poteſt intelligi potentia peccandi. i. potentia ad peccãdum ſ͠m ꝙ ly peccandi eſt gerundiũ verbi perſonalis, & ſic chriſtus non habuit potentiam peccandi, quia non potuit peccare, vt dictum eſt. Ad quintum dicendum quòd q̃uis Chriſtus, ſecundum quòd homo, maxime fuerit Deo ſimilis, non tamen excluditur per hoc libertas lib. arb. niſi prout eſt ad peccatum ordinata, non inquantum eſt natura q̃dam. lib. autem ar. chriſti hominis eſt creatũ, & ita mutabile.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur quòd non debuit chriſtus ſexũ aliquem accipere: Sexus enim ordinatur ad In 2 ſcri vt q. 3.

ad generationem carnalem.ſed chriſtus non venerat vt eſſet principium generis humani per generationē carnalem, ſed ſpiritualem. ergo ſexum aſſumere non debuit. Præterea. Videtur ꝙ debuit ſexum fœmineum aſſumere: Reparatio enim reſpondet ruinæ. ſed prima ruina fuit per fœminam. ergo principium generationis debuit eſſe per fœminam. ergo chriſtus ſexum fœmineum aſſumere debuit. Præterea. Videtur quòd ab vtroꝗ ſexu carnem aſſumere debuit, qa vt dicit Apoſtolus ad Heb. 2. Per omnia debuit fratribus aſſimilari, ſed naturaliter alii hoies generantur ab vtroꝗ ſexu. ergo & Chriſtus ab vtroꝗ ſexu carnem aſſumere debuit. Præterea. Videtur ꝙ debuit aſſumere carnem de viro tantum: generatum.n. debet aſſimilari generanti, & econuerſo. ergo, cum debuit eſſe vir, debuit de viro carnem aſſumere. Contra. Oportuit vtriuſꝗ ſexus liberationem in eius carne oſtendi. cum ergo debuerit eſſe vir, debuit de muliere carnem aſſumere. Ad hoc dicendum eſt ꝙ Filius Dei naturam humanā aſſumpſit, vt eſſet reparator totius humanæ naturæ, & ideo oportuit ꝙ in humana natura eſſet perfectiſſimus, & quantū ad naturam, & quātum ad gratiam: Debuit ergo habere ſexum, ne aliquid naturalium ei deeſſet, & ſexum virilem in quo maior perfectio inuenitur. Debuit abſꝗ cōmixtione ſexuum naſci, ne per concupiſcentiam coitus culpam originalē cōtraheret; quod perfectioni gratiæ derogaret. Debuit etiam ex muliere tantum, vt cum toto humano genere conueniētiam haberet, cum viris quidem ratione ſexus quem aſſumpſit, cum mulieribus ratione matris de qua aſſumpſit. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ ruina fuit per fœminam, dicendum ꝙ non per mulierem intrauit originale peccatum in mundum, ſed per virum, & ideo debuit per virū principaliter fieri reparatio. Ad tertium quod obiicitur de Apoſtolo, ꝙ debuit per omnia fratribus aſſimilari, verum eſt in natura, ſed non in culpa quæ ſequitur de neceſſitate ex cōmixtionis ſexuū concupiſcentia. Ad quartum quod obiicitur de ſimilitudine principii, Dicendum ꝙ ſufficit ſimilitudo in natura ſpecici, non autem requiritur in accidente.

3.p.q.31.ar.4 o.opu.3.trac.2.c.37

Expoſitio tex.

Creauit ſtellas &c.

Hic legitur in glo. Fulgen. Hęc inquit ſtella nunquā prius apparuit, ſed nunc puer eam creauit, & Magis præuiam deputauit. Quidam arbitrantur eam eū potuiſſe. Contra. Minimum inconueniens eſt Deo impoſſibile. ſed mulierem eſſe caput eccleſiæ eſt inconueniens. Dicendum ꝙ ſi Deus feciſſet, non eſſet inconueniens, quāuis non eſſet forte tantę congruitatis.

Diſtin. Tertiadecima.

Præterea ſciēdū &c.

Diſtinctio tex.

Poſtquā determinauit magiſter de conditionibus præcedentibus actum vnionis, vſꝗ ad.6.diſt. & de cōditionibus cōſequentibus actum vnionis, vſꝗ huc, hic determinat quę conueniunt chriſto ſm humanam naturam, quæ etiam eſt exaltata per incarnationem. Hæc autē pars diuiditur in tres partes. In prima determinat de his quæ per eum natura humana aſſumpſit. In ſecunda de his quæ per naturam humanā operatus eſt diſt. 17. Poſt pdicta &c. i tertia de morte quā in natura hūana ſuſtinuit. diſt. 21. Poſt prædicta conſiderandū. Prima in duas. Prio determinat de perfectionibus quas cum natura humana aſſumpſit. Secundo de

defectibus quos cū ea aſſumpſit. diſt. 15. Illud quoq; &c. Prima in duas. Primo determinat de perfectionibus cum humana natura aſſumptis, quantum ad carū plenitudinem. Secundo quantum ad pfectionem diuinæ naturæ. diſtin. 14. ibi. Hic quæri opus. Prima in duas. Primo determinat plenitudinem perfectionis quantum ad gratiarum effectus, & ſcientiam intellectus quam chriſtus ab inſtanti conceptionis ſuæ accepit. Secundo obiicit in contrarium. Huic autem videtur obuiare, & hęc diuiditur in duas. In prima obiicit in contrarium per authoritatem canonis. Secundo per authoritatem ſanctorum. Alibi tamen ſcriptum. Prima in duas. Primo obiicit in contrarium. Secundo ſoluit & ſolutionem per authoritates confirmat. Ad quod ſane dici poteſt. Alibi tamen ſcriptum &c. & hæc diuiditur in partes tres. Primo obiicit in contrarium per authoritatem Ambro. Secundo quid veritatis prædicta authoritas contineat oſtendit. Hæc verba Ambro. Tertio id quod videtur falſum determinat, & exponit. Sed ex qua cauſa &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 7. ar. 1. o. De ver. q. 29. ar. 1. o. op. 3. trac. 2. c. 29 et 30. Io. 3. l. 6. co. 3

HIc primo quęritur. Vtrum aliqua gratia in chriſto fuerit creata, & videtur ꝙ non: Inſtrumentum enim non indiget aliquo habitu quo regatur in opere, quia regitur per agens principale. ſed anima chriſti erat quaſi inſtrumentum diuinitatis, quia regebatur per eam ſicut caro per animam regitur, vt inſtrumentum eius, ſicut dicit Damaſ. in 3. lib. ergo anima Chriſti nullo habitu gratiæ regente indigebat. Præterea. Sicut ſe habet filiatio naturalis ad adoptiuam, ita bonitas naturalis ad gratuitam. ſed chriſtus, quia filius eſt naturalis non potuit habere filiationē adoptiuam. ergo quia naturaliter bonus, non poteſt habere bonitatem gratuitam. Præterea. Gratia datur hominibus, vt aſſimiletur Deo. ſed chriſtus nunquam fuit diſſimilis Deo. ergo non indiget gratia. Contra. Gratia eſt perfectio, & vita animę, ſicut anima corporis. ſed non fuit corpus chriſti perfectum ſine anima vnita. ergo nec anima ſine gratia. Pręterea. Gratia eſt principium merēdi. ſed chriſtus meruit ſibi, & nobis. ergo & ipſe habuit gratiā creatam. Ad hoc dicendum ꝙ gratia creata in anima duo facit. Primo perficit eam in ſe, quantum ad eſſe ſpirituale, ſecundum quod Deo ſimilatur. Secundū in reſpectu ad operationem per virtutes quæ ab eius eſſentia fluunt, ſicut potentia ab eſſentia animę: Et quia decebat naturam humanam in chriſto maxime eſſe perfectam, ideo in eo, propter hoc, duplex gratię perfectio fuit neceſſaria, quia quantum ad hæc duo diuinitas eam formaliter non perficiebat.

Ad primum ergo quod obiicitur in cōtrarium, dicendum ꝙ duplex eſt inſtrumētum. ſ. inanimatum, ſicut ſecuris, quo ita agitur quod non agit, & ideo non indiget habitu regente in opere. Secundū eſt inſtrumētum animatum. ſ. quod agit, & agitur, ſicut ſeruus, & hoc indiget habitu regulāte, vt imperium domini debite exequatur, ita & anima chriſti ad hoc quod perfecte diuina operaretur, habitu indigebat. Ad ſecundum quod obiicitur de adoptione, dicendum ꝙ filiatio perſonam reſpicit, ratione cuius chriſtus naturaliter eſt filius, & ideo non conuenit ſibi filiatio adoptiua quæ extra neceſſitatem in contrarium naturalis filiatiōis importat. Gratia autem eſt perfectio naturę, cuius ſubiectū eſt anima, quę eſt pars humanę naturę, & ideo quāuis gratia importet aliquid naturaliter

liter

liter non inhæreſ,tñ poterat rõne natu rę humanę chriſto conuenire.Ad tertiũ quod obiicitur de diſſimilitudine quam tollit gratia,dicendum ꝙ gratiæ eſt facere Deo ſimilem,nec oportet ꝙ de diſſimili faciat ſemper ſimilem, ſed de non ſimili ſimilem. Nec oportet ꝙ negatio diſſimilitudinis ſemper pręcedat tempore ſimilitudinem,ſed natura,ſicut potentia eſt ante actum,ſicut in aere prius eſt intelligere non lucidum actu, quàm lucidum actu.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q.3.ar. 2. q. 1. et. 2. 3. p.q.7 ar.13. & q.8. ar.5.& opu.3. c.30.& op. 60 c.3.co. 7.10.3 1.6.co. 3.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ tres pdictæ gratię quę ponuntur in chriſto non ſunt idem. Non enim eſt idem quod cõmunicatur alteri,& quod non cõmunicatur.Gratia capitis cõmunicatur,quia de plenitudine eius omnia accipiũt membra,gratia vero perſonæ ſingularis,& gratia vnionis non communicantur.ergo non ſunt eadem gratia. Præterea. Quæ poſſunt ſeparari actu vel intellectu nõ ſunt idem.ſed ſi natura humana eſſet vel ĩtelligeretur non vnita,non haberet gratiã vnionis,haberet autem gratiam perſonæ ſingularis.ergo non ſunt eadem gratia. Præterea. Diuerſorum actuũ diuerſi ſunt habitus.ſed bene opari in ſe,& aliis influere,& diuinitati vnire ſunt diuerſi actus.ergo habitus a quo egrediuntur ſunt diuerſi.ergo,vt prius. Contra. Vnius animę vna eſt gratia gratũ faciens.aut ergo gratia perſonæ ſingularis,vt gratia capitis,& gratia vnionis in chriſto vna & eadem gratia ſunt,aut aliqua illarum non eſt gratum faciens.ſed hoc falſum eſt.ergo ſunt vna gratia. Præterea. Eadem eſt ſcientia in anima qua in ſe perficitur,& qua ſuo cognoſcibili iungitur,& aliis cognitionem docẽdo influit.ergo,a ſimili,eadem eſt gratia in Chriſto qua in ſe perficitur,& qua principio gratiæ vnitur,& qua aliis gratiam influit.ergo & ille tres gratiæ non ſunt niſi vna gratia. Ad hoc dicendum quòd, ſecundum ꝙ gratia vnionis dicitur ipſa vnio gratuita, aut effectus vnionis qui eſt communicatio idiomatum, ſic differt a gratia capitis, & perſonæ ſingularis: Sed ſecundum ꝙ gratia vnionis dicitur gratia diſponens ad vnionem, ſic vna eſt gratia eſſentialiter, ſed differt ratione, quia inquantum ſubiectum proprium ad opera bona perficit,dicitur gratia perſonæ ſingularis,inquantum ad hoc quòd Deo vniatur diſponit per modum congruitatis, dicitur gratia vnionis,inquantum potetem efficit redũdare in alios,dicitur gratia capitis.Si autem per gratiam intelligatur gratuita Dei voluntas,ſic conſtat ꝙ eſt vna tantum gratia,quia vna, & eadem voluntate Deus omnia gratuita dona largitur. Ad quod ergo obiicitur de cõmunicatione gratiæ capitis,dicendum ꝙ de plenitudine illius omnes accipiunt per ſimilitudinem,non per eſſentiam,& ideo per eſſentiam manet eadẽ cum aliis duabus gratiis in chriſto. Ad ſecundũ quod obiicitur ꝙ poſſunt ſeparari actu & intellectu,dicendum ꝙ ſeparatio quę eſt in intellectu oſtenderet earum differentiam in conſideratione,nõ in re.Quę vero eſſet in re actu,oſtenderet differentiam realem,ſi eſſet, Et quia hoc non fuit, ideo idem realiter ſunt. Ad tertium quod obiicitur de differẽtia actuum.Dicendum ꝙ non oſtẽdunt niſi differẽtiam rationis,cum ab vna gratia elici poſſint omnia tria.Duo quæ in cõtrarium obiiciuntur concedenda ſunt, inquantum prędictæ gratiæ differunt ratione.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q.2.ar. 2.q.1.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ chriſti gratia fuerit infinita: Omne enim immẽſum eſt infinitũ.

ſed gratia chriſti fuit ſine menſura. Ioã.
3.p.q.7 3. Non ad menſuram dat Deus ſpiritũ.
ar.11. ergo fuit infinita. Præterea. Omne
o. De finitum multotiens ſumptum põt ęqua
ver. q. ri alteri finito. ſi ergo gratia chriſti fuit
29. ar- finita, tantum potuiſſet gratia alicuius
ti.3. o. ſancti augmentari ꝙ ęquaretur illi. Hoc
op. 3. autem eſt impoſſibile. er go non eſt fini-
trac. 2. ta. Prẹterea. Effectus infinitus exit a
c. 31. & cauſa infinita. ſed meritum chriſti fuit in
op. 60. finitum, inquantum fuit ſufficiens ad ſa-
c. 3 co. lutem infinitorum hominum. ergo gra-
7.10.3 tia creans ipſum infinita. Contra.
1.6.co. Nullum creatum infinitum. Gratia chri-
3. et 4. ſti fuit creata. ergo finita. Præterea.
Infinito nihil maius eſt: Si ergo gratia chriſti eſſet infinita, gratia increata non eſſet ea maior. Hoc autem eſt falſum. er go & primum. Ad hoc dicendum eſt ꝙ gratia dicitur donum gratis collatum. Donum autẽ homini chriſto gratis collatum fuit creatum, & increatum. Increatus fuit ipſe Spirituſſanctus qui in eius anima requieuit, vt dicitur Eſa. 11. & eſſe perſonam Verbi quod eſt donatũ naturæ humanæ per vnionem, & ſic ſimpliciter gratia chriſti eſt infinita. Creatũ autem donum eius, eſt ipſa gratia qua formaliter anima eius perficiebatur, & hæc quodãmodo fuit finita, & infinita. Finita fuit ſecundum eſſentiam, inquantum habuit eſſe limitatum, ſed quatuor modis fuit infinita. Vno modo quantũ ad actum, quia cõcurrebat ad actum potentiæ infinitæ cui vnita erat. i. diuinæ. Alio modo quãtum ad eos in quos poterat operari, quia non limitabatur ad aliquos determinatos effectus, ſed põt in infinitis operari redemptionem. Tertio modo quantum ad rationem medii, quia diſponebat per modum congruentiæ ad vnionem infinite diſtantium, qđ nulla alia gratia creata facere poterat. Quarto modo, ſicut quidam dicũt, per rationem gratiæ, quia quicquid fuit de ratiõe gratię totum illi homini fuit collatum, & ideo dicitur gratia ſine menſura, quia non ad determinatos vſus ſiue effectus dabatur, ſicut aliis ſanctis, ſicut alicui dicitur ꝙ accipiat vinum ſine mẽſura, quando ſibi totum datur, licet ipm vinum in ſe ſit finitum. Quod ergo obiicitur ꝙ fuit ſine menſura intelligendũ eſt quantum ad dictos modos. Quod obiicitur ꝙ omne finitũ poteſt adæquari &c. dicendum ꝙ quãtitas vnius finiti ſecundum ſpeciem excedit quantitatem ſecundum ſpeciem alterius finiti, & cum quantũcunq; creſcat quãtitas indiuidui infiniti exceſſi nullo modo poteſt peruenire ad quantitatem ſecundum ſpeciem finiti excedentis, ſicut quantũcunq; homo intelligat, non poteſt peruenire ad modum quo intelligit angelus: Et ideo quantũcunq; creſcat gratia puri hominis, non poteſt peruenire ad æqualitatẽ quantitatis gratiæ hominis vniti: Diuerſa enim eſt ſpecie perfectio gratię ſecũdum diuerſos ſtatus, vtputa hominis viatoris, vel cõprẹhenſoris, & vniti, ſunt diuerſi gradus, ad quorum vnum perueniri non poteſt per augmentũ alterius.

Ad tertium quod obiicitur de merito infinito dicendum ꝙ nõ tantum cauſatur ex gratia creata ſed ex increata, nõ ꝙ ipſa ſit forma operis, ſed quia valor operis aut dignitas conſideratur nõ tantum ex forma ſui principii operis, ſed etiam ex dignitate agentis, quæ eſt perſona infinita.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & vi- In alio
detur ꝙ chriſti gratia poſſit aug- ſcrip.
mentari: Omni enim finito poſſi- vt hic,
bilis eſt additio. ſed gratia chriſti finita q.2.ar.
erat. ğ ei poſſibilis erat additio. Præte 2.q. 1.
rea. Per grãm augetur capacitas gratię, 3. p.q.
ſicut per ſcientiam capacitas ſcientiæ. 7. arti.
ſed, ſecundum philoſophum, intellectus 12.o.
non corrumpitur ſed melioratur ab excellenti

cellenti intelligibili. ergo quanto maiorem habebat gratiam, tanto erat capax amplioris, & ſic eius gratia poterat augeri. Preterea. Ad nullum effectum finitum poteſt diuina potentia finiri quin poſſit maiorem efficere. Capacitas grę in chriſto, & gratia ipſa finita erat. ergo Deus poterat maiorem efficere. Contra. Quod in termino augmenti eſt, augeri non poteſt. ſed gratia chriſti erat in termino augmenti, quia erat gratia cóprehenſoris. ergo augeri non poteſt. Præterea. Pater non inuidet Filio vllam bonitatem. ergo dat ei omnem bonitatem cuius eſt capax. ergo nõ poteſt eſſe capax maioris bonitatis q̃ diuinæ, & ſic nõ poteſt augeri eius bonitas gratiæ. Ad hoc dicendum quòd augmentum non competit rei ſecundum quòd, eſt in termino, ſed ſecundum quòd eſt in via ad terminum, quia ſecundum quòd res eſt in termino, tota potentialitas capacitatis impleta eſt ex fine implente, & ideo non habet vlterius quo creſcat. Cũ autem gratia detur homini ad hoc vt per eam homo Deo vniatur, tũc gratia ad ſuum terminum peruenit, quãdo Deo maxime vnit. Non autem poteſt magis vniri q̃ in perſona, & ideo gratia hominis vniti eſt in termino, & augeri non poteſt, ſed proficit ſecũdum actus, & ſic intelligitur chriſtus gratia profeciſſe. Quod autem obiicitur quòd omni finito poſſibilis eſt additio. Dicendũ quòd loquendo de Finito & additione mathematice .i. ſecundum imaginationem, verum eſt, ſed loquẽdo naturaliter, verum non eſt: Nam omnium natura cõſtantium terminus eſt, & ratio magnitudinis, & augmenti, & ideo gratia chriſti augeri non potuit, quia tanta fuit eius capacitas vltra quam augmẽtatum eſſe non potuit, remanente natura humana ſeu natura creata, & Deus non poteſt facere aliquam capacitatem increatam.

In alio ſcript. 1.d.15. q.5.ar.1. q.7. & d.17 q.1.ar.4. ad ter.

Ad ſecundum quod obiicitur de augmẽto capacitatis: Dicendum quòd verũ eſt hoc citra terminum & finem augmenti, ſed in coniunctione cum fine & termino per gratiam non augetur capacitas gratiæ. Ad tertium quod obiicitur de limitatione potentiæ dicẽdum quòd hoc quòd gratia chriſti maior eſſe non poſſit, non eſt ex limitatione potentiæ dantis, ſed ex capacitate ſuſcipientis.

Expoſitio tex.

In ſanctis vero q̃ ſolus tactus &c. Videtur hoc eſſe falſum, quia Origeñ. ſuper Leui. diſtinguit quinq; ſenſus ſpirituales in ſanctis. Reſpon. Senſus ſpirituales poſſunt diſtingui per ſimilitudinem ad actus ſenſuum corporalium, & ſic ſunt omnes in omnibus, vel per comparationẽ ad eſſe animalis, ſic quòd tactus eſt de neceſſitate, alii de bene eẽ, ideo in ſanctis dicitur ſolus tactus in chriſto omnes, quia in ſanctis omnibus ſunt omnia quę pertinent ad neceſſitatem ſpiritualis vitę: ſed non quęcũq; pertinent ad bene eſſe. In chriſto vero ſunt omnia. Quibus datus eſt ſpiritus ad menſuram. Contra. Iacob. 1. Qui dat omnibus affluenter &c. glo. dicit. Omnia dat non in menſura, & dicẽdum quòd in menſura dare, poteſt dupliciter intelligi. Vel ex largitate dãtis, & ſic nulli dat in menſura, quia omnibus dat ex largitate infinita, vel ex capacitate recipientis, & ſic dat cuilibet cum menſura, quia nulli dat vltra q̃ capax ſit. Non ſecundum eſſentiam ſed ſecundum ſimilitudinem. Contra. ergo pari ratione Petrus potuit dici caput. Et dicendũ quòd ſumitur ibi ſimilitudo actiue, inquantum chriſtus influxit nobis grãm, ſiue ſimilitudinem miniſterio, & vt cauſa diſponens, non efficiens. Huiuſmodi vero diſpoſitio cauſatur ex tribus. Vnum

In alio ſcript. ut hic.

3.p.q.8.ar.6.c. De ver. q.29.art.4.ad ſecundũ.

eſt comparatio noſtra circa ipſum per fidem, ſpem, & charitatem in ipſum. Aliud eſt operatio eius circa nos p meritum & opus redemptionis ;& interpellationis pro nobis. Tertium eſt coniunctio eius ad nos,& econuerſo, ſecũdum cõformitatem naturę humanæ, quia ex hac cõiunctione humanum genus Deo Patri eſt acceptum. Quantum ad viſum. Contra. Similiter poſſet dici Deus pficere in ſapientia. Reſpon. Dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia Deus reputatur in ſapiẽtia ſemper eſſe perfectus, ſed ille puer nõ ſic reputabatur, Et iterum in operibus chriſti ſemper oſtendebatur maior,& maior profectio ſecũdum augmentum tẽporis, qd non eſt in Deo.

Locis ifra adductis d. 14. ar. 4.

Diſtin. Quartadecima.

Hic q̃ri opus eſt etc.

Diſtinctio tex.

Poſtq̃ determinauit magiſter de plenitudine donorum in chriſto abſolute, hic agit de eis in comparatione ad diuinam plenitudinem: Et primo agit de comparatione humanę ſcientię ad diuinam, Si vero quęritur. In prima parte, primo ponit aliorum opiniones & eorum rationes. Secundo ſuam rationem & ſolutiones rationum. Quibus reſpondentes. Si vero quęritur. Hęc pars in partes duas, quia primo determinat veritatem, ſecundo opponit in contrarium, & ſoluit obiectionem ibi. Sed ſi anima.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt. hic. 3. p. q. 9. ar. 1. o. De ver. q.

Hic primo oſtenditur ꝙ in Chriſto nõ fuerit aliqua ſciẽtia creata. Qui enim ſcit aliquid ſcientia nobiliori, vt per demonſtrationem, non indiget ſcire idem ſcientia ignobiliori, vt per rationem probabilẽ. Chriſtus ſciebat quæcunq; ſciri poſſunt nobiliſſima ſcientia .ſ. increata. ergo nõ indigebat in aliquo ſcientia creata. Pręterea. In pręſentia maioris luminis ſuperfluit minus. ergo in pręſentia diuinę ſcientię illuminãtis ſuperfluit lux ſcientię creatę. Præterea. Cognitio fidei, propter ſui imperfectionem, nõ poteſt ſtare cum cognitione patrię. ſed incomparabiliter imperfectior eſt humana ſcientia reſpectu diuinæ. ergo non poteſt ſtare cum alia in eodem ſciente. Sed contra. Scientia increata non eſt forma animę. ergo p illã anima non erat ſciens formaliter. ergo oportet aliam in ea eſſe ſcientiam qua ſit ſciens .ſ. creatam. Præterea. Plus conuenit cognitio diuina & humana in Chriſto homine, q̃ natura intellectiua & ſenſitiua in homine,& eorum cognitiones. ſed cognitio intellectiua in homine non excludit ſenſitiuam, quę eſt minus perfecta. ergo nec cognitio diuina in Chriſto excludit humanam. Ad hoc eſt dicendum ꝙ cum in Chriſto ſit vna perſona,& duæ naturæ, quod conuenit Chriſto ratione perſonæ oportet ꝙ ſit vnum. Sed quæ conueniunt ei rõne naturarum, oportet ꝙ ſint duo. Vnde cum ſcientia pertineat ad naturam humanã & diuinam, oportet in chriſto ponere duas ſcientias, vnam increatam, & alteram creatam, ſicut duas voluntates, & duo libera arbitria. Quod ergo obiicitur de ſcientia nobiliori, Dicendum ꝙ, quãuis perſona non indigeret quia erat ſciens diuina ſcientia, tamen natura indigebat ſcientia creata tanquã propria perfectione: Non enim perficiebatur formaliter diuina. Quod obiicitur de luminaribus dicendum ꝙ licet luminare ſcientiæ increatę præſens eſſet animę Chriſti vt illuminans eam effectiue, non tamen vt illuminãs formaliter, ideo indigebat altero lumine ſcientiæ creatæ. Duorum vero luminarium lux habet fieri formaliter circa idem ſuſceptibile .ſ. circa

10. a1. 1.o. c. p. 3. trac. 2. c. 31

circa ſenſum qui informatus lumine maiori non percipit minus, cum etiam ſint eiuſdem rationis, quod non eſt in ſcientia creata, & increata. Quod obiicitur de cognitione fidei, dicendum ꝙ nõ eſt ſimile, quia vtraq; habet fieri circa idem ſuſceptibile, & repugnat vna alteri, ſed non ſic ſciẽtia humana & diuina.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic q̄ſtiun. 1 De ver. q. 20. ar. 4. O. Opuſc. ſupiori art. adducto tract. et c. eodẽ

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ anima chriſti ſciat omnia quæ ſcit Verbum: Dicit enim Grego. Quid eſt quod non videant, qui vidẽtem omnia vident. ſed anima chriſti videt Verbum. ergo videt omnia quæ videt Verbum. Præterea. Maius eſt id quod eſt Deus q̄ quicquid Deus facit, vel poteſt facere, quia totum hoc eſt creatura. ſed anima Chriſti videt id quod eſt Deus. ſ. eius eſſentiam. ergo videt quicquid fecit vel poteſt facere, & ſic videt omnia quæ videt Verbum. Pręterea. Quicquid Deus poteſt facere, poteſt manifeſtare. ſed quicquid Deus alicui creaturæ põt manifeſtare, animæ chriſti creditur eſſe manifeſtatũ. ergo anima chriſti ſcit quicquid deus poteſt facere, & ſic idẽ qđ prius. Sed cõtra. Creatura in nullo põt ęquari creatori. ſed aĩa Chriſti creatura eſt. ḡ nõ põt æquari Deo in numero ſcibilium. Præterea. Verbũ ſcit creare, qđ de aĩa chriſti dici non põt. ḡ aĩa chriſti neſcit q̄cquid ſcit Verbũ. Rn. Dicendũ ꝙ in verbo, ſiue in Deo diſtinguitur duplex cognitio. Vna quæ dr̃ viſionis, per quam videt Deus quaſi præſentia omnia quæ ſunt, erunt, & fuerũt. Alia dicitur ſimplicis intelligentiæ, per quam non ſolum illa ſcit, ſed etiam omnia quę poteſt facere. Anima igitur chriſti ſcit quicquid eſt, fuit, vel futurum eſt, quia ipſe eſt omnium reparator, & iudex: Sed non poteſt ſcire omnia quæ Deus poteſt facere, quia hoc eſſet comprę̃hendere Deum: Quando enim aliqđ ad multa ſe poteſt extẽdere, nihil aliud eſt ipſum compræhendere q̄ cognoſcere omnia in ipſo ad quæ ſe extẽdere poteſt. Quod patet ex hoc quòd qui plenius aliquid cognoſcit, plura in eo videt eorum in quę poteſt. Vnde cum aĩa chriſti nõ poſſit cõpræhendere Verbũ, non poteſt cognoſcere quicquid põt facere Deus, & ita anima chriſti non nouit quicquid ſcit Verbum, ſcientia ſimplicis intelligentiæ. Ad primum ergo dicendum ꝙ Grego. loquitur quantum ad ſufficientiam medii, non quantum ad capacitatem cognoſcentis. ſ. in verbo. Verbum enim de ſe efficax eſt ratio cognoſcẽdi omnia. Sed quia aliquis vidẽs Verbum non comprę̃hendit Verbum: nõ oportet ꝙ cognoſcat omnia quorũ Verbum poteſt eſſe ratio cognoſcendi. Vel dicendum ꝙ ratio illa procedit de ſcientia viſionis. Ad 2m dicẽdũ ꝙ quãuis Verbum ſit maius q̄ id quod in verbo cognoſcitur, tamen maius eſt videre aliquid in Verbo q̄ cognoſcere Verbũ, Sicut facilius eſt cognoſcere aliqđ principium in ſe q̄ concluſionem in principio intueri. Ad tertium dicendum ꝙ ſi diſtributiue accipiatur, Quicquid Deus poteſt facere poteſt manifeſtare, verum eſt, quia quodlibet eorum quæ poteſt facere, poteſt manifeſtare. Si autem intelligatur quaſi collectiue, falſum eſt: Non enim Deus poteſt facere ꝙ aliqua creatura ſciat quicquid ipſe poteſt facere, ſicut nec ꝙ poſſit eum comprę̃hendere. Sed quia rationes in contrarium videntur concludere etiam quantum ad ſcientiam viſionis, ideo ad eas reſpõdendum eſt, & dicendum ad primam ꝙ numerus ſcibilium materialiter ſe habet ad ſcientiã, rõ vero ſciendi formaliter: Et iõ quãtitas ſcientiæ ſimpliciter attenditur nõ ſecundum numerum ſcibilium tantum, ſed ſecundum modum comparandi rationem ſciendi ad ſcibilia, in quo modo

anima Chriſti verbo non ęquatur. Ad ſecundum ꝙ hoc verbum, ſcit, eſt verbū prohęreticum, vt cum dicitur, iſte ſcit hoc facere, intelligitur ſcit ſe hoc facere: Et qa anima chriſti non ſcit ſe creare vel qualiter ipſa creet, ideo non poteſt dici ꝙ ipſe ſciat creare. Nouit tamen illam artem & virtutem qua Deus creat videndo Verbum.

Articulus tertius.

3. p. q. 10. ar. 3 o. quoli. 3. arti. 3. o. opu. 9. q. 81.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ anima chriſti nō cognoſcat infinita in Verbo. Potentia enim animæ chriſti, cum ſit finita, non poteſt capere infinita. ſed qui ſcit aliquid capit illud, ergo non nouit in Verbo infinita. Pręterea. Ex infinitate diuinæ potentiæ eſt ꝙ pōt facere infinita. ſed anima chriſti non compræhendit infinitatem diuinæ potentiæ. ergo nec in ea cognoſcit infinita. Præterea. Impoſſibile eſt pertranſire infinita. ſed non poteſt eſſe iudicium de infinitis, niſi pertranſeundo infinita. ergo impoſſibilę eſt iudicare de infinitis, & ſic cognoſcere infinita. Ad oppoſitum. Anima chriſti ſcit quicqd ſcit Verbum ſcientia viſionis, vt dictum eſt: ſed durante generatiōe in infinitū, Verbum ſciētia viſionis ſciret infinita. ergo potentiæ iſtius facta anima chriſti ſciret infinita. Prętere a. Non minus eſt cognoſcere infinitum q̃ infinita. ſed anima chriſti noſcit infinitum, quia videt Deū. ergo poteſt noſcere infinita. Reſpon.

In alio ſcript. vt hic. ar. 2. q. 2. ad ſecun. & q. 4. ad pm. p. p q. 14 art. 12. o. De

Dicendum ꝙ, ſicut dictū eſt, anima chriſti ſcit omnia quæcunq; Deus ſcit ſciētia viſionis, & ita ſcit omnes creaturas præſentes, præteritas, & futuras: Et quāuis non comprehendat Verbum: comprehēdit tamen creaturas quas cognoſcit in verbo. Quicunq; autem comprehendit aliquid, ſcit omne hoc adquod illius virtus ſe extendit, ſicut Deus, qui comprehendit eſſentiam ſuam, ſcit omnia quæ ſunt in potentia ſua. Vnde & anima chriſti ſcit omnia quæ ſunt in potentia omnium creaturarum. In potentia aūt creaturæ ſunt infinita, q̃uis nunquā reducantur ad actum. Reducerentur tamen quodammodo ſucceſſiue, ſi mūdus in infinitum duraret: Et ideo anima chriſti ſecundum quidem ſcientiam viſionis ſcit tantum finita, ſed ſcientia ſimplicis intelligentiæ ſcit infinita, vt quidam dicunt, inquantum ſcit multa quæ ſunt in potentia creaturæ, quæ nunquā erunt, nec fuerunt. Poteſt etiam aliter dici ꝙ cum capacitas animæ chriſti tanta fuerit qua maior non tantum aliqua creatura fuerit, ſed nec potuerit eſſe, ideo dicendum ꝙ non tantum eſt ſibi cōmunicata cognitio cuiuſlibet creaturæ præteritæ, pręſentis, & futuræ creatæ, ſed ēt poſſibilis creari. Vnde ſi poſſent infinita actu creari, omnia hæc cognoſceret anima chriſti. Sed quia cōmuniter dicitur ꝙ non poſſunt infinita creari, ideo anima chriſti non cognoſcit infinita, ſecundum ꝙ alii dicūt etiam ſcientia ſimplicis intelligentiæ. Sed hoc per impoſſibile poſito, anima chriſti cognoſceret infinita ſcientia ſimplicis intelligenciæ.

ver. q. 20. art. 4. c. & ad pri. & ſm.

Quod ergo obiicitur ꝙ cum potentia animæ chriſti &c. Dicendum ꝙ ſi recipiēdo in ſe ſciret infinita, eſſet infinita. Sed infinita quæ ſunt in verbo intuēdo in verbo, non propter hoc eſt infinita. Ad ſecūdum quod obiicitur ꝙ compræhenderet diuinam potentiam, dicēdum ꝙ hoc eſt falſum, quia pręter ea quę ſciret Deus, multa alia poſſet facere, cum eius potentia non poſſit a creatura aliqua limitari, ſicut aliqui volunt. Ad tertium quod obiicitur de iudicio infinitorum, Dicendum quòd, ſicut iam dictum eſt, vno finito intuitu iudicare de infinitis non eſt impoſſibile: Hoc enim Deus facit, quia ſeipſum, & ſimul iudicat de infinitis poſſibilibus quę cadunt ſub ſua ptāte, cum conſtet eū ea diſtin-

cte

ſte cognoſcere. Iudicare autem de in finitis diſcurrendo per ſpecies infinitas, hoc eſt impoſſibile, quia ſic oporteret numerare,& pertranſire infinita.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. ar.3.q. 4.3. p. q.12.ar ti.2. o. opu.3. tract.3 c.32.ſi.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ in ſcientia rerum in proprio genere chriſtus profecerit. Non enim proficere in eo quo quis pôt proficere eſt magnus defectus.ſed in omni ſcientia,qua quis non omnia ſcit,poteſt proficere.ergo cum chriſtus p hanc ſcientiam nõ omnia ſciuerit,videtur ꝙ potuerit proficere in ea. Preterea. Intellectus agẽs abſtrahebat in ipſo ſpecies a phantaſmatibus,quia hoc eſt eius actus,alias fruſtra ſumpſiſſet eũ.ſed ſpẽs abſtracta a phantaſmatibus recipitur in intellectu poſſibili.ergo ſemper in Chriſto plures ſpecies recipiebantur in intellectu poſſibili eius. ergo proficiebat in ea. Præterea. Omni finito poſſibilis eſt additio,limpiditas cognitionis animæ chriſti finita erat. ergo poſſibilis eſt ei additio.ergo poterat proficere in ea. Contra. Perfecti non eſt proficere.ſed Chriſtus ſecũdum animam fuit pfectus. ergo non profecit. Præterea. Damaſ.dicit.Qui dicunt Chriſtum proficere ſapientia,& ætate vt additamentum ſuſcipientem,non eam quæ ſecundũ hypoſtaſim vnionem eſt,venerãtur. ſed illa vnio omnino veneranda eſt. ergo non debemus dicere ꝙ in ſciẽtia profecerit. Reſpon. Dicendum ꝙ præter ſcientiã qua anima chriſti pręſcit res in verbo, cognoſcit etiam res in proprio genere per ſpecies intelligibiles:Et hęc ſcientia ponitur in anima chriſti ad hoc ꝙ naturalis perfectio ei non ſubtrahatur:Naturaliter enim anima humana nata eſt perfici per ſpecies intelligibiles. Secundum hanc autem ſciẽtiam non nouit omnia ſimpliciter:ſed omnia illa ad quę naturalis ratio poteſt,& hoc per lumen ſciẽtiæ infuſum:quod quidem pleniſſime in inſtanti conceptionis percepit, ſicut & de gratia dictum eſt. Vnde quantum ad hanc ſcientiam non profecit, neq; quantum ad numerum ſcibilium, neq; quantum ad modum ſciẽdi, ſed ſolummodo quantum ad certitudinem experimentalem,ſicut cum aliquis videt ſenſibiliter quod prius habitu ſcientiæ tenebat. Ad quod ergo primo obiicitur ꝙ q nõ proficit in eo quo poteſt proficere &c. Dicendum ꝙ quãuis Chriſtus hoc genere cognitionis.ſ.rerum in proprio genere,non omnia ſciuiſſet,tamen non potuit quantum ad ea proficere,tum quia ſunt quædam quæ hoc genere cognitionis cognoſci non poſſunt,ſicut eſſentia Dei,tum quia quędam ſingularia cõtingentia non ſunt de perfectione ſcientię: Singularia enim non cadunt ſub arte. Ad ſecundum quod obiicitur de intellectu agente:Dicendum ꝙ per lumen intellectus agentis in chriſto non fuit aliqua ſpecies de nouo recepta in intellectu poſſibili eius,cum tales ſpecies prius fuerint in eo,ſed fuit noua conuerſio facta a ſpeciebus quæ erant in phantaſia, ſicut aliquid ſciens conuertitur ſup idẽ imaginatum. Quod obiicitur ꝙ finita: Dicendum ꝙ quãuis finita eſſet, tamen erat in termino ſuo naturali, ideo nihil ei addi poterat.

De ver. q. 20. arti.6. ad ter. Heb.5. l.2.co.1

Articulus quintus.

In alio ſcript. vt hic. arti.4. 3.p.q. 13.o.

AD quintum ſic proceditur, & videtur ꝙ anima chriſti habuerit omnipotentiam.Matth.vltimo dicitur. Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra, & conſtat quòd loquitur ibi chriſtus ſecundum humanam naturam.ergo ſecundum humanam naturã habuit omnipotentiam. Pręterea. Scientia practica includit operationẽ. ſed anima chriſti habuit omnẽ ſcientiã practicam.ergo potuit omnia operari, & ſic fuit omnipotens. Pręterea.

Præterea. Sicut omnipotentia dei eſt infinita,ita omnium ſcientia. ſed fuit capax omnis ſcientiæ.ergo omnipotētiæ. Sed contra. Omnipotentia eſt virtus actiua infinita.nulli aūt ſubæ finitę pōt dari virtus infinita. ḡ animę chriſti non potuit dari oīpotentia. Præterea. De omnipotentia eſt potentia conſeruādi ipſam animam chriſti. hoc nō potuit ei dari.ergo &c. Ad hoc dicendum ꝙ vnū quodq; ſecundum ꝙ eſt in potentia,habet pati,ſed ſm ꝙ in actu eſt,habet agere. Infinitas ergo potentiæ actiuæ ponit infinitum in actu, ſed infinitas potentię paſſiuę non niſi infinitū in potentia:Et quia in creatura non poteſt eſſe infinitum actu,ſed potētia tantum,ideo non poteſt dari creaturæ infinita potētia actiua,quia eſſet eſſentia infinita, ſed paſſiua poteſt,vt patet in materia pria, Cum ergo omnipotentia ponat in creatura potentiam actiuam infinitam, omnis ſcientia nō,ſed paſſiuam tantum,nō potuit humanæ naturæ in chriſto communicari omnipotētia ſicut omnis ſcientia.
4.con. c.8.et. 9.Ro.1 l.3.co. 1.
Quod ergo obiicitur primo:Data eſt mihi &c.Dicendum eſt ꝙ illa datio intelligitur dupliciter,vel ſecundum rem, vel ſecundum manifeſtationem. Secundum rem intelligitur omnipotentia dari chriſto ab inſtanti conceptionis,ſecūdum ꝙ homo,non per informationem, ſed per vnionem ſecundum cōmunicantiam attributorum.Secundum manifeſtationem vero a tempore reſurrectiōis, ſecundum ꝙ res dicitur fieri quando innoteſcit. Ad ſecundum quod obiicitur de ſcia practica, dicēdū ꝙ nō ſolū eſt ad productionem operis,ſed ad cognitionem operis, ſiue directionem. Primo modo concernit cauſalitatem,quia practica eſt ſecundum rem & modum.Vnde qui ſic habet ſcientiam practicam cum cauſalitate.ſ.dicitur habere practice. Secundo modo non,quāuis ſit practica ſecundum rem,non tamen ſecundū modum.hoc modo chriſtus habuit ſciētiā practicam,ſed non practice.Quod obiicitur de omni ſcientia,Dicendum ꝙ nō eſt ſimile,quia omnipotentia ponit in creatura potentiam actiuam infinitam, ſed omnis ſcientia nō.Non.n.importat rerum cauſalitatem,ſed aſſimilationem.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic

In nullo creatura creatori ęquatur. Intelligendum eſt quantum ad rationem rei habitę,& quātum ad modum habendi,& quia ſi quid idem communicatur Deo,& creaturę non tamen ſecundum eundem modum,& ſecūdum eandem rationem. Nemo nouit quæ ſunt Dei. Non excluditur ex hoc Pater,& Filius,qui habent eandem potētiam cum Spiritu ſancto. Naturaliter eſt capax ſcientiæ.Eſt enim anima facta ad ſciendum omnia,non ad faciendū oīa.

Diſtinct. Quintadecima.

Illud quoq; prætermittendum non eſt.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. 3.p.14 ar.1.ō. 4.con. c.55. ad vn decī. opuſc. 3.tract. 4.c.42. et.47.

Hic quęritur primo. Vtrum debuit naturam humanam cum infirmitatibus noſtris aſſumere,& videtur ꝙ non:Contraria enim contrariis curantur. ſed Chriſtus naturam humanam aſſumpſit vt curaret defectus noſtros.ergo defectus eius aſſumere non debuit, ſed potius,conditiones oppoſitas defectibus. Præterea. Pœna no debet eſſe niſi cum culpa pręceſſit.ſed in chriſto culpa eſſe non potuit,ergo nec pœnalis defectus in eo eē debuit. Præterea. Defectus,quos cū humana natura accipimus, contrahere dicimur. ſi ergo Chriſtus cum humana natura defectus noſtros aſſumpſit, videtur ꝙ eos contraxerit, quod non cōceditur.

ditur. Pręterea. Chriſtus venit aufer
re omnes defectus noſtros. ſi ergo ad hoc
aliquos aſſumpſit vt eos ſanaret, vide-
tur ꝙ pari ratione omnes debuerit aſſu
mere, vt ignorantiam, culpam, & alia hu
iuſmodi. Contra. Ad Heb. 2. In quo
paſſus eſt, & temptatus potens eſt his qui
temptati ſunt auxiliari. ſed Chriſtus ad
auxiliandum hominibus venit. ergo de-
buit eorum defectus ſuſcipere. Præte-
rea. Chriſtus venerat ad redimendū ge
nus humanum. ſed opus redemptionis
congrue complere nō poterat, niſi per
paſſionem. ergo debuit defectus aſſume-
re, ſecundum ꝙ paſſibilis fuit. Ad hoc
dicendum ꝙ chriſtus ad hoc venit vt hu
manum genus reduceret in deum a quo
per peccatum abductum erat, & iō ſicut
mediator, ea quæ Dei ſunt transfudit
in nos, & ea quæ noſtra ſunt quodāmo-
do in Deum: Non autem noſtra quæ in
nobis tantum ſunt, & a nobis, non a deo
.ſ. peccata, quia per hæc ad deum nō or
dinamur, ſed magis deordinamur a deo,
ſed ea quæ in nobis a Deo ſunt, omnia
in ſe ordinata ſūt, & ad ipſū nos p ea or
dinamur: Et ideo ea quæ fecit in nobis,
vtputa naturam ſecundum perfectiones
naturæ, & defectus pœnales, & quoſdam
naturales, ſicut indigentiam cibi quam
homo in ſtatu innocentię habuerat, in
Deum tranſtulit, non in naturam diui-
nam, ſed in perſonam, aſſumendo huma
nam naturam: Hoc enim in ſua perſona
ſuſcipere eſt Deo ipſa repręſentare ad
placandum nobis ipſum. Ad illud qd
obiicitur in cōtrarium, ꝙ contraria cō-
trariis curantur, optime, per curationē
cauſæ ſuæ, & per conſequens per cōtra-
ria cauſæ. Cauſa autem horum defectuū
nobis eſt culpa, & ideo remouendo cul-
pam ſanauit defectus. Culpam autem re
mouit pro peccatis ſatisfaciendo p pœ
nā quā ſubſtinuit, & ſic ſuſcepit noſtros
defectus, vt eos curaret. Ad ſecundum
quod obiicitur ꝙ pœna non debet præ
cedere, niſi culpa præceſſerit, dicendum
ꝙ culpa pręceſſit in natura, quāuis non
in perſona, cuius vices in ſatisfaciendo
gerebat. Ad tertium dicendum ꝙ nos
dicimur cōtrahere huiuſmodi defectus,
quia ex debito peccati originalis, cum
quo naturam humanam accipimus, de
neceſſitate in nobis ſunt. Chriſtus autem
accepit naturam humanam ſine pecca-
to originali, & ſic hos defectus habuit,
non ex aliqua neceſſitate debiti, ſed ex
pura voluntate aſſumentis, & propter
hoc dicitur ꝙ aſſumpſit huiuſmodi defe
ctus, non contraxit. Ad quartum dicē
dum ꝙ chriſtus venerat curare defectus
humanæ naturæ, ad quod requirebatur
gratiæ plenitudo, & ideo defectus illos
Chriſtus non ſuſcepit qui pertinent ad
imperfectionem gratię vel alicuius gra-
tuiti doni, ſicut eſt ignorantia, difficul-
tas ad bonū, & cętera huiuſmodi. Nec
iterum oportuit ꝙ aſſumeret omnes de-
fectus perſonales, vt lepram, & cęcitatē,
& alia huiuſmodi, quæ inueniuntur in
diuerſis perſonis, ſed ſolū illos qui cōſe-
quūtur totā humanā naturā, vt famem,
ſitim, & huiuſmodi, & hoc eſt quod dicit
Dama. ꝙ Chriſtus aſſumpſit paſſiones na
turales .ſ. quæ conſequuntur totam na-
turam, & inde trahibiles .i. quę non per-
tinent ad defectum gratiæ.

In alio ſcript. vt hic. ar. 3. o. 3. p. vbi ſu. ar. 2. o. et. q. 15 arti. 5. ad pri. & ad ſecundū.

In alio ſcript. vt hic. ar. 2. o. 3. p. q. 15. ar. 2 o. et arti. 3. o. et. q. 14 arti. 3. 4. o.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & vi-
detur ꝙ in chriſto non fuerint ani
mæ paſſiones: Dicitur enim de chri
ſto Eſa. 42. Non erit triſtis neq; turbulen
tus. ergo pari rōne neq; paſſiones alias
habuit. Præterea. Per virtutem ho-
mo quietatur a tumultibus paſſionum.
ſed in chriſto fuerunt perfectæ virtutes.
ergo non fuerūt in eo animæ paſſiones.
Præterea. Paſſiones animæ impediūt
iudicium rationis. Vnde Grego. dicit ꝙ
ira per vitium excęcat oculum mentis,

In alio ſcript. vt hic. q. 2. arti. 1. q. 1. et 2. 3. p. q. 15. articul. 4. o. opu. 3. trac. 2. c. 48. et op. 60. c. 15. co. 5.

ira per zelum turbat. ſed in Chriſto iudicium rationis nullatenus fuit impeditũ. ergo in chriſto paſſiones animæ nõ fuerunt. Sed cõtra eſt qd ipſe dicit Matth. 26. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem, & Mar. 14. dicitur. Cœpit Ieſus pauere, & tędere. Præterea. Chriſtus magis venit ad curandum defectus animæ q̃ corporis. ſed ipſe aſſumpſit dolores corporis ad ſanãdum defectus corporales. ergo ſimiliter aſſumpſit paſſiones animæ ad ſanãdum animæ defectus. Reſpõ. Dicendum ꝙ in chriſto vere fuerunt animæ paſſiones, vt gaudium, dolor, & huiuſmodi, ſed ſecundum tres cõditiones differentes a nobis. Primo qa in nobis paſſiones quandoq; deducunt rationem, quod in chriſto non fuit, & iõ dicitur ꝙ timor in chriſto non fuit paſſio quaſi perfecta, ſed propaſſio quaſi inchoatio paſſionis in inferiori parte. Secundo quia in nobis paſſio & ſi non deducat rationem, tamen aliqualiter eã commouet & impedit, quod in Chriſto non fuit, virtute Verbi faciente vt vnaquæq; potẽtia haberet propriam operationem ſine impedimento alterius, vt p Damaſ. patet. Tertio quia in nobis frequenter paſſiones pręueniunt iudicium rationis, & tunc dicitur paſſio motus ſubitus: Sed hoc in chriſto non fuit, quia inferiores vires ita erant ſubiectæ rõni, ꝙ nullus motus in eis ſurgere poterat niſi ratione ordinante. Ad primum ergo dicẽdum ꝙ per illam authoritatem Eſa. excluditur a chriſto triſtitia rõnem deducens, vel impediens. Ad ſecundũ dicendum ꝙ paſſiones illæ quæ ſequuntur iudicium rationis, non ipediunt perfectionem virtutis, immo eã oſtendunt. Illę vero aliqualiter impediunt quæ iudicium rationis præueniunt. Ad tertiũ dicendum ꝙ paſſiones impediunt iudicium rõnis in nobis, non autem in chriſto, ratione iam dicta.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & vi ꝙ dolor nõ fuerit in chriſto i ſuperiori parte rationis: Paſſio enim, ſm Philoſophum in. 7. Phyſicorum, non eſt niſi in parte animæ ſenſitiua. ſed dolor eſt quædam paſſio. ergo non ponitur in ſuperiori ratione chriſti. Præterea. Tunc anima a paſſione deducitur, quando paſſio vſq; ad ſuperiorem rationem pertingit. ſed anima chriſti non deducebatur a paſſionibus. ergo paſſio doloris non peruenit vſq; ad ſuperiorem rationem in chriſto. Præterea. Contraria non poſſunt ſimul eſſe in eodem. ſed in ſuperiori ratiõe chriſti erat maximum gaudium ex fruitione diuinitatis. ergo non potuit eſſe ibi dolor ex paſſione. Sed contra eſt quod in Pſal. 87. dicitur. Repleta eſt malis anima mea. Glo. exponens de chriſto. i. doloribus. ergo in qualibet parte animæ chriſti fuit dolor. Pręterea. Maior eſt affinitas potentiarum animæ ad eſſentiam animæ q̃ animæ ad corpus. ſed anima ſecũdum eſſentiam compatitur corpori patiẽti. ergo multomagis ſuperior ratio compatiebatur in chriſto eſſentiæ patienti. Reſpon. Dicendum ꝙ ratio ſuperior dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ſecũdum ꝙ in eſſentia animę radicatur, & ſic eſt natura hominis, qa forma eius. Alio modo ſecundum ꝙ per propriam operationem conuertitur in ſuum obiectum, & ſic eſt ratio vt ratio. Primo modo dolor fuit in ratione ſuperiori animæ chriſti, quia læſio corporis per accidens redundabat in animæ eſſentiã, ꝗ eſt forma corporis, & per conſequens in omnes potentias, ſecũdum ꝙ in eſſe animæ radicantur. Secundo modo in ratione ſuperiori animæ chriſti dolor nõ fuit, quia ex cõſideratione ſui obiecti. ſ. boni æterni nulla ſibi dolendi occaſio præbebatur, ſed maximi gaudii, & ideo

dicitur

In a
ſcri
vt b
q. 2
3. q.
De
q.
ar.
Op
tra
c. 4.

3. p
46.
7.
ve
ſu
ti.
pr
Q
7.
5.

dicitur ꝙ ratio ſuperior patiebatur do
lorem vt natura non autē vt ratio, ſicut
ſi aliquis pungeret oculum, diceretur vi
ſus pati vt eſt natura oculi, non vt eſt vi
ſus: Sic enim patitur quando lęditur ex
vehementi luce. Ad primum dicendū
ꝙ Philoſophus loquitur de paſſione pro-
prie dicta, quæ eſt cum tranſmutatione
corporali, & iterum ſecundum ꝙ paſſio
ineſt alicui potentiæ per operationem
propriam: Superiori autem rationi pōt
ineſſe paſſio cōmuniter accepta, & etiā
paſſio proprie dicta, non ſecundum a-
ctum proprium, ſed ſecundum ꝙ radica
tur in eſſentia animæ. Ad ſecundum di
cendum ꝙ dolor non peruenit vſq; ad
ſuperiorem rationem vt immutans eam
a rectitudine propriæ operationis, & iō
non fuit deducta a paſſionibus. Ad ter
tium dicendum ꝙ dolor, & gaudiū, quæ
fuerunt in ſuperiori ratione chriſti, nō
fuerunt contraria, quia non fuerunt de
eodem, ſed gaudium de fruitione, dolor
de paſſione: Et iterum non eſt inconue-
niens ꝙ cōtrariorum motuum vnus at-
tribuatur alicui rei per ſe, & alius per ac
cidens, ſicut patet de eo qui mouetur in
naui in contrarium motus nauis. Do-
lor autem paſſionis attribuitur animæ
Chriſti quaſi per accidens, gaudium ve-
ro fruitionis per ſe.

alio Articulus quartus.

ript. AD quartum ſic proceditur, & vide
hic. tur ꝙ in chriſto quantum ad cor-
2.ar, pꝰs non fuerit verus dolor. Maior fuit
u. 3. gratia in chriſto q̄ in tribus pueris. ſed
p.q. tres pueri, virtute gratiæ, in fornace ſūt
art. conſeruati illæſi ab ignis vſtione, vt pa
o.De tet Danī. 3. ergo multofortius corpus
r.q. chriſti immune fuit, propter abūdantiā
i.arti gratiæ, a paſſionis dolore. Præterea.
.8.o. Chriſtus perfectius cōtemplabatur Deū
ou.3. q̄ Moiſes. ſed Moiſes ex vehementia di-
act. 2 uinæ contemplationis non ſenſit affli-
47. ctionem famis vel ſitis cum. 40. diebus
& noctibus a cibo abſtinuit, vt habetur
Exo. 34. ergo multofortius chriſtus do-
lorem paſſionis non ſuſtinuit. Præte-
rea. Secundum Philoſophū in. 6. ethi.
Triſtitia vehemens omnem delectationē
impedit, etiam non contrariam. ergo
econtra delectatio vehemēs omnem do
lem aufert. ſed in anima chriſti fuit vehe
mentiſſima delectatio de fruitione. ergo
non potuit in eo eſſe dolor paſſionis.

Sed contra eſt quod dicitur Eſa. 53. Ve-
re languores noſtros ipſe tulit, & dolo-
res noſtros ipſe portauit. Præterea.
Quanto complexio eſt tēperatior tan-
to ex lęſione maior dolor percipitur.
ſed chriſtus creditur habuiſſe tempera-
tiſſimam complexionem. ergo ex lęſio-
ne corporis maximum dolorem ſenſit.

Reſpon. Dicendum ꝙ ad dolorē duo
concurrunt. ſ. læſio ex parte corporis,
& ſenſus ex parte animę: Eſt enim dolor
ſenſus læſionis potentiæ. In chriſto nō
fuiſſe verum dolorem, eſt alterum prędi
ctorum remouere, vel vtrūq;. Lęſio autē
corporis de chriſto negari non poteſt,
niſi negetur veram carnem habuiſſe, ſi-
cut Manichei dicunt. Senſus autem læ-
ſionis huius negari nō poteſt in chriſto,
niſi dicatur ꝙ non habuit animam ſen-
ſitiuā ſed ſolum corpus, & diuinitatē, vt
Eunomius dicebat. Vtrūq; autem horū
eſt erroneum, & ideo erroneum eſt dice-
re verum dolorē in Chriſto non fuiſſe.

Ad primum ergo dicendum ꝙ pueri fue
runt immunes a lęſione ignis, non virtu
te alicuius gratię creatæ cum adhuc cor
pora eorum non eſſent impaſſibilia, ſed
ſola virtute Dei miraculoſe eos prote-
gēte, per quam quidem potuiſſet & cor-
pus chriſti immune ab omni lęſione ſer
uari, niſi quia propter redemptionē hu
mani generis decebat eum pati. Ad ſe- 3.p.q.
cundum dicendum ꝙ ex naturali colli- 46.art.
gantia, qua potētiæ animæ in vna eſſen 8.o.
tia radicantur, contingit ꝙ dum vna po De ver.

vbi ſu. ar. 10. o.et.q. 10. ar. 11. ad tertiū. Quol. 1.ar. 3. c. opu. 3. vbi ſup. c. 48.

tentia intenditur in ſuo actu, reliqua in ſuo actu ipeditur, & ꝙ ex potētiis fit mutuus refluxus in inuicem, & ex hoc contigit in Moiſe, quòd per vehementiam contemplationis etiam inferiores vires abſorbebantur ne afflictioné famis ſentiret. Sed hoc in chriſto locum nó habet, quia verbum, quod ei erat vnitū, permittebat vnāquāq; potentiam pati & operari quod erat ei proprium, ſine hoc ꝙ de vna fieret impedimentum in altera, vel refluxus, & hac ratione de eo ſingulariter fuit verum ꝙ erat ſil' viator, & compræhenſor: Et propter hoc nec cōtemplatio, aut vehemēs delectatio, quæ erat in ſuperiori parte, ex fruitione impediebat ſenſum læſionis ſiue dolorem nec econuerſo. Vnde patet ſolutio ad tertiū: Philoſophus enim loquitur ſm cōmunem, & naturalem curſum.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic.

Non corpus ſentit ſed anima &c. Sciendum quòd eorum quæ ſunt coniuncta, quædam inſunt toti ratione animæ, ſicut ſentire & huiuſmodi, & hæc attribuuntur animæ eodé modo loquendi quo dicitur calor calefacere, quia eſt principium calefaciédi: Quædam enim inſunt toti ratione corporis, vt dormire, & huiuſmodi, & hæc attribuuntur corpori non animæ, q̄uis toti coniuncto couemant: Quędam nō per corpus, immo etiam ſine corpore. Sciendum ꝙ delectari, dolere, contriſtari, & huiuſmodi quādoq; nominant paſſionem ſenſibilem, quandoq; actum voluntatis aliquid deſiderantis vel refugiētis. Primo modo ſunt coniuncti ſolius, ſecundo modo, & animæ ſeparatæ. Suſcepit noſtram vetuſtatem. Contra. Simile non conſumit ſimile, ſed contrarium ſuum. Reſpon. Dicendū quòd non per ſe vetuſtas pœnæ conſumit pœnam, ſed inquantum eſt materia meriti, & ſic eſt cōiuncta nouitati gr̄æ, & ſic opponitur culpæ, & ſic etiam pœnę ex culpa cauſatę. Non aſſumpſit ignorantiā. Cōtra. Dam. Naturam ignobilē, & ſeruilem accepit. Item Leo papa. Adorauerunt Magi infantem in nullo a puerili generalitate differentem. Reſpon. Dama. loquitur de natura per inceſtum ſeparata, Leo papa ſecundum apparentiam, & non ſecundum exiſtētiam. Vnigenitus Deus hominem verum. Verba hęc Hilarii videntur dolorem paſſionis, & terrorem excludere, quę tripliciter ſoluuntur: Quidam enim dicunt Hilarium hoc retractaſſe & hoc videtur ꝓbabile ex his authoritatibus quas Magiſter in litera adducit, quarum vna incipit ibi. Interrogo quid ſit. Alia, Cū hęc paſſionum genera. Alii dicunt ꝙ loquitur de chriſto quantum ad diuinitatem. Solutio aūt magiſtri cōſiſtit ī hoc ꝙ nō dolorem, ſed tria circa dolorē voluit a chriſto remouere. Primo dominium doloris, quod patet ex hoc quòd dicit, Quoniam igitur infirmitatem dominatam. Secundo meritum doloris, quòd patet ex hoc quòd dicit, Non enim vitioſæ infirmitatis. Tertio neceſſitatem doloris, qd patet ex hoc quòd dicit, Videamus an ille paſſionis ordo. Infirmitatem nō habens, naturam ad dolendum. Hoc dicitur, quia non erat in natura illa meritum doloris. i. peccatum. Quia differētia corporis iſta ex natura vt feratur in vlnis. Hoc non de natura corporis conſiderata in ſe ſed ex virtute deitatis adiūctæ. Vt fieri poteſt. Hic videtur ab ipſo excludere timorem & triſtitiam: Dicendum ꝙ loqtur de timore, prout eſt paſſio, & non prout eſt propaſſio. Pati potuit &c. & paſſibile eſſe non potuit: Dicēdum ꝙ pati ſignificat paſſionē per modum actus. Vnde ad ſuppoſitū refertur, ſecundum ꝙ eſt ſuppoſitum cuiuſcunq; naturę,

naturæ, quia pati ineſt ſibi ratione humanæ naturæ, ideo dicitur ꝙ pati potuit. Paſſibile autem ſignificat potentiã ad patiendum, vt illud informantem, de quo dicitur: Et quia verbum, ſecundum ſe, non informabatur potentia patiẽdi, ideo dicit ꝙ paſſibile eſſe non potuit. ſ. ſecundum ſe, quãuis paſſibile fuerit ratione naturæ aſſumptę.

Diſtinct. Sextadecima.

Hic oritur quæſtio.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. pri. ſæ q. 85. ar. 5. o. 4. cõt. c. 52. De ma. q. 5. ar. 4. o. opu. 3. tract. 2 c. 9. 10 et 43. Ro. 5. l. 3. co. 4. Heb. l. 5. co. 3.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ neceſſitas moriendi ſit tantum homini ex peccato. ad Rom. 7. Corpus mortuum eſt propter peccatum. glo. i. neceſſitati mortis addictum. Præterea. Natura dat inſtrumẽtum proportionatum ſuo motori. ſi ergo motor humani corporis eſt immortalis, inſtrumentum eius naturaliter eſt imortale. neceſſitas igitur moriendi in corpore humano non eſt naturalis. Præterea. Omne quod ineſt ex iudicis ſententia culpam prohibentis ineſt ex culpa. ſed mortalitas ineſt ex iudicis ſententia. Geñ. 3. Cinis es & in cinerẽ reuerteris. ergo ineſt ex culpa. Cõtra. Omne compoſitum ex contrariis naturaliter eſt corruptibile, cum contraria agant & patiantur ad inuicem. ſed tale fuit humanum corpus ex ſua prima inſtitutione. ergo naturaliter eſt corruptibile. Præterea. Omne generabile naturaliter eſt corruptibile, ſicut probatur primo cœ. & mun. ſed corpus humanũ naturaliter eſt generabile. ergo corruptibile. Ad hoc dicendum eſt ꝙ in ſtatu innocentiæ q̃uis corpus rõne contrarietatis principiorum haberet aliquẽ ordinem ad corruptionem, tamẽ in anima erat virtus cõtinendi corpus ſub ſe, q̃diu ipſa cõtineretur ſub Deo, per peccatum vero illa ſublata eſt. Nunc igitur neceſſitas moriendi partim eſt ex natura conditionis humani corporis, vt a cã diſponente, partim a peccato vt a cauſa remouente prohibens, & hoc modo neceſſitas moriendi eſt pœna, ex peccato contracta. Ad primũ ergo ꝙ obiicitur de Apoſtolo, dicendum ꝙ peccato attribuitur neceſſitas moriẽdi, vt cauſę meritoriæ remouenti prohibens. Ad ſecundum quod obiicitur de inſtrumento, dicendum ꝙ non oportet inſtrumentum proportionatum eẽ motori in duratione, ſed in aptitudine ſuſcipiẽdi impreſſionem motoris quãdiu eſt inſtrumẽtum eius. Ad tertium quod obiicitur de ſententia, dicendum ꝙ non totaliter eſt a ſentẽtia, ſed partim eſt a diſpoſitione naturali corporis. Ad primum vero quod in contrarium obiicitur, dicẽdum ꝙ contraria ex quibus corpus humanum conſtitutum erat, virtute animę innocentis continebantur ita ꝙ ad diſſolutionem corporis agere non potuiſſent. Ad ſecundum dicendum ꝙ, q̃uis homo in ſtatu innocentiæ ex natura materiæ eſſet corruptibilis, tamen ex virtute formæ. ſ. animæ iuſtitia originali perfectę: habebat quandam incorruptibilitatem, vt. ſ. poſſet non mori.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 14. ar. 2. o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd in chriſto nõ fuerit neceſſitas moriendi. Eſa. 53. Oblatus eſt quia ipſe voluit. quod autem fit voluntarie non ſubeſt neceſſitati. ergo nõ habebat neceſſitatem moriendi. Pręterea. Quod ex neceſſitate fit, nõ eſt laudabile, vel meritorium. ſed mors Chriſti fuit laudabilis, & meritoria. ergo nõ habuit neceſſitatem moriendi. Præterea. Potentius non de neceſſitate patitur a minus potente. ſed chriſtus fuit potentior quolibet alio paſſionem vel mortem inducente. ergo non habuit neceſſi-

tatem moriendi, vel patiendi. Contra. Sicut chriſtus fuit verus Deus, ita fuit verus homo. ſed in diuinitate habuit attributa naturalia cæterarum pſonarum diuinarum. ergo in humanitate habuit attributa naturalia cęterorũ hominum, & ita neceſſitatem moriendi. Præterea. Chriſtus aſſumpſit omnes defectus humani generis qui ad defectum gratiæ non pertinent, vt eos curaret, ſicut prius dictũ eſt, ſed neceſſitas moriendi eſt defectus toti humano generi communis, qui per chriſtum remouebitur. ergo illum defectum chriſtus aſſumpſit, cum non pertineat ad imperfectionem gratiæ. Reſpon. Dicendum ꝙ quidam dicunt in chriſto aliam neceſſitatẽ moriendi non fuiſſe, niſi ex fine, quia. ſ. neceſſarium erat eum mori ad redeptionem humani generis. Sed hoc non videtur ſoluere quæſtionem: Ex hoc enim habetur quare neceſſarium fuit chriſtũ mortem ſuſcipere, non ꝙ neceſſitas mortis ſit aſſumpta: Et iterum non videtur ſufficienter dici ꝙ in chriſto fuit neceſſitas moriendi etiam ex parte materiæ. Aſſumpſit enim corpus abſqȝ illa diſpoſitione, per quam in ſtatu innocẽtię corpus Adæ conſeruabatur a mutua contrariorum actione in inuicẽ ad diſſolutionem: Et hoc patet ex hoc, quia paſſus eſt famem, & ſitim, & alia huiuſmodi. Neceſſitas autem materiæ eſt neceſſitas abſoluta: Et ideo ſecundum alios, dicendũ eſt, ꝙ referendo ad humanam naturam, chriſtus abſolutam neceſſitatem patiẽdi aſſumpſit, quãuis iſta neceſſitas naturæ Diuinæ illius potentię non deroget, per quam poterat mors prohiberi. Ad primum ergo quod obiicitur de voluntate moriendi, Dicendum eſt ꝙ voluntas moriendi non excludit naturalem moriendi neceſſitatem in chriſto, ſicut & in multis ſanctis martyribus hoc apparet. Ad ſecũdum quod obiicitur, quod ſit de neceſſitate non eſt laudabile, Dicendum ꝙ ſi hęc neceſſitas tollat promptitudinem voluntatis, verum eſt, ſed non ſi eſt cum voluntatis promptitudine. Ad tertiũ quod obiicitur. Potentius non de neceſſitate patitur &c. Dicendum ꝙ non eſt inconueniens ꝙ aliquid corpore chriſti fuerit, ſecundum quid, potentius, quãuis non ſimpliciter, ſicut clauus, & lancea, inquantum clauus fuit durus, quod pertinet ad potentiam naturalem, & caro chriſti mollis, quod pertinet ad naturalem impotentiam, ſecundum Philoſophum in prædicamentis, fuerunt corpore chriſti potentiores, ſed nõ ſimpl'r.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ neceſſitas patiendi vel moriendi ſubfuerit voluntati humanę chriſti. Ioan. 10. Nemo tollit a me animam meam, ſed ego pono eam. ergo in eius voluntate humana erat eam ponere vel ſumere: Hoc enim hominis eſt, non Dei quia nũquã depoſuit eam exquo ſemel aſſumpſit. Pręterea. Sicut inferiores vires ſunt ſub ratione, ita corpus ſub anima. ſed iferiores vires in chriſto obediebant, & ſubiacebant voluntati rationis. ergo & corpus quantum ad ea quæ in eo accidere poterant ſubiacebat voluntati chriſti humanę. Præterea. Nõ minus poterat anima chriſti per gratiã vnionis, ꝗ aĩa Adę per grãm innocẽtię. ſed aĩa Adę poterat corpus ſuũ per gratiã innocẽtię a morte cõſeruare. ꝰ & aĩa chriſti ſil'r per gratiã vnionis. Cõtra. Cõſeruare a morte qđ habet neceſſitatẽ moriẽdi, miraculum eſt. ſed miraculũ opus eſt ſolius potentiæ diuinæ. ergo animæ chriſti non cõmunicabatur conſeruare corpus ſuum a morte, quod habebat neceſſitatem moriendi. Pręterea. Corpus humanum nõ ſeruatur a morte niſi per gratiam innocentię, ſicut fuit in primo ſtatu, vel per gloriam, ſicut in ſtatu vltimo.

In aliis ſcript. vt hic

vltimo. ſed vtrũq; iſtorũ dare eſt ſolius Dei. ergo anima chriſti corpus ſuum nõ poterat a corruptione præſeruare.

3. p.q. 47. ar. 1.o. et q. 50. arti.1. ad ſm et 51. ar.3.c. opu.3. tract.2 c. 46. Io. 10. l.4.co. 5.in qui bus lo cis cla rius pa ter qd circa q ſitum hoc, ſe ſerit.S. D.

Ad hoc dicendum eſt ꝙ circa hoc eſt duplex opinio: Quidam enim dicunt ꝙ erat ſub voluntate animę chriſti corpus ſuum a corruptione per gratiam vnionis conſeruare, ſicut erat in Adam ſub cuius erat voluntate, per gratiam innocentiæ, corpus ſuũ conſeruare illæſum. Sed contra hoc eſt, quia nõ erat ſimilis diſpoſitio ex parte corporis ſuſceptibilis vtriuſq;, alias chriſtus nihil accepiſſet in conditione ſuę naturę de ſecundo ſtatu, quia nihil aliud videtur de ſecundo ſtatu accepiſſe, niſi diſpoſitionem corporis qua neceſſarium ſit eũ pati & mori: Poſſe etiam pati, & mori fuit etiam in primo ſtatu: Et ideo alii dicunt, & probabilius, ꝙ eius non ſuberat voluntati, quia eius eſt ſolius immutare curſum, & legem naturæ impoſitam qui naturam inſtituit & ordinauit, qui eſt ſolus Deus, & iõ, neq; corporalis aliqua virtus, neq; ſpiritualis aut animæ aut angeli, neq; ẽt chriſti animæ potuit immutationes facere legis naturæ impoſitæ diuinitus, niſi per modum orationis: Et ideo, cum ſecundum legem, & curſum naturæ mors corpus chriſti cõſequeretur, vt Magiſter dicit in litera, ideo neceſſitas moriendi in ipſo non ſubdebatur voluntati eius humanę, ſed ſolum diuinæ. Quod ergo obiicitur de Ioan. Dicẽdum ꝙ perſona Diuina loquitur, quãuis inquantum homo, qui & in hoc diuinæ ſuberat voluntati. Ad ſecundum quod obiicitur de ſenſualitate: Dicendum ꝙ, quãuis eſſet ſub eius regimine ſenſualitas, non tamẽ vires naturales, quia vires ſenſitiuę natæ ſunt obedire ratiõi. Vires autem naturales, vel animæ vegetabilis, & etiam corporis non ſunt natæ obedire rationi, & ideo non eſt ſimilis ratio. Ad tertium quod obiicitur de gratia innocentiæ dicendum eſt ꝙ ſi eadem eſſet diſpõ ex parte corporis ſuſceptibilis, bene ſequeretur, ſed iam nõ ſic erat, vt dictũ eſt.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ claritas corporis glorioſi nõ potuerit ſimul ineſſe cum mortalitate aſſumpta. Luc. 11. Non guſtabunt mortem donec videant regnum Dei. Gl. Glorificationẽ corporis in imaginaria repræſentatione futuræ beatitudinis. Præterea. Non poſſunt eidem contraria ineſſe. ſed corpori chriſti inerat opacitas. non ergo naturalis claritas, & ſic idem quod prius. Pręterea. Excellẽs claritas viſibilis corrumpit viſum, quia excellentiæ ſenſibilium corrumpũt ſenſum, ſm Philoſophum. ſed claritas illa, licet maxima, non læſit apoſtolorum viſum, ergo nõ fuit vera claritas viſibilis, ſed imaginabilis. Sed contra. Sicut argumentatur Auguſt. Si vnum eorum quæ dicuntur in euangelio non eſt verũ ſed imaginariũ, ſimiliter poteſt dici de aliis. Præterea. Nihil fit ſimulatorie in operibus veritatis. ergo illa claritas fuit vera, non ſimulatoria. Ad hoc dicendum ꝙ claritas corporis chriſti, quã habuit in transfiguratione, fuit vera in ſe, ſed tamen imago, & ſignum claritatis glorioſę, & non claritas glorioſa: Et rõ eſt, quia ille fulgor fuit aliqua proprietas corporis glorioſi permanens in corpore, ſed miraculoſe, & diuinitus inductus in chriſti corpore, cum cõtraria nõ ſimul ſint in eodem. Vnde corpus chriſti tunc non poterat hẽre claritates corporis glorioſi, cum adhuc glorificatum non eſſet. Fuit tamen ille fulgor eiuſdẽ generis cum fulgore corporum glorificatorum, nõ tamen ita perfectus, ſed ſicut claritas viæ aſſimilatur claritati patrię. In Moiſe aũt fuit ſilr̃s claritas claritati pñię, ſicut fides viſioni, nõ eiuſdẽ generis, & ideo aſpectum intuẽtium offen

In alio ſcript. vt hic, q.2. o. 3. p.q. 45.art. 2.o.

debat, quod non fuit de chriſti claritate,& ratio erat,quia anima chriſti glorificata erat,non autem anima Moi. Vnde & corpori eius poterat cõuenienter attribui claritas glorioſa,non autẽ corpori Moi.ne prius eſſet gloria in corpore q̃ in anima. Quod ergo obiicitur de glo.reſpondendum eſt ꝙ imaginaria dicitur,quia erat imago claritatis glorioſæ ex diuinitate in corpore chriſti latente prouenìens,non qa eſſet in ſola imaginatione. Ad ſecundum quod obiicitur de opacitate: Dicendum ꝙ non ſm idem erat opacitas,& claritas,qa opacitas interius erat in natura ipſius corporis,ſed fulgor in ſupficie,ſicut ęs politũ ĩterius eſt opacũ in ſupficie ſplẽdidum: Nõ tñ ſicut in ęre inerat huiuſmodi claritas ex aliqua naturali corporis diſpoſitione,ſed miraculoſe ab ipſo Deo. Ad tertium quod obiicitur de excellenti viſibili:Dicendum ꝙ non erat de genere claritatis huius mũdi,ſed futurę,ideo non corrumpebat viſum ſed mulcebat ſicut futura claritas faciet. Vel non corrumpebat ipſo chriſto conſeruante.

Diſtinct. Decimaſeptima.

Poſt prædicta conſi

derari oportet &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. o 3. p. q. 18. ar. 1. et 2 o. 4. cõt. c. 36.

Hic primo quæritur. Vtrum in chriſto fuerint plures voluntatęs, & videtur ꝙ non:Velle enim,cum ſit operatio quædam,perſonæ eſt.ſed in chriſto eſt tantũ vna perſona,diuina.ſ.ergo & vna voluntas. Præterea. Voluntatis eſt ducere, & non duci.ſed in chriſto affectus humanus diuina volũtate ducebatur, vt dicit Damaſ.ergo affectus humanus nõ debet dici voluntas in chriſto. Præterea. Senſualitas ſignificatur per ſerpentem, in qua eſt primus motus peccati. ſed in chriſto non fuit aliquõd peccatum. ergo in ipſo non eſt voluntas ſenſualitatis. Contra. Quod eſt inaſſumptibile eſt incurabile. ſed voluntas rationis & ſenſualitatis curatione indigebat. ergo vtraq; fuit aſſumpta. Prętérea. Voluntate rationis chriſtus voluit quicquid voluit Deus. ſed aliqua voluntas fuit in chriſto qua voluit aliud q̃ Deus, vt patet Matth.26.Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu.ergo præter voluntatem diuinam, & voluntatem rationis,fuit in chriſto voluntas ſenſualitatis, qua non voluit quicquid Deus. Ad hoc dicendum quõd,cum in chriſto fuerint duæ naturę integrę diuina.ſ.& humana,& de vtriuſq; ratione ſit voluntas, in Chriſto non tantum fuit voluntas diuina,ſed ẽt humana. In homine autem quędam eſt voluntas per eſſentiam, ſicut voluntas rationis.Alia eſt voluntas per participationẽ, ſicut ſenſitiuus appetitus dicitur voluntas,quia obedit imperio voluntatis.Voluntas autem rationis dupliciter poteſt conſiderari.ſ.vt ratio, & vt natura.Prima diſtinctio eſt ſecundum naturas.Secunda ſecundum potentias. Tertia quantum ad modum accipiendi, & ideo omnes prędictę voluntates ſunt in chriſto. Ad illud quod primo obiicitur quõd velle eſt perſonę: Dicendum quõd verum eſt,vt agentis,ſed vt eſt prĩcipii actus,eſt potentiæ naturalis:Et qa in chriſto ſunt duę naturę,iõ duę voluntates,quãuis vnus volens. Ad ſecundum quod obiicitur quõd voluntas humana ducitur a diuina, dicendum eſt quõd nõ ducitur cogẽdo,ſed regendo, & hoc nõ eſt contra rationem voluntatis. Ad tertium quod obiicitur de ſenſualitate:Dicendum quõd ſenſualitas dicitur ſerpens,& principium peccati,non quãtum ad potentiam naturæ, quam chriſtus aſſumpſit, ſed quantum ad corruptionẽ fomitis, quę in chriſto nõ fuit.

Articulus

In alio ſcript. vt hic. o.3.p. q.18. ar.3.ſ. e.6.o. 4. cõt. c.36.ß.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ in chriſto fuerint cõtrariæ voluntates. Voluntates ſunt contrariæ quę ſunt contrariorum volitorum. ſed ſecundum diuinam voluntatem, & rationis, vt ratio cõſideratur, volebat mori, ſecũdum autem ſenſualitatis voluntatem, & rationis, vt natura cõſideratur, nolebat mori. ergo prædictæ voluntates ſunt contrariæ. Pręterea. Auguſt. dicit in lib. de Trin. Voluntatũ contrarietas eſt ex contrarietate volitorum. ſed volita rationis, & ſenſualitatis in chriſto fuerunt cõtraria, quia ſenſualitas refugiebat mortem, quam ratio acceptabat. ergo in chriſto fuit contrarietas voluntatum. Pertrea. Secundum Damaſ. In chriſto vnicuiq; naturæ ꝑmittebatur operari quod ſuum eſt. ſed appetitus ſenſitiui eſt appetere delectabile ſenſui, appetitus autem rationis ab huiuſmodi abſtinere. ergo velle ſenſualitatis erat contrarium velle rationis. Cõtra. In rebellione ſenſualitatis ad rationem conſiſtit pugna carnis ad ſpiritum. ſed ſecundum Auguſt. nonnullum vitium eſt cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & in chriſto nullum eſt vitium. ergo hoc non fuit in chriſto. Pręterea. Nihil quod regulatur ab aliquo, contrariatur illi. ſed ſenſualitas regulatur a ratione, & ratio a voluntate diuina. ergo nulla fuit contrarietas harum voluntatum ad inuicem. Reſpon. Dicendum ꝙ duæ volũtates poſſunt ad inuicem differre dupliciter. Vno modo quantum ad volita, & hæc eſt differẽtia materialis. Alio modo quantum ad rationem volendi, & hæc eſt diuerſitas formalis. Prima igitur diuerſitas non ſufficit ad contrarietatem voluntatis, ſed ſecunda: Nam ſi aliqui duo diuerſa velint propter vnam rationem, non dicuntur contrarias habere voluntates, vtputa ſi vnus vult pluuiam propter cõſeruationem frugum æſtimans eam vtilem fore, alius propter eãdem rationem vult ſiccitatem reputans eam vtilem. Vnde & ſi vnus motum mẽtis alterius cognoſceret, inuicem ſuas voluntates acceptarẽt. Sed ſi ex diuerſis rationibus etiam idem vellent, contrarias voluntates haberẽt: Dicendum eſt ergo ꝙ in chriſto fuit differentia voluntatum quantum ad volita: Nam ſenſualitas, & ratio, vt natura, quę non cõferunt, ſed abſolute aliquid conſiderant, moleſtiam corporis, & mortem, tanquã malum, refugiebant: Sed voluntas diuina, & ratio, vt ratio, mortem acceptabãt, vt vtilem ad ſalutem humani generis. Ex quo etiam patet ꝙ nõ ex contrariis rationibus volitorum diuerſitas procedebat. Vnde & voluntas diuina, & ratio, vt ratio, acceptabant motũ ſenſualitatis, & rationis, vt natura, nec inuicem ſe impediebant huiuſmodi voluntates, & ideo, quãuis eſſet contrarietas volitorum in chriſto, nõ tamen fuit cõtrarietas voluntatum in chriſto, neq; rebellio aliqua, & per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic, q̃ſtiũ.3. 3. p.q. 21. ar. ti.4.o. opu.3. tract.2 c.46. Pſal.2. co.3. Io.12. l.5.co. 3.Heb. 5.l.1. co.3.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ non ſemper chriſtus fuerit exauditus. in Pſal. 21. Clamabo ꝑ diem, & non exaudies, dicitur; in perſona chriſti. Præterea. Orauit vt diſcipuli credentes in eum ſeruarentur a malo. hoc autem non accidit, nec de malo culpæ, nec de malo pœnę. ergo eius oratio non fuit exaudita. Præterea. Orauit vt calix ab eo tranſiret, vt patet Matth. 26. Hoc autem non fuit factum. ĝ &c. Contra ad Heb. 5. Exauditus eſt pro ſua reuerentia. Pręterea. Ioã. 11. Ego autem ſciebam quia ſemper me audis. Pręterea. Oratio ſua non fuit minus efficax q̃ aliorũ ſanctorum. ſed alii ſancti exaudiuntur quando cum debitis cõ

ditionibus orant, ſicut ipſe dicit Petite & accipietis Luc. 11. ergo & ipſe qd petiit accepit. Reſpond. Dicendum ꝙ orare eſt ſuperioris ratiõis quæ in Deũ conuertitur. Illa ergo oratio alicuius ſimpliciter eſt, inquantum ſuperior ratio cõſentit, ſiue proprio motu, ſiue tracta ab aliqua inferiorum virium. Superior autem ratio in chriſto, quę Deo pleniſſime fruebatur, hoc ſolũ proprio motu volebat quod ſciebat Deum velle. Ab inferiori autem vi non trahebatur. Quicquid autem Deus vult impletur, & ſic omnis oratio, quæ ſimpliciter chriſti fuit, impleta eſt. Sed tamen ſciendum ꝙ ratio ſuperior quãdoq; proponebat orationem, non quaſi inſinuans motum proprium, ſed motum ſenſualitatis, vel naturalem motum inferioris rationis, in quo fungebatur quaſi officio aduocati, & tamen motus ſuus proprius erat in contrarium volitum. Proponebat tamẽ ad hoc quod veritas naturæ oſtenderetur, & talis oratio non fuit exaudita, qa nec ſimpliciter chriſti erat. Quod obiicitur clamabo &c. Dicendum ꝙ chriſtus in perſona eccleſiæ loquitur. dicit gloſ. Dicendum ꝙ oratio ſenſualitatis chriſti fuit, & rationis, vt natura, quæ quãuis non fuerit exaudita ſecundum materiã, fuit tamen ſecundum ſuperioris ratiõis proponentis intentionem. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ orauit pro Apoſtolis, Dicendum ꝙ q̃uis propoſuerit generaliter, tamẽ ſpecialiter impetrare intendebat pro aliquibus, & ſic exauditus fuit. Quod obiicitur de tranſitu calicis, Dicendum ꝙ in illa oratione expreſſit motum ſenſualitatis, non ꝙ illud qd petiit ſimpliciter vellet, ſed vt veritatẽ naturæ aſſumptæ in ſe eſſe indicaret.

In alio ſcript. vt hic. & lit.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ chriſtus, ſecũdum ꝙ homo, dubitauerit: Vbicunq; enim eſt timor, & dubitatio. in chriſto fuit verus timor. ergo & vera dubitatio. Prę terea. Videtur ꝙ ſenſualitas in chriſto nõ potuerit dubitare: Senſualitas enim ſeq̃tur appręhenſiuam ſenſitiuæ partis. ſed futurum periculum, de quo erat paſſio, non præſciebat ſenſus. ergo ſenſualitas de ipſo non poterat dubitare, qa nihil dubitat de aliquo periculo ſibi venturo, niſi cognouerit. Prę terea. Chriſtus non magis ſciuit imminente morte ſibi futuram paſſionem q̃ a principio. ſed a principio ſenſualitas in ſ ipſo non trepidabat. ergo nec tunc. Contra. Secundum Philoſophum, dubitatio ligat rationem ne procedere poſſit. ſed in chriſto ratio non fuit ligata. ergo non fuit in chriſto dubitatio rationis. Prę terea. Vbi eſt ſumma ſecuritas, ibi nõ eſt aliqua dubitatio. ſed in chriſto fuit ſumma ſecuritas. Pſal. 26. Si conſiſtant aduerſum me caſtra. ergo in chriſto nõ fuit dubitatio. Ad hoc dicendum ꝙ dubitatio dupliciter dicitur. Primo, & pricipaliter ſignificat fluctuationem rõnis, ex conſequenti vero tractum eſt ad fluctuationem affectus formidãtis aliquod terribile aggredi. Primo modo nõ fuit in chriſto, quia cõtingit ex defectu ſcientiæ. Secundo modo, quantum ad ſenſualitatem, fuit, quia contingit ex infirmitate naturæ: non tamen quantum ad rationem, quia auxilium diuinum imminere videbat, quod ſenſualitas non appræhendebat. Ad primum igitur qd obiicitur ꝙ dubitatio timor eſt. Dicendum ꝙ dubitatio, prout pro timore accipitur, in chriſto fuit quantum ad ſenſualitatem. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ ſenſualitas non appræhendebat futurum periculum: Dicẽdum ꝙ verum eſt ex ſe, ſed ex ratione appræhendebat, qa ex his quæ ratio appræhendit formantur formę particulares in imaginatione ex quibus ſenſualitas nata eſt moueri.

Ad

Ad tertium quod obiicitur quòd non magis ſciuit imminente paſſione &c. Dicendum quòd paſſio a principio conceptionis dubitationem non faciebat, qa non vt imminens tunc præuidebatur, ſed ſolum quando iam imminebat dubitationem faciebat. Appetitus enim ſenſitiuus natus eſt a ſenſibili præſenti præcipue moueri.

Expoſitio tex.

Sed quia motum geſ

In alio ſcript. vt hic. circa mediũ. 3. p. q. 21. ar. 2 et 3. o.

ſit dubitationis. Contra eſt quod ſupra dixit Auguſt. diſt. 15. quia eadem ratione omnia quæ de chriſto dicũtur nõ fuerunt vera: Et dicendum ꝙ erat vera dubitatio quantum ad ſenſualitatẽ, quãuis non quantum ad rationem. Intende lector. Verba Hil. ſunt exponenda ſecũdum quòd ratio pro ſe, non pro ſenſualitate: Sic enim non pro ſe, ſed pro ſuis orauit. Secundum autem quòd pro ſenſualitate ꝓponebat vt aduocatus eius, ſic orabat pro ſe.

Diſtin. Decimaoctaua.

De merito etiã Chriſti &c.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. ar. 4. o. 3. p. q. 19. o. De ver. q. 29. ar. 6. o.

Hic primo quæritur. Vtrum meruerit ſibi immortalitatem corporis & videtur ꝙ nõ: Præmium enim dignius eſt merito, ſed bonus motus animæ Chriſti, quo merebatur, eſt dignior quolibet corporali. ergo non merebatur immortalitatem corporis. Præterea. Videtur ꝙ nec impaſſibilitatem animæ: Id enim quod eſt nobis naturale non meremur. ſed anima ſecundum ſuam naturam eſt impaſſibilis. ergo impaſſibilitatem non meruit. Præterea. Videtur quòd nec exaltationem, quia ex hoc ipſo quòd natura humana aſſũpta fuit exaltata eſt, & nomen diuinitatis ſibi debetur. ſed aſſumptionem non meruit, vt ſupra diſtin. 4. dictum eſt. ergo nec exaltationem. Contra. Bona glorię nulla creatura habet ſine merito. ſed immortalitas corporis, impaſſibilitas animę, exaltatio naturæ, ſunt bona glorię. ergo ipſa non habuit ſine merito, & ſic ea meruit. Pręterea. Qui ſe humiliat exaltabitur. Luc. 14. ſed chriſtus ſe humiliauit vſqꝫ ad corporis mortalitatem animæ paſſibilitatem, vſqꝫ ad nominis humani nuncupationem. ergo per contrarium exaltari debuit vſqꝫ ad corporis immortalitatem, animę impaſſibilitatem, & nominis diuini nuncupationẽ ſeu manifeſtationem. Ad hoc dicendũ eſt, quòd ad meritum in ordine ad ea quæ ſunt bona ſimpliciter quatuor requiruntur, quantum ad id quod quis mereri dicitur. Primum eſt quòd illud ſit de pertinentibus ad beatitudinem. Secundum eſt quòd illud ſit non habitum, prout quis illud meretur. Tertium eſt quòd illud ſit non debitum. Quartum eſt ꝙ illud ordine naturæ ad minus ſequatur meritum. Hęc autem quatuor in chriſti corporis imortalitate, in animæ ſuæ impaſſibilitate, in naturę humanæ exaltatione, inueniuntur, quia prima duo ſũt de his quę pertinẽt ad eſſentiam beatitudinis corporis, & animæ, tertium ad eius bene eſſe. Item non fuerunt a chriſto ſemper habita, nec fuerũt ſibi debita ratione naturæ, quãuis eẽnt debita ratione perſonę, ſed ad eius meritum ſubſequuntur tempore, & in ipſa meruit. Ad illud ergo, qđ obiicitur ꝙ pręmium dignius eſt merito, Dicendum quòd hoc habet veritatem in pręmio ſubſtantiali animæ, & non in aliis. Vel dicendum quòd immortalitas corporis melior eſt, quo ad aliquid, inquantum pertinet ad ſtatum bonitatis, actus vero

mentis ad ſtatum viatoris, ſed ſimpliciter eſt econuerſo. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ anima ſecundum ſuam naturam, eſt impaſſibilis: Dicendum quòd verum eſt, ſecundum ſe naturaliter, ſed per accidens eſt paſſibilis ad paſſionem corporis: ſecūdum ſe etiam eſt paſſibilis ex ordine diuinæ iuſtitiæ, vt patet de animabus damnatorum. Ad illud quod tertio obiicitur ꝙ humana natura fuit exaltata ſecūdum aſſumptionem: Dicendum eſt quod hoc eſt verum realiter, ſed tamen non in cordibus hominum, quia nec tunc fuit manifeſtata, & res ĩ ſacra ſcriptura dicitur fieri quādo innoteſcit.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. ar.6.o. 3.p.q. 19.arti cu.4.c. Dever. q. 29. ar.7.o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ nobis non meruit. Ezech. 18. Anima quę peccauerit ipſa morietur. ergo a ſimili in contrarium, anima quę benefaciet pręmiabitur. ſed ſicut nullus peccat alteri, ita nullus meretur alteri. ergo. Præterea. Sicut laus, ita & meritum cōſiſtit circa actum voluntarium. ſed nemo actu ſuo comparat alteri laudem. ergo nec meritum. Præterea. Nec apertionem ianuæ meruit nobis chriſtus: Si enim chriſtus meruit nobis apertionem Paradiſi, aut ergo ſufficienter, aut inſufficienter: Si inſufficienter, ergo meritum eius fuit imperfectum: Si ſufficienter, ergo non oportet nos laborare ad merendum Paradiſi apertionem. ſed vtrunq; iſtorum eſt falſum. ergo non meruit nobis apertionē Paradiſi. Contra. Peccatum Adę ianuam clauſit. Chriſtus per paſſionis meritum peccato Adæ ſatisfecit. ģ ianuam aperuit. Pręterea. Nullus peruenit ad gloriam ſine merito, Paruuli baptizati perueniunt ad gloriam. ergo ex aliquo merito. non proprio, ergo alterius. ſed non alicuius puri hominis. ergo chriſti, qui fuit Deus & homo. Ad hoc dicendum eſt quod actio chriſti meritoria, ꝙ uis eſſet humana, tamen erat a virtute diuina, quia anima & corpus erāt quaſi inſtrumentum diuinitatis, ſicut dicit Damaſce. & ideo poterat ſuper totam naturam humanam: Et quia omnes homines ſunt vnus homo in natura cōmuni, vt dicit Porphi. inde eſt ꝙ chriſti meritum, quod ad naturam ſe extendebat, etiā ad ſingulos extendere ſe poterat. Et inde eſt quòd obſtaculum ingreſſus paradiſi, quod omnibus cōmune eſt. i. peccatum originale, ſolus chriſtus potuit auferre. Et ideo hoc ſubtracto dicitur per ſimilitudinem nobis aperuiſſe ianuam Paradiſi, quia ſicut clauſio ianuę eſt obſtaculum prohibens ab ingreſſu domus, ita ianua Paradiſi clauſa dicitur inquantū peccatum originale eſt obſtaculum prohibens ab introitu Paradiſi. Quod obiicitur, quòd nullus peccat alteri: Dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia malum proprium eſt vniuſcuiuſq;, ſed bonum eſt cōmune, ratione cōmunis vinculi. ſ. charitatis. Vel dicendum ꝙ ſicut peccatum Adæ tranſit in poſteros per generationem carnalem, ita meritum chriſti tranſit in alios, qui fiunt membra eius per generationem ſpiritualem. Ad ſecundū dicendum ꝙ actus humanus dicitur laudabilis, inquantum declarat ſuum principium, quod eſt virtus, ſed meritorius dicitur, inquantum per ipſum aliquid acquiritur: Et inde eſt quòd aliquis pōt alteri mereri, ſed non poteſt ex actu alterius laudari. Ad tertiū dicendum ꝙ meritum chriſti fuit ſufficiēs ad aperiendum ianuam omnibus, ſed ad hoc qd habeat efficaciam in aliquo, requiritur ꝙ fiat cōiunctio ad chriſtum per fidem, & charitatem.

3.p.q. 48.ar. ti. 1.c. q. 49. ar.5.c.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ non in primo inſtanti conceptionis ſuæ Chriſtus mereri potuerit.

In alio ſcripc. vt hic.

Opus

De ver. q. 29. ar. 8. o. Opus enim meritorium, cum ſit ex electione, eſt deliberatiuum, quia ſecundum Philoſophum, electio conſequitur conſilium. ſed omne deliberatiuum eſt ſucceſſiuum, non inſtantaneum. ergo opus meritorium non eſt inſtantaneum, & ſic Chriſtus in primo inſtanti mereri non potuit. Praeterea. Sicut meritum eſt per libe. arb. ita & peccatum. ſed Diabolus non potuit peccare in primo inſtanti ſuæ creationis. ergo nec anima Chriſti in primo inſtanti ſuæ conceptionis mereri. Praeterea. Omne quod habuit Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis, habuit ab altero non a ſe. meritum autem a merente eſt. ergo non habuit meritum. Præterea. Chriſtus erat ſimilis, ex parte corporis cæteris paruulis. ſed propter imperfectionem corporeorum organorum alii paruuli nõ habent ab inſtanti ſuæ conceptionis vſum liberi arbitrii. ergo nec anima Chriſti. Contra. Non minus eſt habere actum gloriꝗ q̃ actum gratiæ. ſed a primo inſtanti conceptionis ſuꝗ anima chriſti, cum fuerit vnita diuinitati, habuit actũ gloriæ. ergo potuit habere actum gratiæ. Praeterea. Perfectior eſt potentia perfecta ſimul habitu & actu q̃ habitu ſolum. potentia merendi in Chriſto fuit perfectiſſima ſemper. ergo in primo inſtanti cõceptionis ſuꝗ habuit meritum in actu, non habitu ſolum. Ad hoc dicendum eſt quod omnes concedunt animã Chriſti fuiſſe perfectam in primo inſtanti cõceptionis ſuæ merito habituali. De merito autem actuali ſunt duæ opiniones: Quidam enim dicunt ꝙ non potuit ſimul incipere eſſe, & mereri. Sed hoc nõ impedit, quia fuit ibi ſimultas tẽporis, & non naturꝗ. Alii autem dicũt ꝙ in eodem inſtanti quo conceptus eſt habuit perfectionem actualis meriti: Cum enim actio meritoria ſit ex voluntate deliberata, duplex poteſt eſſe impedimentum quare non ſit in eodem inſtanti cum volũtate, vel ex parte deliberationis, quia ſucceſſiua eſt, & tale non fuit in chriſto, qui non indigebat aliqua deliberatiõe, cum in primo inſtanti omnia ſimul certitudinaliter cognoſceret in Verbo, vel ex parte voluntatis, q̃a non poteſt ſimul eſſe & agere. Hoc autem non impediuit in chriſto, quia voluntas eius in primo inſtanti habuit actũ ſuũ, cũ Deo frueretur, & ſic in eodem meritorie potuit eũ diligere: Et ideo chriſtus in primo inſtãti conceptionis ſuæ, potuit diligere Deum, atq; ideo potuit in primo inſtanti conceptionis ſuæ mereri. Quod obiicitur de opere deliberatiuo, Dicendum ꝙ deliberatio diſcurrens nõ exigitur ad meritum, niſi propter incertitudinem. Chriſtus autem certus erat circa ea quæ ſunt ad finem, & quantum ad ipſum finẽ, cum omnia in primo inſtanti in Verbo videret. Quod obiicitur de peccato Angeli: Dicendum eſt quòd non eſt ſimile, quia angelum deliberare oportebat, cum nõ per eſſentiam Verbum videret, ſicut anima chriſti videbat. Vel dicendum quòd meritum eſt conſentaneũ naturæ, cum ſit eius perfectio, demeritum autem eſt diſſentaneum, cum ſit eius corruptio, & ideo non eſt ſimile de merito, & demerito. Quod obiicitur quòd in primo inſtanti quicquid habuit ab altero, Dicendum quòd in primo inſtanti meritum ab alio habuit. ſ. inquantum ad meritum exigitur gratia, & a ſeipſo, inquantum meritum procedit ex libe. arbi. Quod obiicitur de aliis infantibus, dicendum quòd non eſt ſimile, quia imperfectio a parte corporis non impediebat animam chriſti ſicut aliorum, & hoc ideo, quia Chriſtus ſimul erat cõprænhenſor ſm actũ perfectum animꝗ, & viator ſecũdum imperfectionem corporis. Vnde in eo fuit ſingulare quòd

perfectio animæ, & imperfectio corporis non ſe impediebant.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. arti. 5. 3. p. q. 48. arti. 1. o. Ro. 4. l. 3. co. 4.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ non potuerit per paſſionem mereri: Meriti enim principium eſt in patiēte, quia eſt volūtarium cuius principium eſt intra, vt dicit Philoſophus. Sed principium paſſionis non eſt in patiente ſed in agente. ergo Chriſtus per paſſionem non meruit. Præterea. Meritum eſt facere de indebito debitū, vel de minus debito magis debitum. ſed nihil Chriſto poſt paſſionem fuit de nouo debitum, aut magis debitum. ergo non meruit patiendo. Præterea. Omne meritum principaliter eſt in rationali volūtate. paſſio vero chriſti principaliter fuit in corpore. ergo non fuit meritoria. Sed contra. Auguſt. loquens de humilitate paſſionis dicit. Humilitas claritatis eſt meritum, claritas autem humilitatis præmium. Præterea. Actibus virtutum meremur. ſed chriſtus ex charitate, quæ eſt maxima virtus, paſſus eſt, Ioā. 15. Maiorem charitatem nemo habet &c. ergo ipſe per paſſionem ſuam meruit. Ad hoc dicendum eſt ꝙ actus, quo quis meretur, eſt ille cuius agens eſt dominus, & qui eſt gratia informatus, quia voluntas informata charitate eſt principium meriti, & ideo omni tali actu chriſtus merebatur. Cum igitur paſſionem ſuam voluntarie ſuſtinuerit: Oblatus eſt enim quia voluit, vt dicitur Eſa. 53. & voluntas hęc charitate fuerit informata, non eſt dubium ꝙ per paſſionem ſuam meruit. Ad illud quod primo obiicitur ꝙ meriti principium eſt in nobis, Dicendum eſt ꝙ paſſio, inquantum paſſio, non eſt meritoria, quia ſic principium eius eſt extra: ſed meritoria eſt, inquantum eſt acceptata per voluntatem: Sic. n. eſt voluntaria & principiū eius eſt intra. Acceptatur autem a volūtate dupliciter, vel ſicut volūtarium abſolute, ſicut in chriſto qui ſe voluntarie paſſioni obtulit, vt noſtræ redemptionis opus expleret, vel ſicut volūtarium mixtum, ſicut quando aliquis, & ſi vellet non pati, tamen magis vult ſuſtinere paſſionē q̄ ꝙ aliquid contra Deum faciat, & ſic etiam contingit paſſione mereri.

Dever. q. 26. arti. 6. ad q̄r. in cōt.

Ad ſecundum dicendum ꝙ meritum eſt de indebito &c. Dicendum ꝙ inſufficiēs eſt diuiſio: Nam dicitur tertio modo quis mereri qn̄ facit de debito vno modo vel vna ratione debitum alio mō, ſicut puer baptizatus facit ſibi debitū regnum cœlorum, cum peruenit ad perfectam ætatem per actū propriū, qđ prius erat ei debitū alio mō. ſ. rōne habitus, & ſic chriſtus per paſſionem ſibi meruit. Quod obiicitur, Omne meritum eſt in voluntate rationali, Ad hoc dicendum eſt ꝙ, q̄uis meritum ſit in ratione completiue & cauſaliter, tamen in aliis viribus pōt eſſe materialiter.

Dever. vbi ſn. ad q̄n. in cōt.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic.

Et amota ignea rhōphea, quæ quidem poſita in paradiſo terreſtri, ſignificabat impedimentum quod prohibebat ingreſſum paradiſi cęleſtis. Sed nec mox poſt carnis: Probabile hoc eſt, quia etiam aliæ animæ ſanctorum, quæ nihil purgabile habent, mox poſt ſeparationem a corpore impaſſibiles fiūt. In qua forma crucifixus eſt, in ea exaltatus eſt. Contra. Exaltatio eſt vſq; ad ęqualitatem Patris, quod non conuenit humanæ naturæ in qua crucifixus eſt. Reſpon. Dicendum ꝙ quāuis naturæ ſecundum ſe, non conueniat, tamen conuenit perſonæ in natura, ita ꝙ terminus exaltationis refertur ad perſonam, motus vero ad naturam. Qui multo amplius humiliatus eſt. Sciendum quòd ex parte termini a quo, & ex parte termini

ad

ad quem magis fuit chriſti humilitas in deſcenſu, q̃ primorũ parentum in aſcenſu, quia chriſtus ab eſſentiali, & vera diuinitate deſcendit ad ſtatum pœnalem naturæ humanæ: Adam vero a ſtatu innocentię voluit aſcendere ad ſtatum diuinitatis non eſſentialiter, ſed participatiue per aſſimilationem. Impleto Dei decreto. Decretum dicitur præceptum, qd Adam trãſgreſſus eſt, quod chriſtus obediendo impleuit. Vel decretum dicitur ſententia mortis, quam in Adam trãſtulit, & hoc etiam decretũ chriſtus impleuit quando mortem ſuſtinuit. Chirographum dicitur memoria pręuaricationis Adæ ſiue reatus ipſius, quod chriſtus ꝑ nobis ſatisfaciendo deleuit. Tantum fuit peccatum ipſius &c. Contra. Alius modus liberationis fuit poſſibilis. Reſpon. Verum eſt ex parte Dei, ſed nõ ex parte noſtra.

Diſtinct. Decimanona.

Nunc igitur quæramus &c.

Queſtio vnica.
Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, 3. p. q. 49. ar 1.

Hic primo obiicitur ꝙ chriſtus non liberauit nos a peccato per paſſionẽ ſuã: Corporale. n. non poteſt agere in ſpirituale: paſſio chriſti corporalis fuit. ergo non poteſt agere in animas noſtras ſpirituales, & ſic nec earum peccata delere. Pręterea. Liberatio dicitur eſſe a peccato iuſtificatio. ſed hoc attribuitur reſurrectioni. Ro. 4. Reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. ergo liberatio a peccato non debet attribui paſſioni, ſed reſurrectioni. Præterea. Eorum quæ ſunt æqualia, vnum non deſtruit alteꝝ. ſed quantum bonum erat paſſio chriſti ex parte patientis, tantum malum erat occiſio ex parte occidentiũ. ergo illud peccatum per paſſionem deleri non potuit, & ſic non omnia peccata. Cõtra. Apocal. 1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo. Ad Coll. 2. Conuiuificauit nos cum illo, donans nobis omnia delicta. ergo paſſio chriſti omnia deleuit. Præterea. Per emendam, & ſatiſfactionem cõdignam fit remiſſio peccati. ſed paſſio chriſti fuit emenda condigna pro peccatis noſtris. ergo &c.

Ad hoc dicendum eſt ꝙ aliquid dicitur delere peccatum dupliciter, aut per modum cauſæ formalis, & ſic gratia delet peccatum, aut per modum cauſæ efficiẽtis, & hoc tripliciter. Aut principalis, & ſic cõuenit tantum Deo, apud quem reſidet authoritas, & principalitas deletionis culpæ. Aut inſtrumentalis, & ſic conuenit ſacramentis. Aut per modum merentis, & hoc dupliciter. Vel inſufficienter, & ſic conuenit puro homini, inquantum vnus alteri poteſt mereri primam gratiam merito congrui, non condigni. Aut ſufficienter, & ſic conuenit chriſto vt agenti delere culpam, paſſioni autem eius vt principio per qd agit, quia actio eius, cum ſit Dei non tantum hominis, poteſt in totam naturã, & ideo ipſe ſufficienter diſpoſuit totam naturam per meritum, & paſſionem ſuam ad deletionem culpæ, non autem alius purus homo, ſed quod aliquis deletionem peccatorum non conſequatur, hoc eſt ex indiſpoſitione eius. Quod ergo obiicitur ꝙ corporale non poteſt agere in ſpirituale, dicendum ꝙ, quãuis ſecundũ ſe eſſet corporalis paſſio chriſti, tamen inquantum diuina, & accepta a voluntate eius, habuit virtutem ſpiritualem.

Ad ſecundum quod obiicitur de reſurrectione, Dicendum quod iuſtificatio notat remiſſionem peccati ſecundum terminum ad quem, peccati autem deletio ſm terminũ a quo. Et ideo attribuitur peccati liberatio morti, quę vitam

vitam paſſibilem vitæ peccatrici ſimilē in pœna a chriſto ademit: Iuſtificatio autem reſurrectioni per quam noua vita in Chriſto inchoata eſt. Vnde Apoſt. ad Rom.4. Reſurrexit propter iuſtificationē, & traditus eſt propter delicta noſtra. Ad tertium quod obiicitur de peccato crucifigentium dicendum, ſecundū Anſel. ꝙ quia neſciebant Chriſtū eſſe Dei filium, ignorantia excuſauit in parte peccatum eorum. Vnde malum eorū non fuit ęquale bono vitę Chriſti. Dato etiam quod ſciuiſſent, q̃uis æquale fuiſſet materialiter. i. quo ad factū ſeu opus operatū, non tamen formaliter quo ad radicem faciendi vel opus operans, qa Chriſtus mortē ſuſtinuit ex maiori bonitate, q̃ illi intulerunt ex malignitate, Et præterea bonum eſt efficacius q̃ malum, quod non niſi virtute boni agit, vt dicit Diony.

3.p.q. 48.ar. 1.ad ſecundū.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. 3.p.q. 49.articul.2. o.opu. 60.c. 15.co, 9.Heb. 2.d.4. co.2.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ per paſſionem Chriſti nō ſimus liberati a Diabolo: Libertas enim hominis in hoc conſiſtit ꝙ lib. ar. eius cogi non poteſt. ſed ſicut nunc lib. arb. cogi non poteſt a Diabolo, ita nec etiam ante Chriſti paſſionem. ergo paſſio chriſti non liberauit nos a poteſtate Diaboli. Præterea. Dęmon ante paſſionem non habebat poteſtatem, niſi vel animam temptandi, vel corpus vexandi. ſed hanc eandem adhuc habet, & exercet. ergo ab eius poteſtate liberati nō ſumus. Præterea. Sicut Diabolus non poteſt modo affligere homines, niſi permiſſus, ita ante paſſionem non poterat, vt patet Iob.1. Et ſicut ante poterat permiſſus ita poſtea potuit, vt patet in Antonio qui permiſſione diuina a Dęmonio fuit flagellatus. ergo ita potens eſt in nobis ſicut ante fuit. Contra. Victoris eſt aduerſarium a poteſtate dominii abiicere. ſed chriſtus per paſſionem victor fuit Apoc.5. Vicit leo de tribu Iuda. ergo a poteſtate dominii Diabolū eiecit. Præterea. Ioan.12. inſtante paſſione dixit dominus. Nunc princeps huius mūdi eiicietur foras. ergo per paſſionem Chriſti dominium ſui principatus amiſit. Ad hoc dicendum eſt ꝙ poteſtas Diaboli in duobus conſtituitur, ſecundum duas manus eius. Vnam qua impellit ad peccatum, alteram qua trahit ad ſupplicium. Vtrāq; exercet vniuerſaliter contra totum genus humanum, & particulariter contra perſonas: Secūdū primam, primos parentes, & in eis totū genus humanum vicerat, quo ad peccatum originale, & quo ad actualia, quantum ad multos. Secūdum vero alteram omnes ad infernū trahebat & detinebat. Secūdā chriſtus deſtruxit in oībus quo ad ſufficientiam, in membris autem ſuis quo ad efficaciam: Sed primam debilitauit cum hoſtē vicit, & hominibus multa auxilia præparauit, pro peccato originali ſatiſfaciendo. Ad primum ergo quod obiicitur de coactione: Dicendum ꝙ licet ante paſſionem non poſſet cogere lib. arb. ſicut nec modo, tamen poterat magis inclinare, inquantum homo erat debilior ad reſiſtendum. Vnde hæc libertas quam per Chriſtum conſequuti ſumus dicitur libertas a peccato: Libertas enim a coactione ineſt nobis a natura. Ad ſecūdum quod obiicitur, Sicut habebat poteſtatē in corpore & anima, ita & modo, Dicendum ꝙ non habet tantam, quia quāuis temptet, non ita facile ſuperat propter auxilium gratiæ. Ad tertium quod obiicitur de permiſſione: Dicendum ꝙ maior erat tunc poteſtas Diaboli permiſſa propter reatum naturæ humanæ.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ per paſſionem Chriſti non ſimus liberati ab ęterna pœna: Quod.n. infinitum

In alio ſcript. vt hic. o.3.p.

.49. infinitum eſt, finiri non poteſt. ſed pœna
r.3.o. ęterna infinita eſt. ergo non poteſt de-
ſtrui. Præterea. Minus non poteſt in
maius. minus eſt mors temporalis q̃ ęter
na. ergo mors temporalis chriſti nõ po-
teſt in deſtructionem mortis æternæ.
Præterea. Poſita cauſa ſufficienti poni
tur effectus. ſed adhuc in illis qui vim
paſſionis chriſti omnibus modis in ſe re
cipiunt manet temporalis pœna. ergo
paſſio chriſti non liberat a pœna tem-
porali, & ita multominus ab æterna.
Contra. Zach. 2. Tu autem in ſangui-
ne teſtamenti tui eduxiſti vinctos de la-
cu. Præterea. Peccatum eſt cã mor-
tis ęternæ. ſed chriſtus liberauit nos a
peccato. ergo a pœna ęterna. Reſpõ.
Dicẽdum ꝙ mors chriſti ſufficiens fuit,
quantum eſt de ſe, ad expiandum omne
peccatum, & per conſequens ad liberan
dum ab omni pœna. Sed hanc libera-
ever. tionem nõ efficit niſi in illis qui chriſto
.29. paſſo coniunguntur per fidem formatã,
ti.7. vel per fidei ſacramentum, quorum nul
l q̃r. lus pœnam ęternam incurrit, quantum
ad pœnam ſenſus, ſi perſeuerent. Incur-
rebant tamen aliqui, quantum ad pœ-
nam damni, quę eſt carentia viſionis di-
uinæ, ante ſolutum prætium, propter
reatum naturæ humanæ, licet fidem me
diatoris haberent. Sic ergo paſſio chri-
ſti efficienter dicitur liberare a pœna
æterna ſenſus, dando auxilium ne aliq̃s
eam incurrat, non autem vt poſtq̃ ali-
quis eam incurrit ab ea liberetur. A pę-
na autem ęterna dãni liberauit vtroq;
modo. Ad primum igitur dicendũ ꝙ
pęna eſt infinita, durante cauſa. ſ. culpa
vel reatu. Eſſet tamen finibilis, culpa vel
reatu ceſſante, & ſic pœna damni in ſan
ctis patribus eſt finita, ceſſante reatu na-
turæ. Ad ſecundum quod opponitur
ever. ꝙ minus non poteſt in maius: Dicendũ
pi ſu. ꝙ mors chriſti maior fuit, licet non quã
titate molis, tamen quantitate virtutis,

& dignitatis, eo ꝙ mors Dei eſt, ex immẽ
ſa charitate ſuſcepta. Ad tertium q̃d
obiicitur de pœna temporali, Dicẽdum
eſt ꝙ duplex eſt pœna temporalis, quia
quædam eſt naturalis, et debita ex pec-
cato originali, quædam perſonalis debi
ta ex peccato actuali. Primam Chriſtus
abſtulit ab omnibus per ſufficiẽtiam in
pręſenti. Auferet autem ab omnibus qui
ſunt paſſionis ſuę participes per efficien
tiam in futuro, quia ſic non expedit mo
do tolli. Secundam vero quo ad ſufficiẽ
tiam quidem tollit in pręſenti ab omni-
bus. Tollit etiã quo ad reatum, non quo
ad actum, per efficientiam ab aliquo ſm
ꝙ contingit eos ad liberationem diſpo
ni, vel ad vniuerſalem per baptiſmum,
vel ad particularem per pœnitentiam,
quia pœnitentia non tantum eſt pœna
ſed etiam medicina, ſicut vult Philoſo-
phus: Et ideo iſto modo non oportuit
ab omnibus pœnam auferri, nec neceſ-
ſe eſt ꝙ in cauſis, quę agũt ex ordinatio In alio
ne ſapientię, ꝙ poſita cauſa ſtatim pona ſcript.
tur effectus, ſed quando ſapientiæ ordo vt hic.
requirit; & taliter agit paſſio chriſti. arti.5.
Articulus quartus. quęſt.1.

AD quartum ſic proceditur, & vide 3. p.q.
tur ꝙ nõ ſit ſecundum humanam 26. ar-
naturam mediator: Non enim eſt ti.2.o.
idem extremum, & mediũ, reſpectu eiuſ- op.60.
dem motus. ſed natura humana fuit ex- c.15.
tremum reconciliationis. ergo non fuit co.9.
medium. Pręterea. Secundum hoc
mediator eſt ſecundum ꝙ nos Deo con
iunxit. ſed non potuit Deo nos coniun
gere, niſi inquantum eſt Deus. ergo ſecũ-
dum ꝙ Deus eſt mediator. Præterea.
Medium eſt compoſitum ex extremis.
ſed compoſitum ex humana natura &
diuina non eſt in chriſto niſi perſona. er
go non ratione humanæ naturæ, ſed ra In alio
tione compoſitæ perſonę eſt mediator. ſcript.
Præterea. Videtur ꝙ non poſſit dici re vt hic.
demptor: Redemptio enim eſt iterata o.3.p.

q. 48. emptio.ſed nunquã ante paſſionem nos
ar.4.o. emerat.ergo per paſſionem nos non re
op. vbi demit. Prɇterea. Nemo quod ſuum
ſupra eſt emit.nos autem eramus chriſti.ğ nos
co.7. non emit,& ſic non redemit. Ad hoc
dicẽdum eſt ꝙ mediator ex hoc dicitur
ꝙ inter extrema mediat, prout inter ea
eſt medius. Medium autem inter extre-
ma poteſt eſſe dupliciter, vel ſecundum
ordinem,inquantum eſt ſub primo & ſu
pra vltimum,& hoc exigitur ad rationẽ
medii proprie dicti, vel ſecundum par-
ticipationem vtrorũq; extremorum.
De ver. Hæc autem duo conueniunt chriſto ſe-
q. 29. cundum humanam naturam,quia ſecun
arti. 4. dum eam a Deo beatitudinem partici-
adiion. pat, ab hominibus autem infirmitatem.
& ar.5. Inquãtum etiam homo,ſupra homines
ad qn- fuit per plenitudinem gratiarũ & vnio-
tum. 1. nem,& infra Deũ propter naturã crea-
Tim. 2. tam,ideo proprie loquẽdo, ratione hu-
l.1.fi. manæ naturæ mediator eſt.Sed quia ra-
tione naturæ diuinę, ac etiam perſonæ,
non eſt infra Deum, quãuis ſit ſuper ho-
mines,ideo non poteſt dici mediator ra
tione vtriuſq;,cum potiſſima ratio me-
dii ei deſit. Ad primum ergo dicendũ
ꝙ humana natura, prout eſt in chriſto,
non eſt extremum, quia in chriſto non
egebat reconciliatione, cum non eſſet
peccato infecta. Ad ſecundum quod
obiicitur ꝙ nõ potuit recõciliare nos,
niſi inquantum Deus, Dicendum ꝙ quã-
uis potentia reconciliandi attribuatur
ei,inquantum Deus,tamen exhibitio re
conciliationis per ſatisfactionem attri-
buitur ei ſecũdum ꝙ homo, & ideo ſm
humanam naturam,quæ eſt proxima cã
reconciliationis,dicitur mediator. Ad
tertium quod obiicitur ꝙ medium com
poſitum eſt ex extremis, Dicendum ꝙ
quãuis perſona cõmunicet cum vtroq;
extremorum,hoc eſt cum Deo & homi-
ne ſecundum naturas, non tamen ſecun
dum ordinem medii,& ideo non poteſt
dici mediator ſecundum perſonam.
Ad quod obiicitur de redemptione,Di-
cendum ꝙ per peccatum primorum pa
rentum totum humanum genus a Dei
gloria erat alienatum, & in poteſtatem
vſurpatiuam diaboli ſecũdum culpam,
& pœnam redactum. Per paſſionem ve-
ro chriſti,& Deo ſumus reſtituti, & a dia
bolo liberati. Vnde huiuſmodi libera-
tio habet rationem duplicis emptionis:
Inquãtum enim a poteſtate diaboli eri-
puit nos,dicitur nos emiſſe ſicut Rex re
gnum occupatum ab aduerſario per la
borem certaminis. Inquãtum vero Deũ
nobis placauit,dicitur nos redemiſſe,ſi-
cut pretium ſoluens ſatisfactionis ꝓ no
bis,vt a pœna & a peccato liberaremur.
Quod obiicitur de iterata emptione,
Dicendum ꝙ iterata emptio per præpo
ſitionem importata non refertur ad a-
ctum emptionis,quaſi alias empti fueri-
mus, ſed ad terminum actus; quia alias
ſui fueramus in ſtatu innocentię: Emere
enim eſt aliquid ſuum facere: redimere
vero aliquid facere iterato ſuum. Ad
illud quod obiicitur ꝙ nemo quod ſuũ
eſt emit:Dicendum ꝙ eo modo quo ſuũ
eſt emi non poteſt, ſed quod meum eſt
vno modo,& non meum altero modo,
emere poſſum,ſicut ſi aliqua res ſit mea
quantum ad proprietatem non tamen
quantum ad vſum:Et ſic quãuis huma-
num genus fuerit Dei per creationem,
tamen eſt redemptum vt alio modo ſit
ſuum.ſ.per iuſtificationem.

Expoſitio tex.

Culparum chirogra
pha. Chirographum dicitur a Chiros,
quod eſt manus,& graphia,quod eſt ſcri
ptura quaſi ſcriptura manualis quę me-
moriam debitori facit,& obligationem
ad ſoluendum:Dicuntur enim chirogra
pha noſtrorum peccatorum per mortẽ
Chriſti

Chriſti deleta, inquantum memoria peccatorum noſtrorum amota eſt ſecundũ ꝙ eorum nõ recordatur ad puniendũ, vel inquantũ obligatio pęnę, ſeu reatus amotus eſt. Si ergo chriſtus ſecundũ vos o hęretici, vnam habeat tãtum naturã, benedicitur non ꝙ ſecundum diuinam naturam ſit medius ſeu perſonam: ſed quia ex illa habet humana natura proprietatem qua media eſt inter Deum & homines. ſ. quia ex illa habet vt ſit hominibus ſuperior, & Deo proximior.

Diſtinct. Vigeſima.

Si vero quæritur &c.

Queſtio vnica.

Articulus primus.

n alio cript. t hic. ir.2.

Hic primo quæritur, vtrum ſolus chriſtus potuit ſatiſfacere pro humana natura vel alter purus homo. Quia ſecundum Philoſophum, qui famulatur Diis, & patribus ſecundum potentiam ſuam iuſtus eſt, quãuis ad ęqualia non poſſit, & ſic ad gratiarum actionem pro beneficiis ſufficit homini ſecundum poſſe reddere. ergo ſimiliter ad ſatiſfactionem ꝓ maleficiis. ergo ſufficit ad reparatione hominis ſatiſfactio quam homo poteſt facere. Pręterea. Bonum potentius eſt ad agendum ꝗ malum, quia non agit niſi virtute boni. ſed vnus homo ꝑ vnũ malum actum potuit totam naturã humanam corrũpere. ergo multoſortius per multos actus bonos potuit reparare. Pręterea. Crudelis eſt creditor quia debitores exigit pluſꝗ poſſit, aut dominus qui a ſeruo. Cum ergo Deus crudelis non ſit, non exigit ab homine pluſꝗ poſſit. ergo ad emendam humani peccati ſufficit ſatiſfactio quã hõ poteſt facere. Ad oppoſitum: Pro iniuria infinita requiritur infinita emenda. Peccatum eſt infinita iniuria, quia fit cõtra infinitum Deum: Tanto enim eſt maior iniuria quanto maior eſt ille in quem peccatur. ergo requiritur infinita emenda pro eo. ſed nulla res finita poteſt infinitam emendam facere. ergo nullus purus homo poteſt pro peccato ſatiſfacere. Præterea. Nullus pro alio poteſt reddere quod pro ſeipſo debet. ſed quęlibet creatura totũ quod eſt Deo debet. ergo nulla pura creatura poteſt ꝓ alia ſufficienter ſatiſfacere. Ad hoc dicendum eſt quod ſecundum quantitatẽ culpę oportet fieri quantitatem emendæ. 3.p.q.1 ar.2.ad ſec. q. 49.articulo.5 ad pri. 4.cõt. c.54.fi. & 55. ad vigeſimum primũ. De ver. q. 29. at.7.c. & ad ſeptimũ. Culpa vero, qua corrupta erat tota natura humana, infinita erat tripliciter. Primo ex parte eius cui facta erat iniuria, qui eſt Deus. Secundo ex parte boni quod per peccatum ablatum erat. ſ. vita ęterna. Tertio ex parte naturæ quę per peccatum corrupta erat, quę infinitatem quandam habet, inquãtum eſt multiplicabilis per infinita ſuppoſita, de ſe. Cum igitur iniuria fuerit quodam modo de ſe infinita, nec pura creatura poſſet infinitam emendam facere, non potuit pro peccato humani generis ſatiſfacere purus homo. Ad hoc ergo quod obiicitur in cõtrarium de gratiarum actione, Dicendum ꝙ non eſt ſimile de gratiarum actione, & ſatiſfactione, quia ad immunitatem gratiarum actionis creatura deduci nõ poteſt quin ſemper teneatur gratias agere, ſed ad immunitatem ſatiſfactionis poteſt: Non enim tenebatur ĩ primo ſtatu ſatiſfacere, nec tenebitur in ſtatu gloriæ vbi tamen tenebitur ad gratiarum actionem. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ bonum potentius &c. Dicendum ꝙ quãuis bonum potentius ſit, tamen difficilius eſt illud bonum facere, quia bonum ex tota cauſa cõſiſtit, ſed malum ex particularibus defectibus ſecũdum Dio. Et licet homo potuerit facere actum vniuerſalis corru

ptionis,non tamen vniuerſalis repara-tionis. Ad tertium obiicitur de crudelitate, Dicendum ꝙ pluſquã poſſit facere homo nec per ſe nec per alium exigere crudelitas eſt,ſed deus ab homine exigit id quod ipſe dat ei poſſe,licet per ſe non poſſit. Vnde non eſt crudelitas in eo.

Articulus ſecundus.

In alio AD ſecundum ſic proceditur,& vi-
ſcript. detur ꝙ ſatisfactio nõ debuerit fie-
vt hic. ri per paſſionem mortis Chriſti:
ar. 3. Bern.enim dicit,ꝙ vna gutta ſanguinis chriſti fuit ſufficiens pretium noſtræ re-demptiõis.ſed aliquid de ſanguine chriſti effuſum eſt in chriſti circũciſione. ergo ſuperfluit eius paſſio. Præterea. Tanta in nobis poteſt eſſe contritio ꝙ ſufficit ad remiſſioné culpæ & pœnæ.ergo cum quælibet pœna quam chriſtus pro nobis ſuſtinuit maioris efficaciæ in merendo fuerit,qualibet cõtritione,potuit ſufficere ad ſatisfactionem peccatorum noſtrorum ſine pœna paſſionis. Preterea. Pœna penſatur ex radice & dignitate perſonæ patiẽtis.cum ergo ex ęquali radice.i.charitate,& ab ęquali perſona omnis pœna chriſti tolerata fuerit,quãtũlibet minima pœna ipſius fuit ęquiualens ad effectum noſtræ redẽptionis. Contra. Ad Heb.2. Decebat
4. cót. authorem ſalutis eorum per paſſionem
c. 55. conſumari. Preterea. Homo per pec
ad vn- catum erat debitor mortis.igitur ſatiſ-
dec. & factor ꝑ eo oportuit ꝙ ſolueret mortẽ.
dicimũ Ad hoc dicendum eſt ꝙ quia chriſti ſatiſ
nonũ. factio non fuit pro vno homine tantũ,
Dever. ſed pro tota natura humana ,ideo tres
q. 29. conditiones continere debuit.ſ.vt eſſet
arti. 7. vniuerſalis reſpectu omnium ſatisfactio
ad ſex. num,& vt eſſet exemplaris reſpectu ſatiſ
opu. 3. factionum earũdem,& vt eſſet confor-
tract. 2 mis pęnæ pro qua ſatisfaciebat. Vniuer
c.16.et ſalis autem non erat per prædicationẽ
43.Ro- de multis,ſed habens virtutem reſpectu

omnium,ideo aſſumere debuit in ſeipſo man.
illam pœnam ad ſatisfaciendum quę cõ l. 3.
tinet in ſe virtute omnes pęnas, quãuis 3.
non in actu.Huiuſmodi autem eſt mors
quæ eſt finis omnium terribilium, vt di- 3. p.
cit Philoſophus in ethi.Et ideo per paſ 50.
ſioné mortis debuit ſatisfacere pro om- ti. 1.
nibus.Inquantum vero fuit exemplaris Quo
reſpectu noſtrarum ſatisfactionum, de- 2.ar
buit habere magnitudinem excedẽtem o.
omnes ſatisfactiones,quia exemplar debet eſſe præſtantius exemplato, & ideo ſecundum maximam pœnarum debuit ſatisfacere:ſ.mortem.Iterum pro peccato primi hominis Deus mortem quaſi pœnam inflixit dicens. Quacunq; hora comederitis &c.ideo mortem ſubire debuit ad ſatisfaciendum. Ad illud quod obiicitur in contrarium de authoritate Bern.Dicendum ꝙ quãuis vna gutta ſanguinis quam in circũſione fudit eſſet ſufficiens ad omnem ſatisfactionem,conſiderata conditione, non tamẽ quantum ad genus pęnę,quia mors debebatur ad relaxandum debitum mortis. Ad ſecũdum quod obiicitur de contritione, Dicendum ꝙ quãuis quęlibet pęna ſufficeret,quantum eſt ex radice vel conditione perſonæ,non tamen quantum eſt de genere pœnæ,Et ſimiliter eſt dicendum ad tertium.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur,& vide- In a
tur ꝙ alius modus non fuerit poſ- ſcrip
ſibilis:Amb.enim dicit.Tãtum fuit vt
peccatum noſtrum vt ſaluari non poſſe arti-
mus,niſi chriſtus pro nobis debitoribus qſito
mortis moreretur. Preterea. Quod pri
eſt contra Dei iuſtitiam eſt impoſſibile, 3. p.
peccatum dimitti ſine legitima ſatisfa- 16. a
ctione contra iuſtitiam Dei eſt. ergo im 2.o.
poſſibile.ſed non poterat aliter fieri legitima ſatisfactio, vt probat Anſel. niſi per mortẽ chriſti. ergo hic modus erat neceſſarius ad ſatisfaciendũ. Preterea.

Fidei non poteſt ſubeſſe falſum. ſed anti qui patres crediderunt chriſtum paſſurum. ergo non potuit aliter eſſe. Contra. Greg. 15. mora. Deus omnipotẽs qui nos exiſtere fecit de nihilo, reuocare nos etiam ſine ſua morte potuiſſet. Præterea. Dei potentia non determinatur ad aliquod finitum & determinatum. ergo non determinatur ad iſtum tantum liberationis modum. Ad hoc dicendum eſt quòd liberatio & redẽptio differunt, quia redẽptio fit iuſto precio ſoluto, ſed liberatio quocũq; modo. Dicitur ergo quòd non potuit genus humanũ aliter redimi niſi per incarnationem & paſſionem alicuius perſonæ diuinæ, quia non potuit aliud eſſe iuſtum precium .i. condigna ſatisfactio. Si vero quęratur an potuerit aliter liberari, aut quæritur de potentia à parte hominis: Et dicendum ꝙ non, quia homo nullo modo liberare ſe potuit, niſi quomodo eum Deus liberare diſpoſuit: Aut a parte Dei liberantis: Et dicendum ꝙ ſic, quia eius potentia non eſt limitata: Aut ex parte noſtra ſimul & Dei, & ſic dicendũ eſt quòd quãuis fuerit alius modus poſſibilis, nullus tamen ita conueniens.

Ad primum ergo quod obiicitur in cõtrarium de Ambroſio, Dicendum quòd excludit potentiam ex parte noſtra, nõ Dei. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ eſt contra Dei iuſtitiam &c. Dicendum ꝙ hoc intelligitur coniunctim, non diuiſim. Nam non poteſt ſimul eſſe qđ Deus aliquid faciat, & illud fit iniuſtum, ſed illud quod modo eſt iniuſtum poſſet facere eſſe iuſtum. Ad tertium quod obiicitur ꝙ fidei non poteſt ſubeſſe falſum, Dicendum ꝙ fides antiquorum fuit de paſſione chriſti futura, pręſuppoſita dei ordinatione quòd ita fieret, tamen ex eius ſuppoſitione paſſio Chriſti neceſſitatem habet conditionatam non abſolutam.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ Deus Pater Filium non tradiderit ad paſſionem: Iniuſtitia enim eſt innocentem morti tradere, igitur, cũ Pater ſit iuſtus, Filium morti nõ tradidit. Prętereà. Mortuus eſt ex gratia, non ergo ex debito, & ſic nõ ex obedientia Patris. ergo Pater eum non tradidit. Prętereà. Cuius generatio bona eſt, eius corruptio mala eſt. cum ergo generatio Chriſti fuerit optima, eius mors, tanquã corruptio ipſius, fuit peſſima. ergo non fuit a Deo. Contra Roma. 8. Proprio Filio ſuo non pepercit &c. Præterea. Omnis pœna eſt a Deo, paſſio chriſti fuit quædam pęna. ergo fuit a Deo. Ad hoc dicendum eſt quòd in paſſione Chriſti q̃tuor eſt conſiderare. Vnum ex parte naturæ paſſibilis cuius erat corruptiua, alterũ ex parte voluntatis eius acceptantis, tertium reſpectu finis, quartum reſpectu inferentis. Secũdũ hæc quatuor Pater dicitur eum tradidiſſe paſſioni, diuerſis modis. Quo ad primum, in carne paſſibili filiũ mittendo, quo ad ſecũdum, ipſi chriſto, ſecundum ꝙ homo, voluntatem patiendi inſpirando, quo ad tertium paſſionẽ eius ab æterno ad ſalutem generis humani ordinando, quo ad quartum poteſtatem occidendi, quãuis non voluntatem, crucifixoribus dando, ſecundum illud, Ioan. 19. Non haberes in me poteſtatem &c. Ad quod ergo in contrarium de innocẽte obiicitur: Dicendum ꝙ tradere eum inuitum, peccatum eſt, ſed tradere voluntarium pro ſalute fratrum opus miſericordię eſt. Ad ſecundum quod obiicitur de gratia & debito, Dicendum ꝙ obedientia voluntaria non excludit gratiam, cum ſit debitum voluntarium, non coactum. Quod obiicitur quod paſſio chriſti fuit mala &c. Dicendum ꝙ cõſiderata ſecundum om-

In alio ſcript. vt hic. ar. 5. o. 3. p. q. 47. ar. 3. o. Matth. 26. co. 2.

nes ſui circůſtantias pręſertim in reſpe-ctu ad finem, bona eſt ſimpliciter, conſi-derata ſecundum ſe tantum, mala eſt ma litia pœnę. Iudicium vero de re ſecun-dum ſe totam eſt iudicium ſimpliciter, iudicium ſecundum partem eſt iudiciũ ſecundum quid. Bona ergo dicenda eſt ſimpliciter, mala ſm̃ quid ſolum.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic.

Quia ſic iuſtitia ſupe

ratus eſt Diabolus. Sciendum ꝙ hic in-telligenda eſt hęc dictio tantum. Hic di ſtinguẽdum quia poteſt intelligi de ope re operante, & ſic malum operati ſunt, vel de opere operato, & ſic bonum ope rati ſunt.

Diſtinct. Vigeſimaprima.

Poſt prædicta conſi

derandum eſt &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. o. 3. p. q. 50. ar. 2. et 3. o. Quol. 2. arti. 1. c. et opu. 3. tract. 1. c. 45 & opu. 60. c. 17. Pſ. 21. co. 2.

Hic primo quæritur, & videtur quòd in morte chriſti ſit diuinitas ſeparata a car ne: Remoto enim medio ſeparantur ex-trema. ſed mediãte anima diuinitas car-ni coniungebatur, vt in. 2. diſt. dictũ eſt. ergo diuinitas eſt ſeparata, cum anima non remanſit carni vnita. Præterea. Corpus inſenſibile non videtur vnibi-le. ſed in morte remanſit corpus inſenſi bile. ergo non vnibile. Pręterea. Videtur ꝙ ab anima. Ioan. 10. Ego po no animam meam &c. ergo Verbum a ſe depoſuit animam. Pręterea. Pluriũ vnitorum non eſt vna vnio. ſed poſt ſe-parationem animæ a carne anima & ca ro fuerunt duo. ſi ergo diuinitas vtriq; remanſit vnita, fuerũt ibi duæ vniones, & ſic aliqua vnio fuit ibi de nouo, cum antea non fuerit niſi vna. Contra. Leo Papa dicit ꝙ tanta fuit vnio Dei & hominis, vt nec ſupplicio poſſet dirimi, nec morte diſtingui. ſed homo nominat corpus, & animam. ergo diuinitas non fuit in mortis ſupplicio ab anima vel carne diuiſa. Præterea. Poſt mortem dicitur Dei Filius iacuiſſe in ſepulchro, & deſcendiſſe ad inferos. hoc autem nõ niſi propter vnionem diuinitatis ad cor pus, & animam. ergo poſt mortem remã ſit eis vnita diuinitas. Ad hoc dicendũ ꝙ ex tribus ſumitur ratio quare in mor te chriſti non fuerit ſeparata diuinitas a corpore & anima. Primo ex parte dei, quia cum ſit immutabilis, ei cui eſt per-fecte coniunctum immutabilitatem præ ſtat, vt etiam immutabiliter ſibi adhæ-reat, vt apparet in beatis. Secũdo ex par te ipſius aſſumpti, quia per mortem quã ex obedientia Patris ſuſtinuit, nõ debuit ſuam dignitatem amittere, ſed magis cla rificari. Tertio ex fine vnionis, quia ea quę per mortem ipſius circa ipſum acta ſunt non fuiſſent nobis ſalutaria, niſi di uinitas eſſet adiuncta. Ad primum di cendum eſt quod obiectio procedit de medio neceſſitatis. Anima autẽ eſt me dium congruentiæ quantum ad actualẽ vnionem diuinitatis ad carnem, licet ſit medium neceſſitatis quantum ad vnibi litatem, vt in. 2. diſt. dictum eſt. Ad ſm̃ quod obiicitur ꝙ corpus chriſti erat in ſenſibile, Dicendum ꝙ inſenſibile dupli-citer dicitur. Aut quod nec habet nec habere poteſt ſenſum. De tali verum eſt quod obiicitur, & ſic corpus chriſti non erat inſenſibile. Aut quod non habet, & tamen natum eſt habere, & ſic corpus chriſti erat inſenſibile, & de hoc non eſt verum quod obiicitur. Ad tertium ꝙ obiicitur de Ioan. Dicẽdum ꝙ Filius Dei non poſuit animam a ſe, ſed a carne in qua a morte ſeparata fuit. Ad quar tum dicendũ ꝙ in morte chriſti fuit vna

vnio

vnio ad aïam & carnem ex parte perſonæ diuinæ, inquantum relatio vnionis eſt ſecundum rationem tantum, ſed ex parte aſſumptorum.ſ. animæ & corporis fuerunt duæ in actu, cum prius eſſet vna tantum in actu,& plures in potẽtia: Et ſic non oportet quod fuerit ibi facta noua vnio,ſicut nec in diffinitione continui fit omnino nouũ corpus,licet vnũ diuidatur in multa.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ex ſeparatione animæ a carne nõ fuerit caro mortua: Quod.n. vnitum eſt, principio vitæ viuit.ſed caro tunc erat vnita principio vitæ.i.diuinitati.ergo tunc viuebat. Prȩterea. Nobilior eſt ſecũdum Auguſt. in lib. de vera reli. ſubſtantia viuens q̃ non viuẽs. Caro chriſti fuit nobilior omni carne. ergo ſemper fuit viuens. Præterea. Potentior eſt deitas ad viuificandum q̃ anima.ſi ergo anima vnita neceſſario viuificat,multofortius diuinitas vnita. Contra. Quod viuit non ſuſcitatur a morte.ſed caro chriſti ſuſcitata ẽ a morte.ergo in morte non viuebat. Prȩterea. Quod viuit habet aliquem actum vitæ.ſed caro chriſti nõ habebat aliquẽ actum vitæ,quia nec ſenſum nec motũ, quæ ſunt actus vitæ.ergo caro chriſti non viuebat. Reſpon. Dicendum ꝙ viuere,ſecundum Philoſophum in.2. de anima,viuentibus eſt eſſe. Huiuſmodi autem eſſe principium formale eſt anima,ſicut quȩlibet forma ſubſtãtialis eſt ei cuius eſt forma principium reſpectu proprii eſſe. Separata autem forma remouetur eſſe cuius forma eſt proprium principiũ,& ideo ſeparata anima a carne chriſti non potuit caro viuens remanere. Ad primum quod obiicitur ꝙ corpus erat vnitum diuinitati:Dicendũ ꝙ non erat vnitũ formaliter,& hȩc vnio formalis requiritur ad viuere. Ad ſm quod obiicitur ꝙ nobilior eſt ſubſtãtia viuens, Dicendum ꝙ verum eſt cȩteris paribus. Sed cȩtera non ſunt paria, qa anima ſeparata caro habebat diuinitatem vnitam,nec corpus ſimpliciter ſed ad tempus carebat vita. Ad tertium quod obiicitur ꝙ potẽtior eſt deitas ad viuificandum &c. Dicendum ꝙ verũ eſt, ſed ipſa viuificat per modum principii efficientis,non formalis. Vnde requiritur vnio alterius formȩ viuificantis.

In alio ſcript. vt hic. arti. 1. ad ter.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & vĩ ꝙ caro chriſti poſt mortem debuit incinerari: Sicut ſupradictũ eſt, omnes defectus noſtros ſuſcepit qui ſunt cõmuniter naturæ & non pertinent ad imperfectionem gratiæ.ſed incineratio eſt huiuſmodi.ergo corpus chriſti incinerari debuit. Præterea. Sicut mors eſt pȩna originalis peccati,ita & incineratio: Dicitur enim Gen̄.3. Terra es & in terram ibis.ſed chriſtus mortẽ ſuſtinuit vt nos a reatu originalis peccati abſolueret. ergo etiam incinerationem. Prȩterea. Præmium reſpondet merito.ſed corpus chriſti eſt ſumme exaltatum per gloriam reſurrectionis.cum igitur humilitas ſit meritum exaltationis, vt patet Phil.2. videtur ꝙ debuerit ſumme humiliari,& ita vſq; ad incinerationem. Sed contra eſt quod dicitur in Pſal.15. Non dabis ſanctum tuum videre.cor. quod non poteſt intelligi de corruptione mortis.ergo oportet dicere ꝙ chriſtus fuit immunis a corruptione putrefactionis,ſeu incinerationis. Præterea. Incineratio eſt in corporibus noſtris propter fomitis corruptionẽ. hic autem in chriſto non fuit.ergo non debuit incinerari. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut chriſtus voluntate propriæ perſonæ defectibilitatem humanæ naturæ aſſumpſit,ita etiã omnes defectus actuales voluntarie, ſecundum voluntatẽ hu

In alio ſcript. vt hic, arti. 2, 3. p.q. 51. arti. 3. o. opu. 3 tract. 2. c. 50 opuſc. 60. c. 17.

manam ſubſtinuit: Volēs enim eſuriuit, & ſitiuit,& alia huiuſmodi perpeſſus eſt, vt Dam. dicit:Et hoc ideo vt huiuſmodi defectuum perpeſſio reputaretur ei ad meritum quo ſibi & nobis meruit, & nobis ad exemplum. Corpus autē poſt animæ ſeparationem voluntatem non habuit.Vnde poſt mortem incinerationis vel putrefactionis defectus ei non cōpetebat. Ad primum ergo dicendum quòd hoc intelligendum eſt de defectibus mortui corporis,& hoc ratiōe iam dicta. Ad ſm dicēdum ꝙ ex hoc quòd voluntarie mortem ſubſtinuit, ab omni pœna originalis peccati nos abſoluit. Vnde non oportuit quòd eius corpus vlterius incineraretur. Ad tertium dicendum quòd anima ſeparata, corpus non eſt in ſtatu merendi, Vnde ratio nō ſequitur.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt h. arti. 3. opu. 2. c.7.

AD quartum ſic proceditur,& videtur quòd propter mortem carnis Filius Dei non poſſit dici mortuus. Cōtradictoria non ſunt ſimul vera de eodem.ſed de Filio Dei vere dicitur quòd eſt immortalis,& per conſequens nō eſt mortuus.ergo nō poteſt dici mortuus. Præterea. Ea quæ habent repugnantiam intellectuum ad Dei filium de ipſo non prædicantur,vt nomē creaturę.ſed tale attributum eſt eſſe mortuum, quia repugnat ad eſſe vitam, quod conuenit Filio Dei.ergo de eo non prędicatur. Præterea. Quod æternum eſt, caret fine vitæ. quod moritur habet finem.ergo perſona,cum ſit ęterna, non poteſt dici mortua. Ad oppoſitum in ſymbolo dicitur. Crucifixus, mortuus. Præterea. Per ſeparationem animæ a corpore quilibet dicitur mortuus. ſed in filio Dei fuit ſeparata anima a carne. ergo chriſtus fuit mortuus. Ad hoc dicendum quòd mors eſt attributum naturæ humanæ,& non ſecundum ſe aptum conuenire perſonæ, ſed tantum ratione naturæ. Vnde cum talia ſimpliciter & ſine determinatione dicantur de perſona, ideo vere poteſt dici chriſtus mortuus,ſicut aliquis abſolute dicitur criſpus,cum partis.ſ.capillorum ratione & non totius perſonæ criſpitudo ſibi conueniat. Ad quod in contrarium obiicitur quòd chriſtus dr īmortalis,Dicendum quòd hoc verum eſt, quia ea quæ ſunt vtriuſq; naturæ poſſunt affirmari de perſona,ſed tamē hęc,chriſtus nō eſt mortuus,eſt vera ſecundum quid, & falſa ſimpliciter,qa ad veritatem affirmatiuæ ſufficit quòd ſecūdum aliquam naturam conueniat quod dicitur de perſona,ſed ad veritatem negatiuæ oportet quod ſecundum neutram. Non eſt autem inconueniens vt vnum contradictoriorũ dicatur de aliquo ſimpliciter,& de reliquo ſecundum quid. Ad ſecundum quod obiicitur,quòd ibi eſt repugnantia:Dicendum quòd falſum eſt, qa mors,cum ſit conditio humanę naturę, refertur tantum ad humanam.Vnde nō opponitur diuinæ vitæ qua viuit perſona. Ad tertium quod obiicitur de æterno dicendum quòd ęternum, inquantum æternum, caret fine. Perſona vero,quāuis ſit æterna, & ſic careat fine ſecundum ſe &, ſecundum naturam diuinam, tamen ſecundum naturā aſſumptam dicitur ortum & finem habere in tempore.

Expoſitio tex.

Non in illo mutatus eſt. Hoc dicitur, non quòd humana natura a ſua conditione naturali mutata ſit, ſed quia ampliorem acceperit perfectionem, ſecundum quam facta eſt melior.

In al ſcript vt hi

Diſtin.

Hic quæritur, vtrum in illo triduo &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. 3.p.q. 50.arti.4.ſo. Quol. 2.ar.1. o.quo. 3.arti. 4.c. op.60. c.17.ſi.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ Chriſtus in triduo fuit homo. De quocunq; prædicatur differentia ſpecifica, de eo prædicatur ſpecies. ſed de chriſto prædicatur rationale propter vnionē ad animam rationalem ſicut prius. ergo de eo poterit prædicari ſpecies hominis, & ita homo. Præterea. Omne habens naturam humanā eſt homo. ſed in triduo chriſtus habuit naturam humanā. ſ. animam & corpus. ergo Chriſtus in triduo fuit homo. Pręterea. Omnis ſacerdos eſt homo. Chriſtus ĩ illo triduo erat ſacerdos, quia dicitur in Pſal. 109. Tu es ſacerdos in æternum. ergo in illo triduo erat homo. Contra. Homo mortuus nō eſt homo. ſed chriſtus in triduo fuit mortuus. ergo chriſtus non fuit homo. Præterea. Viuum ſuperius eſt ad hominem, ſicut dicitur in lib. de cauſis. ſed chriſtus in triduo non viuebat. ergo nō erat hō. Ad hoc dicendum eſt, quod opinio Magiſtri, & Hu. de. ſan. vic. fuit ꝙ chriſtus in illo triduo fuerit homo, ſed ad hoc mouebantur diuerſis rationibus: Hugo enim dicit ꝙ tota perſonalitas hominis eſt in anima, & ipſa erat homo, proprie loquēdo, & ideo anima poſt mortem poteſt dici homo, non ſolum in chriſto, ſed etiam in aliis hominibus. Sed contra hanc opinionem eſt, quia ſi anima eſt perſona hominis, ergo corpus adueniens ei aduenit enti cōpleto vltima completione, & ita accidentaliter. Magiſter autem dicit, ꝙ ſolus chriſtus poſt mortem fuit homo, quia corpus & anima poſt mortem aliquo modo manent vnita in Chriſto, inquantum vtrūq; manet vnitū Verbo: Sed quia nō erant ſimul adinuicem vnita, ideo non eo modo erat homo tūc, quo cęteri homines. Sed contra hoc eſt, quia ſequitur ꝙ chriſtus æquiuoce erat homo. ergo nō erat homouſion matri ſuę. i. conſubſtantialis, niſi dicatur quòd chriſtus alio modo dicebatur tunc homo quàm prius, vt etiam Magiſter dicit: Et ideo cōmunis opinio ē quod chriſtus in triduo non fuit homo, quia hominem faciebat eum quaſi materialiter corporis & animæ aſſumptio, ſed formaliter eorum inuicem coniunctio, quæ ſoluta fuit in triduo. Ad illud quod in contrariū obiicitur de rationali, Dicendum eſt ꝙ rōnale, ſecundum ꝙ eſt differentia, compoſitum nominat, vt dicit Auicen. ꝗuis ab anima ſumatur: Et ſicut poſt mortē non erat homo, ita non erat rationale, ſcdm ꝙ rationale nominat differētiam hominis, & ſic procedit argumentum, ſed ſolū ſecundum ꝙ nominat potētiam animę. Ad ſecūdum quod obiicitur ꝙ habebat naturam humanam, Dicendum ꝙ natura humana dupliciter intelligitur. Vno modo materialiter ꝓ ipſis partibus humanæ naturæ, & ſic chriſtus aliquo modo habuit naturam humanā in triduo, Alio modo formaliter pro ipſa forma compoſiti quæ reſultat ex anima & corpore, & ſic chriſtus non habuit naturam humanam in triduo. Ad tertium dicendum ꝙ ſacerdos dicitur aliquis dupliciter. Vno modo ratiōe characteris qui manet in anima poſt mortem, & ſic aliquis poſt mortem poteſt dici ſacerdos: Quãuis enim forte in anima chriſti non ſit ratio characteris, eſt tamē ibi ſpiritualis poteſtas ſacerdotii. Alio modo quantum ad ſacrificii oblationē quę eſt exequutio ſacerdotii, & ſic nec chriſto nec alteri conuenit ſacerdotium, anima a corpore ſeparata.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ chriſtus vbiq; ſit homo: Quęcunq; enim côueniunt Filio Dei p naturam,conueniunt filio hominis per gratiam. ſed eſſe vbiq; conuenit Filio Dei per naturam. ergo chriſto homini per gratiam. Præterea. Omnis homo vbicunq; eſt, ibi eſt homo.ſed chriſtus eſt homo.ergo vbicũq; eſt,ibi eſt homo.ſed eſt vbiq;.ergo vbiq; eſt homo. Præterea. Omne quod eſt,aut eſt homo, aut non homo.ſi igitur chriſtus nô eſt vbiq; homo,erit alicubi non homo, quod falſum eſt.Côtra. Chriſtus,ſecundum ꝙ homo,non fuit niſi vbi fuit anima eius, & caro,ſed iſta non fuerũt vbiq;. ergo nec chriſtus,ſecundum ꝙ homo. Pręterea. Chriſtus eſt homo ſingularis.ſed ſingularia ſunt hic,& nunc, vniuerſalia vbiq;,ſecundum Philoſophum.ergo chriſtus,ſecundũ ꝙ homo,non eſt vbiq;. Ad hoc dicendum eſt ꝙ perſonę Verbi côuenit eſſe vbiq;,naturæ autem aſſumptæ non. Quia ergo hic terminus,homo, a parte ſubiecti tenetur pro pſona,a parte prædicati pro natura,quia terminus in prędicato poſitus tenetur formaliter,i ſubiecto materialiter,ideo cum hic terminus,homo,ponitur a parte ſubiecti, ſic, chriſtus homo eſt vbiq;,eſt vera propoſitio.Cum autem ponitur a parte prædicati,ſic,chriſtus eſt homo vbiq;, eſt falſa, quia ſignificatur hũanitas eius eſſe vbiq;. Hæc autem,chriſtus ſecundum ꝙ hô, eſt vbiq;, poteſt eſſe vera,& falſa,quia ly ſecundum, poteſt importare côditionem naturæ,& ſic falſa eſt,vel vnitatem ſuppoſiti,& ſic eſt vera. Ad primum ergo quod obiicitur in contrarium, Quodcunq; conuenit filio Dei per naturã &c. Dicendum ꝙ hoc intelligitur de gratia vnionis per quam ſit vnio in ſuppoſito, non in natura.Vnde non oportet quod diuina conditio attribuatur naturæ humanæ,ſed ſuppoſito humanæ naturæ. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ omnis homo,vbicunq; eſt,homo eſt: Dicẽdum ꝙ ſecus eſt in aliis hominibus,& in chriſto,quia in aliis natura humana cuiuslibet adęquatur ſuo ſuppoſito,in chriſto vero non,quia ibi erat ſuppoſitum infinitum.i. Diuinum, & finita vna natura.i. humana. Ad tertium quod obiicitur ꝙ aut eſt vbiq; homo, aut etiam alicubi non homo, Dicendum quòd inſufficiẽs eſt diuiſio,quia non per immediata: Nã quis homo & non homo opponantur, vt affirmatio & negatio, tamen hęc duę propoſitiones non ſic opponuntur, qa vtraq; affirmatiua eſt, & eſt ſimile, vt ſi demonſtrato homine nigro,dicatur,iſte eſt homo.Aut ergo albus homo,aut albus non homo.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd chriſtus in cęlum aſcenderit ratione Diuinæ naturæ, & non humanæ,ſic.Secundum Hiero.Humanę naturæ non eſt propria virtute aſcendere,ſed virtute aliena.Chriſtus autẽ aſcendit in cęlum propria virtute, ſicut dicitur Eſa.63.Gradiens in multitudine virtutis ſuę. ergo ratione naturæ diuinæ, non humanæ,aſcendit in cęlum. Præterea. Cui conuenit terminus motus eidem & motus. cũ igitur terminus aſcẽſionis in cęlum.ſ. ſeſſio ad dexterã, quæ importat ęqualitatem Patris conueniat chriſto ratione diuinæ naturæ,ratione cuius eſt ęqualis Patri,igitur & aſcenſio in cęlum conueniet ſibi ratione diuinæ naturæ. Præterea. Non eſt idem terminus motus, & principium. ſed humana natura eſt terminus deſcenſionis in vterum virginis: Secundum hoc enim deſcendit,quia carnem aſſumpſit. ergo non aſcendit ratione humanæ naturæ. Pręterea. Ad oppoſitum Dam. dicit, ꝙ aſcenſio & deſcenſio motus ſunt corporum.

3.p. q. 57. articu. 2.0. opu. 3. tract. 1 c. 56.

porum.ergo videtur quòd aſcẽdit & deſcendit ratione naturæ humanæ. Præterea. Quod vbiq; eſt non mutat locũ. Deus autem vbiq; eſt.ergo non mutat locum. Aſcenſio & deſcenſio dicunt mutationem loci.ergo videtur ꝙ non conueniant chriſto ratione diuinæ naturæ.

In alio ſcript. vt hic. q.3.ar. 1.ad ſecundū.

Ad hoc dicendum eſt ꝙ aſcendere & deſcendere dicũtur proprie & per tranſlationem. Proprie ſunt motus corporum, & ſic non competit chriſto ſecũdum rationem diuinæ naturæ, ſed ratione humanæ, ſecundum quam deſcendit in infernum, & aſcendit in cœlum. Per tranſlationem autem ſic conuenit chriſto deſcendere ratione diuinæ naturæ, inquãtum exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens. Aſcendere autem, nec metaphorice chriſto ratione diuinæ naturæ conuenire poteſt, quia, vt ſupradictũ eſt, non eſt dictum quòd diuinitas aſcendit, niſi quatenus in notitia hominum creſcat. Conueniunt tamen perſonæ ratiõe naturæ quia ſunt actus. Actus autem ſũt ſuppoſitorum.

3.p. vbi ſu. ar.3.o. op.60. c.20. co.2.

Ad hoc ergo quod obiicitur in contrariũ, quia humanæ naturæ nõ eſt propria virtute aſcẽdere, Dicẽdum ꝙ aſcendere nõ attribuitur humanæ naturæ virtute cuius fuit motus, ſed vt ſubiecto proprio & immediato motus illius.

In alio ſcript. vt hic. q.3.ar. 3. q.1. et 2. 3.p.q.58.ar.1.2. et 3.o. Heb.1. 1.3.co. 2.

Ad ſecundum dicendum ꝙ ſedere ad dexterã Patris dupliciter poteſt intelligi. Vno modo ſecũdum quòd eſt idem quòd eſſe æqualem Patri, & ſic conuenit chriſto ratione Diuinæ naturæ ab æterno. Alio modo ſecundum ꝙ eſt idem quòd eſſe in potioribus bonis Patris, & ſic conuenit chriſto etiam ſecũdum humanam naturam, & ita eſt terminus aſcẽſionis per quam exaltata eſt humana natura Chriſti ſuper omnem creaturam non ſolum ordine dignitatis, ſed etiam loco. Ad tertium dicendum quòd deſcenſus in virginem eſt quidam deſcẽſus metaphorice dictus, inquantũ Deus etiam ſibi vniuit inferiorem naturam.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt h c. q.2.ar. 1. 3.p. q.52. ar.1.o. opu.3. tract.2 c.51.et op.60. c.18.

AD quartum ſic proceditur, & videtur quòd chriſtus non deſcenderit ad inferos in triduo. Luc.22. Hodie mecum eris in Paradiſo. non ergo illa die fuit in iferno. Pręterea. Quod virtuoſius eſt, magis eſt chriſto cõueniẽs. ſed virtuoſius eſt ſolo imperio liberare de carcere, ꝗ̃ deſcenſu corporali in ipſum carcerem. ergo magis eſt chriſto conueniens liberatio per imperium ꝗ̃ per deſcenſum ad inferos. Præterea. Optimo debetur optimus locus. cum ergo Chriſtus optimus ſit, locus autem inferni peſſimus, Vnde dicit Aug. ad Dardanum, quòd nomen inferni in ſcriptura ſemper in malo accipitur. ergo chriſto non conuenit, & ſic non deſcendit ad inferos. Cõtra. In ſymbolo dr̃. Deſcendit ad inferos. Præterea. Glorioſius eſt vincere Tyrannũ in ſede & regno proprio ꝗ̃ extra. Chriſtus autem glorioſiſſime vicit Diabolum. ergo in ſede & regno proprio. Ad hoc dicendum eſt quòd nomine inferni poteſt intelligi vel pœna vel locus pęnę. Primo modo non deſcendit anima chriſti ad infernum, quia nec pœna damni, nec pęna ſenſus digna erat. Secundo modo deſcendit ad illam partem inferni quæ dr̃ limbus patrum ſeu ſanctarum animarum, & hoc vt ſanctos ibi detentos liberaret: non quia ſine deſcenſu non poſſet eos liberare ſi vellet, ſed vt ſua præſentia eos conſolaretur, & oſtenderet deſcendendo quãtum eos diligeret, & vt aduerſarium deuictum cõfunderet. Ad primum ergo quod obiicitur de paradiſo, Dicendum quòd loquitur de paradiſo ſpirituali, qui eſt viſio Dei, non corporali. Quod obiicitur ꝙ virtuoſius &c. Dicẽdum quod licet illud ſit ſignum maioris potentiæ, hoc tamẽ maioris miſericordiæ ad liberandum. Ad tertium quod obiicitur quòd opti-

mo debetur optimus locus, Dicendum quòd verum eſt ſecundum ſe, ſed diſpenſatiue propter nos ad tẽpus poteſt chriſto poſt mortem aliquis locus pœnalis conuenire, non quantum ad ſuppliciũ, per quem modum loquitur Augu. de inferno, ſed quantum ad loci ſubſtantiã.

Expoſitio tex.

In alio ſcript. vt hic.

Fidei argumentum a

philoſophicis argumentis eſt liberum, quia per ea, nec probari, nec improbari poteſt. Et ipſe forte ante mortẽ. Hoc dicit propter tertiam opinionem quæ dicebat quod etiam ante mortem hoc modo erat homo, quia vna eademq; vnio eſt, quantum eſt ex parte aſſumentis, non quantum ex parte aſſumptorũ. Totus in cęlo, totus in inferno. Sciendũ quòd totus accipitur hic pro perfecto, non pro compoſito ex partibus, Totũ vero naturaliter accipitur pro compoſito. Sed quòd compoſita dicitur perſona chriſti ex duabus naturis, intelligi debet compoſitione exigitiua non integrali. Hæc de corrigia. Pes occultatus ſignificat deitatẽ: Calciamẽtũ exterius apparens ſignificat humanitatẽ: Corrigia calciamẽti ſignat modũ, & gratiã vnionis: Oſſa regis Idumeę, fortes ſeu difficiles & interiores proprietates eius: Vſq; ad cinerem conſumatum, vltimam perſcrutationem quæ fit per modum reſolutionis.

velneutral'r.

Diſtinct. Vigeſimatertia.

Cum ſupra habitum

ſit.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. ſcda ſcdę. q.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ prędicta diffinitio male aſſignetur: Nulla eni qualitas eſt ſubſtantia. fides eſt qualitas, cum ſit virtus quę eſt bona qualitas mẽtis, vt dicit Auguſt. ergo fides nõ eſt ſubſtantia. Præterea. Prius non debet diffiniri per poſterius. fides eſt prior ꝙ̃ ſpes. ergo non debet diffiniri per ſperanda. 4. ar. 1. o. Ro. 1. l. 6. co. 3. Heb. 11 l. 1. co. 2.

Præterea. Argumentum dicitur quia arguit mentem ad aſſentiendũ alicui. ſed mens arguitur ad aſſentiendum aliquibus ex hoc ꝙ illa ſunt ei apparentia. ergo videtur eſſe oppoſitũ in adiecto qd dicitur argumentum nõ apparentium. Prҿterea. Fides eſt cognitio quædam. ſed omnis cognitio eſt ſecundum ꝙ aliquid apparet cognoſcenti, vt videtur in ſenſitiua, & intellectiua cognitione. ergo inconuenienter dicitur ꝙ fides ſit nõ apparentium. Reſpon. Dicendum ꝙ in prędicta diffinitione Apoſtoli ſufficiẽter continentur ea ex quibus põt fides diffiniri, quãuis ordo diffinitionis ab eo prætermittatur, ſicut ab aliis authoribus, & hoc ſic patet. Fides enim habitus quidam eſt, qui per actum ſuum, qui eſt credere, ſufficienter manifeſtatur. Cum autem aliquis credat ex hoc ꝙ imperio volũtatis intellectus eius determinatur ad aſſentiendum alicui, actus credẽdi ex duobus depẽdet. ſ. ex fine qui mouet voluntatẽ, & ex obiecto, in quod voluntas inclinat intellectum. Finis autem mouẽs ad credendum eſt vita æterna quam ſperamus, cuius prima inchoatio in nobis eſt habitus fidei per quem illum finẽ cognoſcimus naturalem cognitionem ſupexcedentem, & quantum ad hoc dicitur fides eſſe ſubſtantia rerum ſperandarũ, ſecũdum ꝙ prima pars vniuſcuiuſq; rei dicitur eſſe ſubſtantia illius rei, ſecundũ Philoſophum. Obiectum vero, in quod intellectus a voluntate inclinatur, eſt veritas prima naturalem cognitionem excedens, & ſic dicitur argumentum nõ apparentium, inquantum ipſa fides arguit mentem ad aſſentiendum prædictæ veritati. Sic ergo apparet materia fidei, ſeu obiectum in hoc ꝙ dicit, non apparentium,

tiũ:Actus in hoc ꝙ dicit,argumentũ:Or
dó ad finem,in hoc ꝙ dicit ſubſtãtia re-
rum ſperandarum. Ex actu autem datur
intelligi & genus.ſ.habitus:qui per actũ
cognoſcitur,& ſubiectũ.ſ.mens,nec plu-
ra requiruntur ad alicuius virtutis diffi
nitionem:Et ſic apparet ſufficientia pre
dictæ diffinitionis. Ad hoc ergo quod
primo obiicitur quòd fides dicitur ſub-
ſtantia:Dicendum ꝙ non proprie,quaſi
ſit in genere ſubſtantiæ,ſed per quandã
ſimilitudinem.ſ.inquantum prima eſt in
choatio,& fundamẽtum totius ſpiritua
lis vitæ,ſicut ſubſtantia eſt fundamentũ
oĩm entium. Ad 2m qđ obiicitur ꝙ fides
diffinitur per rem ſperandã, Dicendũ ꝙ
illud qđ inclinat ad fidẽ circũloquitur
Apl's per rẽ ſperandã,& non ponit illud
vt ſpei obiectũ , ſed potius vt fidei finẽ.
Ad tertiũ qđ obiicitur de argumẽto:Di
cendum ꝙ fides non inducit ſeu arguit
mentem ex rei euidentia,ſed ex inclina-
tione voluntatis, & ideo non ſequitur
ꝙ ſit ibi oppoſitũ in adiecto. Ad quar
tũ quod obiicitur ꝙ fides eſt cognitio,
Dicendum ꝙ cognitio duo importat.ſ.
viſionem,& aſſenſum,& quantum ad vi-
ſionem contra fidem diſtinguitur. Vnde
dicit Grego. ꝙ viſa non habent fidẽ,ſed
agnitionem,quantum autem ad certitu
dinem aſſenſus fides eſt cognitio ſeu vi-
ſio,ſicut dicitur.i. ad Cor.13. Videmus
nunc per ſpeculum &c. Argumẽtum au-
tem procedebat primo modo & non ſe-
cundo,ſecundum qđ dr̃ fides cognitio.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, q.2.ar. 4. ſcda ſcdæ.q. 4.ar.5. o. De ver.q. 14. ar. 3.o.

AD ſecundum ſic proceditur, & vi-
detur ꝙ fides non ſit virtus. Vir-
tus enim contra cognitionem di
uiditur,vnde ſcientia & virtus ponũtur
genera diuerſa , vt patet in.4. Top. ſed
fides continetur ſub cognitiõe. ergo nõ
eſt virtus. Præterea. Virtus dicitur
per comparationem ad bonum:Virtus
enim eſt quæ bonum facit habentem,&
opus eius bonũ reddit, vt dicitur in.2.
ethi.ſed fidei obiectum eſt verum,nõ au
tem bonum.ergo fides non eſt virtus.
Præterea. Præſentia obiecti non tol
lit habitum virtutis. ſed obiectum fidei
eſt veritas prima, quæ cum præſto erit
menti,non erit fides,ſed viſio.ergo fides
non eſt virtus. Contra. Virtus eſt di-
ſpoſitio perfecti ad optimũ. ſed hoc cõ
uenit fidei:Diſponit enim hominem ad
beatitudinem,quæ eſt optimum.ergo fi-
des eſt virtus. Præterea. Hugo de
ſan.vict.dicit,quòd tres ſunt virtutes ſa
cramentales.ſ.fides,ſpes, & charitas.
Reſpond. Dicendum quòd virtus dici
tur,ſecundum philoſophum, quæ facit
bonum agentem,& opus eius bonũ red
dit. Actus autem aliquis dicitur bonus
dupliciter. Vno modo abſolute, quãdo
.ſ.actus ponit potentiam in ſuo comple
mento,ſicut ſcire intellectũ, & obedire
faciliter rationi concupiſcibilẽ, & ſic ac
ceperunt philoſophi bonitatem actus,
eo quòd in ipſis actibus noſtris ſummã
felicitatem hominis ponebant, & ideo
dixerunt virtutes principia actuum tali
ter bonorum,vt ſcientiam, & temperan
tiam. Alio modo dicitur actus bonus
in ordine ad finem,& ſic apud nos dicũ-
tur actus boni,inquantũ ſunt meritorii
vitæ æternæ,qđ quidem nõ eſt niſi actus
ſit voluntarius & charitate informatus.
Quia ergo actus fidei formatæ ſecundũ
hoc meritorius eſt quòd ex volũtate &
charitate procedit,pro tanto fides for-
mata virtus dicitur ſecundo modo , ſed
non primo,cum per hoc non ponatur
intellectus abſolute in ſuo complemen
to. Fides autem informis neq; primo,
neq; ſecundo: Ad primum quod obii
citur quòd cognitio diuiditur cõtra vir
tutem,dicendum quòd non contra vir-
tutem ſimpliciter, ſed contra virtutem
moralem,quæ cõmunius virtus dicitur.
Ad ſecundum quod obiicitur quòd vir

pri.ſc. q. 65. ar.4.o. De ver. vbi ſu. ar.6.o. De virt. q.4.ar-tic. 3. ad 6m. Quol. 6.ar.6. c. Ro 1 l.6.co. 3.

tus dicitur per comparationem ad bonum, Dicendum quod bonum illud ad quod ordinat non eſt obiectum alicuius actus, ſed eſt ipſe actus perfectus quē virtus elicit. Vnde, licet verum a bono ratione differat, tamē quia hoc ipſum qđ eſt conſiderare verum, & aſſentire primę veritati propter ſeipſam eſt quoddā bonum intellectus & meritoriū, ideo fides quæ ad hunc actum ordinat dicitur virtus. Ad tertium quod obiicitur quòd veritas prima eſt obiectum fidei: Dicendum quòd non niſi hac ratione, prout eſt non apparens. Vnde quando veritas prima pręſto erit intellectui, amittet rationem obiecti fidei.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 1. q. 3. De ver. q. 14. ar. 7. o.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd nō ſit idem habitus fidei informis, & formatę: Gratia enim adueniens non habet minorem efficaciam in fideli ꝙ in infideli. ſed in infideli cū conuertitur, cum gratia ſimul habitus fidei infunditur. ergo ſimiliter in fideli, & ita habitus fidei formatę eſt alius ab habitu fidei informis. Præterea. Fides informis eſt principium timoris ſeruilis, fides autem formata timoris caſti vel initialis. ſed adueniente timore initiali vel caſto excluditur timor ſeruilis. ergo adueniente fide formata excludetur fides informis. Præterea: Boetius dicit ꝙ accidentia corrumpi poſſunt, alterari nequaquam. ſed habitus fidei informis eſt quoddam accidens. ergo nō poteſt alterari vt fiat ipſemet formatus. Contra. Res non diuerſificatur niſi per ea quæ ſunt de rei eſſentia. ſed charitas eſt extra eſſentiam fidei. ergo ex hoc quòd eſt eē cum charitate vel extra charitatem nō diuerſificatur habitus fidei. Præterea. Ia. 2. dicitur. Fides ſine operibus mortua eſt. glo. quibus reuiuiſcit. ergo ipſa fides informis quæ fuit mortua formatur & reuiuiſcit. Ad hoc dicendum, ꝙ circa hoc ſunt diuerſę opiniones: Quidam enim dicūt quòd cum gratia infunditur nouus habitus fidei formatæ, & eo adueniente, habitus fidei informis diſcedit. Sed contra hoc eſt, quia nihil expellitur niſi per ſuum oppoſitum. Cum ergo fides informis nō opponatur fidei formatæ niſi ratione informitatis, ſi tolleretur quantum ad eſſentiam, oporteret quod informitas eſſet ei eſſentialis, & ſic habitus fidei informis quantū ad ſuā eſſentiam eſſet malus, nec donum Dei eſſet. Præterea. Cum poſt peccatum mortale ſubtracta gratia & fide formata remaneat fides in aliquo, ſi non eſſet idē habitus fidei informis & formatæ oporteret quòd ipſi peccatori nouus habitus fidei infunderetur, cum videamus eum poſt peccatū credere, & ſic ex hoc quòd aliquis peccaret diſponeretur ad recipiendum aliquod donum Dei, quod eſt falſum: Et ideo alii dicunt quòd nō tollitur habitus, ſed tantū actus fidei informis adueniente charitate. Sed contra hoc eſt: quia habitus ſic remaneret ocioſus. Præterea cum actus fidei formatę non eſſentialiter cōtrarietur actui fidei informis, non poteſt eum impedire: Et iō dicendum eſt cum aliis ꝙ fides informis manet adueniente charitate, & ipſamet formatur, ſed ſola informitas tollitur, & hoc ſic oſtenditur: Habitus enim & potentiæ diuerſificantur dupliciter. ſ. ex obiectis, & diuerſo modo agendi. Prima diuerſitas facit eſſentialem diuerſitatem ipſorum. Ex ſecundo autem diuerſificantur ſecundum completum & incōpletum, & non ſecundum eſſentiam. Fides autem formata & informis non differunt in agendo ſecundum diuerſos actus, quia vtraq; eſt principiū credendi: ſed in modo agendi, quia prima aſſentit primæ veritati perfecta voluntate, ſecūda autem imperfecta. Vnde non diſtinguuntur ſicut diuerſi habitus, ſed ſicut

In alio ſcript. vbi ſu. ar. 4. o. Pa Pa. q. 4. ar. 5. ad ſecun.

habitus

habitus perfectus & imperfectus. Vnde cum idem habitus qui prius fuit imperfectus poſſit fieri perfectus, ipſe habitus fidei informis ſit formatus. Ad primum ergo quod obiicitur, quia gratia nõ habet minorem efficaciã in fideli q̃ in infideli, Dicendum ꝙ verum eſt, ſed hoc eſt per accidens ꝙ in eo qui habet fidẽ non cauſet alium habitum fidei quia in eo ipſum inuenit. Ad ſecũdum quod obiicitur de timore ſeruili: Dicendum ꝙ timor ſeruilis non expellitur adueniente charitate, quantum ad ſubſtantiam doni, ſed ſolum quantum ad ſeruilitatem, & ſic etiam fides quantum ad informitatem ſolum adueniente gratia. Ad tertium quod obiicitur ꝙ accidens alterari non poteſt, Dicendum ꝙ verum eſt, tamen ſubiectum accidentis ſecundum aliquod accidens alteratur, & ſic accidens variari dicitur vt terminus alteratiõis, non vt ſubiectum.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 3. pri. ſe. q. 62. ar. 4. o. ſa ſæ. q. 4. ar. ti. 7. o. De ver. q. 14. ar. 2. c. co. 2. princ.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ fides nõ ſit prior aliis virtutibus: Omnes enim virtutes ſimul infunduntur, ſed eorum quæ ſimul ſũt, vnum non eſt poſt alterum, ergo fides non eſt prior aliis. Præterea. Virtutibus theologicis ordinamur in Deũ, vt in finem, ſed ſpes & charitas propinquiores ſunt fini q̃ fides, quæ habet finẽ pro obiecto ſub ratione finis. ergo ſunt ꝓpinquiores fini q̃ fides, & ita priores, cum finis ſit principium in operatiuis. Præterea. Fides principaliter eſt in intellectu ſpeculatiuo. ſed ſpeculatiua vita ſequitur actiuam, quia vt dicit Gregorius, Nullus peruenit ad contemplatiuæ oculum niſi prius depuretur mens per exercitium actiuæ. ergo virtutes morales quæ pertinẽt ad actiuã ſunt prius fide. Contra. Cognitio præcedit affectionem. fides eſt in cognitiõe, virtutes autem aliæ ſunt in affectione. ergo fides aliis prior eſt. Prçterea. In omnibus virtutibus requiritur intentio, ſed fides intentionem dirigit, vt dicit Aug. ergo fides eſt ante alias virtutes. Ad hoc dicendum eſt ꝙ aliquid poteſt dici prius altero tempore & natura. Tempore quidem omnes virtutes ſimul ſunt: q̄a ſimul diuinitus infunduntur, ſed ſecundum naturam ordo virtutum penſandus eſt ex actibus. Actus autem fidei cõſiſtit in cognitione veri quã præſupponit affectio boni, quæ in omnibus aliis virtutibus exigitur, & ideo fides, quantũ ad id quod fidei eſt, prior eſt aliis omnibus virtutibus ſecundum naturam. Ad primum ergo quod obiicitur de infuſione virtutum: Dicendum eſt ꝙ illa rõ procedit de ordine temporis. Ad ſecundũ quod obiicitur ꝙ ſpes & charitas ſunt priores & propinquiores fini: Dicendũ quod hoc eſt verum quantum ad conſequutionem finis: Quanto enim aliquid eſt propinquius conſequutioni finis, tanto eſt remotius in motu ad finem, & quãto aliquid eſt propinquius ordinationi in finem, tanto eſt prius in motu in finẽ. Ad tertium quod obiicitur de vita contemplatiua, Dicendum ꝙ fides non tantummodo pertinet ad vitam cõtemplatiua, immo eſt principium actiuę & contemplatiuæ, inquantum oſtendit finem vtriuſq;.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 2. q. 2. o. ſcda ſe. q. 2. ar. 2. o. De ver. q. 14. arti. 7. ad ſep. Io. 6. l. 3. co. 4 Ro. 4. l. 1. co. 2.

Expoſitio tex.

Aliud eſt credere in

Deum. Ratio illius eſt: Nam illa tria nominant actum vnum in ſubſtantia, ſed differẽtem ratione: Nam Deus, ſiue prĩa veritas ad actum credẽdi ſe habet in triplici ratione. ſ. vt obiectum quod creditur, & ſic actus fidei dicitur credere Deũ. Vt ratio quare creditur, & ſic ponitur actus fidei credere Deo: Nam ideo credimus quia Deus dixit: Vt finis fidei, & ſi a-

In alio ſcript. vt hic.

ctus fidei dicitur credere in Deum. Non ſicut corpus. Sciendum ꝙ hanc experimentalem cognitionem quam quis habet de fide ſua ſeparat Augu. a quatuor generibus viſionum. ſ. a viſione exteriori, per hoc quod dicit, Sicut corpora, & a viſione imaginis quæ ex ipſa relinquitur, in hoc ꝙ dicit, Et per ipſorum imaginem, Et a viſione imaginatiuæ quæ ex diuerſis generibus rerum viſarū format al. quam rem nunquam viſam, in hoc ꝙ dicit, Non ſicut ea quæ nunc videmus, & a viſione actuali eorum quæ ſūt extra nos, per hoc ꝙ dicit: Nec ſicut hominē.

Diſtinct. Vigeſimaquarta.

Hic quæritur.

Queſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. ſa ſæ. q.1.ar. 1.o. De ver. q. 14. ar. 8.o.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ nō ſit veritas increata obiectum fidei: Actus. n. penes ſubiecta diſtinguuntur. ſed actus fidei & viſio Dei per eſſentiam ſunt actus diuerſi. cum ergo obiectum viſionis prædictæ ſit ipſa veritas prima, non erit obiectum actus fidei. Præterea. Veritas prima ſic ſe habet ad fidem ſicut lumen ad viſum. lumen autem nō eſt per ſe obiectum viſus, ſed magis color in actu; vt dicit Ptholomeus. ergo nec veritas prima eſt per ſe obiectum fidei. Præterea. Fides non eſt niſi de his quæ in Symbolo continentur, quia eſt collatio credendorum. ſed in Symbolo continētur quędam quæ ad creaturam pertinent, ſicut paſſio, & huiuſmodi. ergo obiectum fidei non eſt veritas increata tantum. Contra. Diony. 7. c. de diu. no. dicit ꝙ fides diuina eſt circa ſimplicem, & circa ſemper exiſtentem veritatem. hęc autem eſt veritas increata. Pręterea. Omne creatum eſt mutabile. ſed verum, qd ſub eſt fidei, non eſt mutabile, quia fidei non poteſt ſubeſſe falſum. ergo non eſt creatum. Ad hoc dicendum ꝙ obiectū alicuius potētiæ poteſt aliquid tripliciter dici. Vel formaliter. ſ. illud ad qđ actus terminatur primo & per ſe, Vel materialiter ad quod terminatur per ſe ſed non primo, Vel accidentaliter ad quod terminatur conſequenter & per accidens. Verbigratia viſus primo & per ſe terminatur ad lucem, quę actu & per ſe habet potentiam viſiuam per ſe mouere, ſed non primo ad colorem qui eſt potentia mouens non actu, niſi per lucem, per accides vero ad ea quæ colorem ipſum in eodem ſubiecto vel antecedunt, vt ſubſtancia, vel comitantur, vel conſequuntur, vt alia accidentia. Sic fidei obiectum formale eſt prima veritas: Ipſa enim eſt ratio credendi in omnibus articulis. Materiale autem eſt aliquod creatum attributum, vt reſurrectio Chriſti, vel paſſio. Accidentale vero aliquid quod ad huiuſmodi articulos antecedit, vel concomitatur, vel conſequitur. Ad illud ergo quod primo obiicitur ꝙ veritas prima eſt obiectum viſionis patriæ; Dicendum ꝙ hoc eſt verum, vt in ſua ſpecie apparens, fidei autem vt non apparens: Vnde quãuis ſit idem re vtriuſq; actus obiectum, non tamen eſt idem ratione, & ſic diuerſam ſpeciem actus facit. Ad ſecundum quod obiicitur de lumine: Dicendum ꝙ lumen quodammodo eſt obiectum viſus, quodãmodo nō: Inquantum enim non niſi per hoc quod ad aliquod corpus terminatum coniungitur dicitur non eſſe per ſe obiectum viſus, ſed magis color qui ſemper eſt in corpore terminato. Inquantum vero non niſi per lucem videri poteſt color, lux etiã mum viſibile eſſe dicitur, vt idem Ptholomeus dicit; & ſic veritas prima eſt primo & per ſe obiectum fidei. Ad tertiū quod obiicitur de articulis Symboli, Dicendum ꝙ fides non eſt proprie & per ſe de his ſecundum ſe, ſed vt ſunt attributa diuina.

De ver. q. 18. ar. 3.c.

diuina, vt reſurrectionem fore nō eſt articulus, ſed reſurrectionem faciendā eſſe a Deo, & hoc modo intelligendi ſunt articuli qui ponuntur in Symbolo.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. arti. 1. q. 1. ſa cdę. q. 1. arti. 2.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ fides non ſit circa verum cōplexum. Ric. de ſan. vic. dicit. Articulus eſt veritas indiuiſibilis de Deo credita. ergo veritas incomplexa eſt obiectū fidei, cum eius obiectum ſit articulus. Præterea. In vero complexo incidit tēpus, quia ſecundum Philoſophum in. 3. de anima, in complexione intellectus incidit tempus. In articulo fidei non incidit tempus, alioquin nullus credebat paſſionem chriſti tempore quo patiebatur, niſi qui credebat eum actu pati, qd eſt falſum. ergo verum complexum non eſt articulus, & ſic nec obiectum fidei. Pręterea. Fides ſemper eſt eadem, quia dicit Auguſt. ꝙ fides non eſt variata, ſed tempora ſunt mutata. ſed verum cōplexum ſeu enunciabile non eſt idem ſecundum diuerſa tempora. ſ. eſſe, fore, fuiſſe. ergo non eſt de vero complexo. Contra. Per fidem differt fidelis ab infideli. non autem differt per incomplexum ſed per complexum, quia Iudęus credidit aduentum chriſti ſicut & nos: ſed in hoc diſtinguimur, quia credimus eum veniſſe quem ipſi expectant venturum. ergo fides eſt de complexis. Præterea. Verum nō eſt niſi circa complexum, vt dicitur in prædicamentis. ſed fides non eſt niſi veri. ergo non eſt niſi complexi. Ad hoc dicendum eſt ꝙ fidem eſſe circa verum complexum apparet dupliciter. Primo ex parte fidei, quia eius actus eſt aſſentire, quia credere eſt cum aſſenſione cogitare, vt dicit Augu. Aſſentire autem nō poteſt aliquis niſi ei quod eſt verum. Veritas autem non conſiſtit niſi in complexiōe vel intellectuum vel vocū, ideo fidei obiectum oportet ꝙ ſit verū complexum, & hoc patet per hoc ꝙ philoſophi illam operationem intellectus quę componit & diuidit appellant fidē. Secundo etiam ex ratione proprii obiecti, quod eſt veritas prima de qua nō poteſt ſciri quid eſt, vt in eius cognitione intellectus formatione vtatur, ſicut in cognitiōe ſimplicium quidditatum, ſed cognoſcitur quia eſt, quod fit per intellectum componētem, & diuidentem: Et ideo dicendum eſt ꝙ fides eſt de complexo ſine determinatione temporis, cum determinatione autem temporis per accidens propter eius manifeſtationē, quāuis alii dixerint ꝙ fides ſit circa verū incomplexum, quod ſtare non poteſt, propter rationes prædictas. Ad illud ergo quod primo obiicitur de veritate indiuiſibili, Dicendum ꝙ quāuis veritas diuina ſit indiuiſibilis ſecundum rem, tamē accipitur ſecundum alium intellectum modo compoſito ſecūdum diuerſa eius attributa. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ in compoſitione intellectus incidit tempus, Dicendum ꝙ quāuis incidat tempus aliquo modo, non tamen tēpus determinatum, niſi per accidens. ſ. p doctrinam prædicationis vel alio modo, ſed confuſum. Vnde per accidens eſt determinatio temporis, de neceſſitate ſalutis, tamen determinatio temporis pertinet ad fidem, ſicut ea quæ tertio modo fidei attribuuntur, non ſicut ea quæ ſecundo. Ad tertium quod obiicitur de variatione articulorum, Dicendū ꝙ circa hoc dixerunt aliqui ꝙ enunciabilia trium temporum non ſunt niſi vnū enūciabile. Sed contra eſt ꝙ ſecundum veritatem philoſophi allegatam, tempus eſt de eſſentia enunciabilis, vnde variatur ſecundum diuerſas differentias temporum quæ exprimuntur. Et ideo dicendum eſt cum aliis ꝙ enunciabile indeterminatum, quod eſt articulus per ſe, non eſt mutatum, ſed enunciabile determina

De ver. q. 14. arti. 8. ad quartū & ad duodecimū, & arti. 12. c.

tum, quod eſt articulus per accidens. Vnde fides non eſt variata, niſi accidentali variatione, quia tempus determinatum non eſt de ſubſtantia articuli, ſed accidens. Vel dicendum ꝙ habitus habet vnitatem ex vnitate obiecti, ſecundum quod eſt in re, non ſecundum quod eſt in acceptione noſtra: Et quia res credita eſt eadē, ideo fides eſt vna, licet diuerſa enunciabilia formentur propter diuerſum modum accipiēdi, vt accipitur præſens, præterita, vel futura.

In alio ſcript. vt hic. arti. 2. ſeſcdę q. 1. arti. 4. o. pri. ſæ q. 67. arti. 3. c. & ad primū. 3. p. q. 7. ar. 3. c. & ad ter. Io. 20. l. 6. co. 3.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ fides ſit de viſis. Ioā. 20. dicitur. Quia vidiſti me Thoma crediſti. ergo fides eſt de re viſa. Pręterea. Scientia demonſtratiua, quæ maior eſt fide, poteſt eſſe de re viſa, vtputa de eclypſi. ergo a minori fides poteſt eſſe de viſo. Pręterea. Beata virgo videns filium paſſum, aut credebat articulum de paſſione, aut non. ſi non, non erat catholica. ſi ſic, ergo fides eius erat de viſo. Contra. Grego. Apparentia fidem nō habent, ſed agnitionem. ergo fides nō eſt de re apparenti viſui. Præterea. Sup illud Io. 14. Vado parare vobis locum, dicit Auguſt. Eat vt nō videatur, lateat, vt credatur. ergo fides eſt de re latenti. Reſpon. Dicendum ꝙ ceſſante ratiōe obiecti fidei, oportet ꝙ fides ceſſet. Vnde cum nō apparens pertineat ad rationē obiecti fidei, vt ex diffinitione Apoſtoli patet, etiam quod ex quo aliquid eſt apparens, deſinit de eo eſſe fides, ſecundum ꝙ eſt apparens. Si autē aliquid eſt quod ſimul ſit ſecundum aliquid apparens, & ſecundum aliquid non apparens, poteſt ſimul eſſe viſum & creditum ratione diuerſorum, & ita erat in Chriſto, cuius humanitas videbatur, & diuinitas latebat, quæ eſt principale fidei obiectum. Ad hoc ergo quod primo obiicitur: Quia vidiſti me &c. Dicendum ꝙ non dixit

ſupfluit ly et ꝙ

quia credidiſti me: Aliud enim vidit, & aliud credidit. Ad ſecundum quod obiicitur de ſcientia demonſtratiua, Dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia cognitiones diſparatæ ſunt, ſed nō oppoſitæ: ſed fides, & viſio cognitiones oppoſitę ſunt, quia vna importat de ratione ſui occultationem obiecti, altera manifeſtationē. Ad tertium quod obiicitur de beata virgine, Dicēdum ꝙ aliud videbat, & aliud credebat: Videbat enim hominem pati, ſed credebat Deum pati; quod non videbat.

Articulus quartus.

In al ſcrip vt h ar. 1. 1. ſc ſcdę 1. ar 5. o. cōt. De v q. 1 ar. 9.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ fides poſſit eſſe de re ſcita: Aliquis enim ſciens Deum creatorem poteſt hoc ipſum credere, ſi conuertatur ad fidem, vt apparet in aliquo philoſopho, & conſtat ꝙ propter fidem nōn obliuiſcitur ſcientiam quā de Deo habuit. ergo idem ſcit & credit aliquis. Præterea. Illud ad quod habetur ratio probans, eſt ſcitum. ſed ad ea quæ fides credit habetur ratio probans: Vnde dicit in. 1. Pe. c. 3. Parati reddere rationē de ea quæ in vobis eſt fide, & ſpe. Et Ric. de ſan. vic. dicit ꝙ ad id quod neceſſe eſt eſſe non deficit ratio probans illud eſſe neceſſarium. ergo ea quæ credit fides poſſunt eſſe ſcita. Præterea. Omnis probatio conuincens intellectū facit ſcientiam. ſed ad credenda conuincitur intellectus per miracula, ſicut apparet in Dæmonibus. ergo fides eſt de ſcitis. Contra. Scientia accipitur per rationem, quia per demonſtrationē. ſed ea de quibus eſt fides ſūt ſupra rationē. ergo de his quę ſunt fidei nō poteſt eſſe ſcientia. Præterea. Sicut charitas diligit Deum ſupra omnia, ſic fides adhæret ei ſuper omnia. ſed charitas non cōpatitur ſecum amorē quo amatur Deus propter temporalia. ergo nec fides cognitionē cui adhęretur propter rationes.

nes.

nes.ſed hoc eſt ſcientia.ergo non cõpatitur ſecum ſcientiam. Reſpond. Dicendum ꝙ omne quod eſt ſcitũ eſt viſum intellectui:Nam ſciẽtia eſt per reſolutionem in prima principia quæ ſunt intellectui peruia.Vnde, ſicut fides non poteſt eſſe de his quæ videntur corporaliter,inquãtum huiuſmodi,ita nec de his quæ ſciuntur. Poteſt tamen de eodem haberi ſcientia ab vno,& fides ab altero, ſicut per certitudinem beati ſciunt ea quæ nos credimus quę ſunt ſupra intellectum cuiuslibet viatoris,& hæc ſunt credibilia ſimpliciter. Vnus etiam viator poteſt ſcire id quod alius credit, ſicut Philoſophus ſcit Deum eſſe, quod ruſticus credit, ſed hæc non ſunt credibilia ſimpliciter,ſed ſolum reſpectu eius qui ſcientiam non habet. Quidam tamen dicunt ꝙ de huiuſmodi poteſt ab eodem ſimul haberi ſcientia & fides, diuerſis tamen rationibus,ſed primum melius eſt. Ad primum ergo quod obiicitur iam apparet ſolutio ſecundum eos. Secundum alios tamen dicẽdum quòd alia ratione eſt creditum .ſ. propter teſtimonium primæ veritatis,& alia ratione ſcitum,ſicut per rationẽ demonſtrantem:Nec dicunt hoc eſſe impoſſibile, cũ ſint ſeparabiles prædictæ cognitiones. Ad,ſecũdum quod obiicitur de autho. Pe.& Ric.Dicendum ꝙ hoc intelligitur de ratione defendẽte fidem ab impugnatione hæreticorum, non de ratione ipſam probãte,niſi perſuaſiue: Quãuis.n. de eo quod oportet credi ſit neceſſaria rõ,vt Ricar.dicit,tamen nobis eſt occulta vt idem Ricar. dicit quòd rationes credibilium ſunt ignotæ nobis, ſed notæ Deo & beatis. Ad tertium quod obiicitur de miraculis, dicendum quòd miracula non probant per ſe fidem,ſed veritatem annũciantis fidem, & ideo de his quæ fidei ſunt non faciunt ſciam.

Expoſitio tex.

Tranſeat in fidem.

Contra. In patria non erit fides. Secundo dicendum quòd fidem vocat large,quęcunq; aſſenſum cum cognitione, non ſolum de rebus non apparentibus. Dicimus eum fidem paſſionis habuiſſe. Contra. Beata virgo ſe concepiſſe ſine viro experimento ſenſibili ſciuit, & tamen credidit. Reſpon. Sciuit ſe concepiſſe puerum,ſed credidit ſe concepiſſe Deum.Eſt tamen de his quæ viſu interiori.Contra.Quia eſt de non apparentibus. Reſpon. Non apparentia intellectui quo ad claram cognitionẽ, nõ qualemcunq;.

Diſtinct. Vigeſimaquinta.

Prædictis adiiciẽdũ.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur,vtrum in Symbolo Apoſtolorum contineantur omnia credenda,& videtur quòd non. Si quis fornicationem non crederet eſſe mortale peccatum,iudicaretur eſſe hęreticus. ſed hæc,& ſimilia credenda non ponuntur in dicto ſymbolo.ergo non omnia. Præterea. Neceſſarium eſt credere corpus Chriſti ſub ſpecie panis in altari eẽ. ſed hoc ibi non cõtinetur. ergo nec omnia credenda. Præterea. Multa plura addita ſunt in ſymbolo Nicęno, & Athanaſii,ꝙ̃ in ſymbolo Apoſtolorum. ergo in iſto non cõtinentur omnia credenda. Iuxta hoc quæritur de differẽtia iſtorum ſymbolorum trium. Item quæritur quare non tangitur in ſymbolo Nicęno de deſcenſu ad inferos. Item de diſtinctione articulorum poſitorũ in ſymbolo Apoſtolorum. Secundo, ad primum dicendum eſt quòd ſicut in ſciẽ

In alio ſcript. vt hic. arti. 2. ſcda ſe q.1. ar. 8. et 9. o.opu. 5. et 6. o. et op.23. c.2.

1. ſolutio Ad

tiis videmus quædam antecedentia ad ſcientiam, vt principia generalia, quę ſecundum ſubſtantiam non intrant demõſtrationem, quædam conſequentia, vt correlaria, quædam principalia, vt ea quæ intrant demonſtrationem ſecundũ ſubſtantiam, ſic quædam ſunt neceſſaria ad fidem vt antecedentia quæ ſunt de dictamine rationis naturalis, quædam principalia, vt articuli, ad quorum cognitionem & aſſenſum lumen primæ veritatis principaliter illuminat, quædam conſequentia ad fidem. ſ. illa quæ ad articulos poſſunt reduci, & huiuſmodi ſũt quę poſſunt reduci generaliter ad omnia q̃ in ſacra ſcriptura determinantur, vt cõtraria eorum non pertinaciter aſſerantur, & ita reducuntur ad illud, Credo ſanctam eccleſiam catholicam: quia catholica eccleſia in doctrina ſacræ legi adunatur. Ponuntur ergo in ſymbolo Apoſtolorum expreſſe credenda principalia. ſ. articuli ad quos alia poſſunt reduci: Et per hoc patet ſolutio ad primum, & ad ſecundum, quia credere illa eſſe peccata reducitur ad illud, Sanctam eccleſiam, Credere corpus Chriſti in altari ad illud, Sanctorum cõmunionem: Nam inter alia ſancta, etiam ſacramenta continentur. Ad tertium dicendum ꝙ neceſſitas editionis ſymbolorum fuit duplex. ſ. inſtructio fidelium in credẽdis, & ad hoc editum eſt ſymbolum Apoſtolorum. Item impugnatio hęreſum, & ad hoc edita ſunt alia duo, primo Nicenũ, ſecundo Athanaſii, & ita ſecũdum quod diuerſę hęreſes pululabant diuerſa apponebantur remedia, & ita nõ propter inſufficiẽtiam primi ſymboli, & per hoc apparet differentia ſymbolorum. Ad aliud dicendum quod hoc nõ tangitur, propter hęreſim Arrii, contra quẽ principaliter illud concilium fuit congregatum, qui ponebat Chriſtum puram creaturam. Vnde deſcenſus ad inferos, qui ſecundum ſuperficiem videbatur quem dam ſpecialem defectum ſonare, debuit ſubiiceri. Ad quartum dicendum ꝙ articuli poſſunt diſtingui dupliciter. Vno modo ſecundum diſtinctionem authorũ, & ſic ſunt. 12. ſm. 12. Apoſtolos, quorũ quilibet aliquid appoſuit. Quid autem vnuſquiſq; appoſuerit a diuerſis diuerſimode aſſignatur, nec eſt magnæ vtilitatis aut certitudinis, & ideo itermittatur ad præſens. Alio modo ſecundum ipſas res creditas, & ſic diuerſi articuli computantur, vbi inuenitur diuerſa difficultas ad credẽdum. Sic ergo articuli ſunt. 14. quia vel pertinẽt ad diuinitatem, vel ad humanitatem chriſti. Si ad diuinitatem, hoc tripliciter. Primo quantum ad eſſentiam, & ſic eſt articulus de eſſentiæ vnitate. Secundo quantum ad perſonas, & ſic ſũt tres articuli, vnus de perſona Patris, alius de perſona Filii, tertius de perſona Spiritusſancti. Tertio quantum ad operationẽ diuinitatis, & ſic ſunt tres articuli. Primus quantum ad effectum naturæ, & ſic eſt articulus de creatiõe rerum. Secundus quãtum ad effectum gratiæ, & ſic eſt articulus de iuſtificatione. ſ. Sanctam eccl. cath. ſan. com. remiſ. peccato. Tertius quantum ad effectum gloriæ, & ſic eſt articulus de reſurrectione glorioſa, & gloria ſanctorũ. Articuli vero pertinẽtes ad humanitatem ſunt. 7. Primus de conceptione, ſecundus de natiuitate, tertius de paſſione, morte, & ſepultura, quartus de deſcenſu ad inferos, quintus de reſurrectione, ſextus de aſcenſione, ſeptimus de aduentu ad iudicium.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non oportuerit ante aduentum Chriſti credere pertinentia ad humanitatem eius. Heb. 11. Oportet accedentem ad Deum credere quia eſt, & quia remunerator eſt. aut ergo Apoſtolus inſufficiens eſt, aut ſufficit hæc duo credere.

In ... ſcri... vt ... q. 2 ... 2. ... ſ. 2 ... q. 2 ... 7. ...

Heb.11. credere. Præterea. Eſa. 63. Quis eſt
I.2.co. iſte qui venit de edom.glo. Aperte de-
4. claratur ꝙ quidam angeli donec imple-
retur myſterium incarnatiōis nō cogno
uerunt. ſi non angeli, ergo multomagis nec homines. Præterea. Non tenetur quis niſi ad quod ſibi præceptum eſt aliqua lege. ſed nulla lege preceptū erat antiquis credere incarnationem, ſeu in mediatorem. ergo ad hoc non tenebantur. Contra. Auguſt. dicit. Eadem fides mediatoris quæ nos ſaluat, ſaluabat antiquos. Præterea. Peccatum originale non remittitur niſi per fidei ſacramentum. ſed hoc habet virtutem a paſſione Chriſti. ergo eam credere oportebat. Ad hoc dicendum ꝙ ſicut ſupra probatum eſt, aliqua pura creatura nō potuit ſatisfacere pro peccato Adę, ſed oportuit ſatisfacientem eſſe Deū & hominem. Neceſſe etiam fuit ſatisfactionem ad omnes ī quibus habuit efficaciā peruenire. Hoc autem non habuit eſſe niſi per fidem ipſius mediatoris, vel fidei profeſſionem quæ fiebat oblationibus & operibus patrum, vel fidei ſacramētū. ſ. baptiſmum, vel circūciſionem: Sicut. n. peccatū Adæ non cōtrahitur niſi ab his qui carnaliter ab eo generantur, ſic nec ſatisfactio Chriſti niſi ab his qui ſpiritualiter ab eo regenerantur. Vnde ſine fide Chriſti explicita vel implicita nullus vnquā potuit ſaluari. Quilibet autem tenetur vitare dānationē, & ideo quilibet tenebatur fidem mediatoris habere poſt peccatum. Ad primum ergo quod obiicitur de Apoſtolo dicendum ꝙ illa duo ponit, non quaſi poſt peccatum ſufficientia, ſed quaſi omni tempore neceſſaria, quia ſemper, etiam ante peccatū, oportuit credere ꝙ Deus eſt ens immutabile per ſe, & principium cōferens aliis eſſe, & quod eſt finis quo ad remunerationē beatitudinis. Ad ſecundum quod obiicitur de angelis; Dicendum ꝙ ſciebant in generali, ſed non quantum ad omnes ſpeciales circunſtantias. Ad tertium qd obiicitur de lege, Dicendum ꝙ lege naturæ bene præcipiebatur liberationem a malis a Deo quærere, & expectare, & ipſa, quis non de ſe, tamē adiuta per gratiam bene dictabat de mediatore poſt lapſum, & in nulla lege fuit ſalus ſine auxilio gratiæ.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & vr ꝙ omnes tenebantur credere omnes articulos. Leu. 13. dr de leproſo ꝙ offerat ſextarium pro emundatione. gl. Sextarius eſt veriſſima fidei cōfirmatio, vbi ſi plus effunditur ponitur, ſi minus deficit. ergo ad emendationem peccati oportet habere plenam fidei mēſuram. ſi plenam, ergo omnium articulorū fidei. Præterea. Non eſt vera obediencia in aliquo, niſi obediat omnibus præceptis. ergo nec vera fides, niſi diſtincte aſſentiat omnibus articulis. Preterea. Sicut ſe habet charitas ad diligenda, ſic fides ad credenda. ſed omnibus eſt charitas neceſſaria omnium diligendorum. ꝫ & fides omnium credendorum. Contra. Pauci ſunt qui ſciant diſtincte omnes articulos numerare. ſed omnes alios damnare crudele eſt. ergo &c. Præterea. Si modo omnes credere tenentur omnes articulos explicite, & ante incarnationem non oportebat, difficilior eſt lex euangelii ꝙ Moiſi. Ad hoc dicēdū eſt ꝙ ad neceſſitatem ſalutis nō exigitur credere omnes articulos explicite, niſi in illis qui habent alios docere, vt prælati, doctores, & prædicatores. Credere autem omnes implicite non ſufficit, in habentibus vſum lib. arb. quia non poteſt eſſe quod homo cōuerſatus inter fideles, vel ſit negligens & cōtemptor ſuę ſalutis, vel quin habeat explicitam cognitionem de aliquibus articulis, & fides illuminat ad aſſentiendum illis. Credere

In alio ſcript. vt hic. q.2.ar. 1.q. 1. & ar.2. q.1. ſecūda ſecundę. q.2.ar. 5.6. o. De ver. q. 14. ar.11.o.

autem aliquos explicite aliquos implicite hoc ſufficit ſimplicibus. Illos autem quos oportet credi explicite maxime ſunt vnitas eſſentiæ, & trinitas perſonarum, & hoc quia in nomine Patris, & Filii, & Spirituſſancti ſignant ſe fideles,& conferuntur ſacramenta. Similiter de redemptore oportet credere natiuitatem,paſſionem,reſurrectionẽ, peccatorum remiſſionem, quia ex ſolẽnitatibus eccleſiæ hi actus repræſentantur, ſimiliter futurum iudicium. Alios autẽ ſufficit credere implicite,hoc modo,vt præter hos habeat homo propoſitum credere quicquid credit eccleſia nihil in particulari diſcredendo,& cum explicãtur a prælatis,& doctoribus catholicis acquieſcendo. Ad primum ergo quod obiicitur de glo.leuit. Dicendum ꝙ eſt duplex plenitudo.ſ.ſufficiẽtię,& copię. Prima conſiſtit in credendo omnes articulos implicite vel explicite: Secũda in credẽdo oẽs explicite. De pria autẽ loquitur glo. Ad ſecundum quod obiicitur de obedientia,Dicendum ꝙ nõ tenetur homo implere omnia præcepta, niſi pro loco,& tempore, & tũc tenetur nullum ignorare.Similiter eſt in propoſito.Vel dicendum ꝙ nõ eſt ſimile de fide quæ eſt cognitio quam cõtingit eſſe in vniuerſali & particulari,& de obediẽtia quę circa operationem eſt quę reſpicit particulare. Ad tertium quod obiicitur de diligendis, Dicendum ꝙ nõ eſt ſimile,quia ad diligenda inclinat inſtinctus naturæ euidenter, non ſic ad credenda.

In alio ſcript. vt hic. lit.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q.2. o. pa ſcdę q.1. ar ti 5. 6. 7. et 8. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ plura ſint modo credenda q̃ ante:In euangelio enim in operandis multa adduntur moralia,vtputa cõſilia.ergo & in credendis multa credita. ergo &c. Præterea. Modo credit eccleſia quæ angelis nõ erant reuelata ante Chriſti aduentum.ſed homines nõ tenebantur credere quæ angeli ignorabant.ergo moderni plura credunt q̃ antiqui. Pręterea. Multa proponuntur modo credenda fidelibus: quę tunc antiquis non proponebantur.ſed non proponerentur niſi eſſent credenda. ergo nunc ſunt plura credenda q̃ prius. Contra. Fides charitati proportionatur.Non eſt autẽ augmentatus in nouo teſtamẽto numerus diligẽdorum. ergo nec numerus credendorum. Pręterea. Sicut oſtendit philoſophus in fine elencorum,Propter imperfectionem primorum qui inuenerunt artes factum eſt augmentum in ſcientiis.ſed ea quæ fidei ſũt non inuenit homo ſed Deus,in quẽ non cadit aliqua imperfectio.ergo non poteſt fieri augmentum in eis. Ad hoc dicendũ eſt ꝙ numerus credendorum poteſt dupliciter accipi, explicite vel implicite. Primo modo non eſt augmentatus. Secundo modo eſt,quia omnia quæ nũc explicite credimus,antiqui vel explicite vel implicite credebant; quia credentes in redemptorem, in doctrinã redemptoris credebant.Sed quod in fide antiquorũ erat implicitum Chriſtus præſentialiter veniens adimpleuit explicando: Et per hoc patet ſolutio ad obiecta,quia non adduntur in euangeliis,nec proponuntur ab eccleſia noua, ſed explicantur antiquitus implicita, & illa cognoſcebant angeli in vniuerſali, & ſi non omnia in particulari, & explicite.

Deuer q. 1. artic. 11. o.

Expoſitio tex.

Non ideo poſt fidẽ.

In alio ſcript vt hic circa finem.

Contra Matth. 1. glo. Fides generat ſpem,ſpes charitatem. Intelligitur hoc quo ad actus, non quantum ad habitus. Nõ ꝙ fides vel ſpes cauſa vel tempore. Contra. Frequenter pręcedit fides informis

formis etiam tempore. Reſpon. Loquitur de fide, virtute.

Diſtinct. Vigeſimaſexta.

Eſt autem ſpes &c.

In alio ſcript. vt hic, q. 2. ar. 1. ſcda ſæ. q. 17. art. 1. o. De vir. q. 4. arti. 1. o.

Queſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ ſpes non ſit virtus. Boetius in lib. de conſo. ponit ſpem vnam de quatuor paſſionibus pricipalibus. nulla autem paſſio eſt virtus. ergo ſpes non eſt virtus. Præterea. Nulla virtus opponitur alicui bono, quia, ſicut dicitur in prædicamentis, bonum bono non eſt contrarium, ſicut malum malo. ſed ſpes opponitur timori; quod eſt bonum quoddam & laudabile, quia donum Dei. ergo ſpes nõ eſt virtus. Præterea. Virtus, cum ſit de genere honeſti, operatur bonum propter ſeipſam. ergo non habet actum mercennarium. ſed ſpes habet actum mercenarium, quia reſpicit præmium. ergo non eſt virtus. Contra. Virtus eſt mediũ duarum malitiarum. ſed ſpes eſt mediũ duarum malitiarum. ſ. præſumptionis, & deſperationis. ergo eſt virtus. Præterea. Qđ facit nos peruenire ad ſalutẽ, eſt virtus. ſpes eſt huiuſmodi. Ro. 8. Spe ſalui facti ſumus. ergo eſt virtus. Reſpon. Dicendum quòd ad virtutem tria requirũtur. ſ. obiectum conueniens, ratio ordinans, & modus ex parte agentis. ſ. vt ſit perfecte exequens. Hæc autem tria in ſpe inueniuntur: Nam obiectum eius eſt æterna beatitudo quæ eſt quoddam difficile, & bonum. Modus autem agentis perfectionem habet, quia eſt cum certitudine. Ratio etiam ſpem ordinat, dum homo non inaniter ſperat, ſed ex gratia, & meritis: Et hæc tria tanguntur in diffinitiõe ſpei. Modus, cum dicitur, certa expectatio, obiectum, cum dicitur, futuræ beatitudinis, ordo rationis, cum dicitur, ex gratia, & meritis proueniens. Vnde patet ꝙ ſpes eſt virtus. Ad primũ quod in contrarium obiicitur de Boe. Dicẽdum ꝙ æquiuoce accipitur ſpes ad ſpem paſſionem, & habitum. Spes autem paſſio, non eſt virtus, ſed quæ eſt habitus partis intellectiuæ, quod infra dicetur. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ ſpes opponitur timori, Dicendum ꝙ ſpes, quæ eſt virtus, non opponitur timori, qui eſt donum, quia ſpes extendit ſe in Deũ ex conſideratione diuinæ largitatis, timor vero dicit reſilitionem ex conſideratiõe propriæ prauitatis, & ita non eſt ſecundum idem reſilitio timoris, & extenſio ſpei, & ideo non ſunt contraria, ſed ſpes paſſio cõtrariatur timori qui eſt ſilr paſſio. Ad tertium quod obiicitur de actu mercenario, Dicendum quòd facere aliquid propter commodum temporale facit actum mercenarium, non autem facere propter remunerationem æternam, quæ nihil aliud eſt q̃ Deus, & ſic non ſeruitur Deo niſi propter ſeipſum, quia, vt dicitur in lib. de eccleſ. dog. Continentia non ſibi ſufficit ad ſalutem ſi ſolo amore pudicitiæ retinetur.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. arti. 3. ſcda ſæ q. 17. ar. 6. o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd ſpes nõ ſit diſtincta ab aliis virtutibus: Virtutes enim diſtinguũtur per actus, & actus ꝑ obiecta. ſed obiectum ſpei. ſ. futura beatitudo eſt obiectũ omnium virtutum theologicarum. ergo ipſa non diſtinguitur ab eis. Præterea. Virtutes theologicæ ſunt ad ordinandum nos in Deum. ſed per cognitionem eius, & amorem ſufficienter ordinamur in ipſum. ergo non eſt ponere tertium habitum virtutis theologicæ ab aliis duabus diſtinctum. Præterea. Expectare, dicit quoddam tendere in Deũ. ſed tam fides q̃ charitas tẽdit in ipſum. ĝ cum non habeat differentẽ actum, ab eis non diſtinguitur. Contra. Apo-

ſtolus.1.Cor.13.cōnumerat eā duabus aliis.ſ.fidei,& charitati. ergo habet ab eis eſſe diuiſum. Præterea. Qui cognoſcit finem,& amat,non tendit in illū niſi ſperet ipſum aſſequi. ergo ad tendendū in Deum requiritur alius habitus præter habitum cognitionis & amoris. Ad hoc dicendum ꝙ habitus non diſtinguitur ſecundum materiam obiectorum, ſed ſm rationes formales motiuas in ipſis. Vnde quāuis ſit idem obiectum materialiter trium virtutum theologicarum, qđ eſt Deus,tamē quia alia ratione tendūt in ipſum,quia fides reſpicit in eo ſūmū verum, ſpes autem ſummum arduū, charitas autem ſummum bonū, vnde obiecta earum formaliter differūt,ideo prædictę virtutes ad inuicem diſtinguuntur. Patet ergo ſolutio ad primū quod obiectum eſt in contrarium de obiecto. Ad ſecundum quod obiicitur de ſufficiēti ordine,Dicendum eſt ꝙ non ſufficienter per illa duo ordinamur ad tendendum in finem vltimum, quia quātūcūq; cognoſceremus & diligeremus niſi ſperaremus ipſum conſequi,nunquā tenderemus in ipſum. Ad tertium qđ obiicitur de tendere in Deum:Dicēdum quod quāuis quælibet virtus tendat in obiectum ſuum,tamen aliter,& aliter: Nam ſpes tendit in illud vt diſtans & difficile ad aſſequēdum,& ideo eius tendere proprie dicitur expectare,per quod quædā diſtantia intelligitur,non autem ſic aliarum virtutum.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q.1.ar.5.pri. ſecūdę q.40. ar.2.o. ſecūda

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ſpes quæ eſt virtus non ſit in parte animæ intellectiua:Intellectiua.n. abſtrahit a quātitate,& tempore.ſed potētia in qua eſt ſpes nō abſtrahit a tēpore,quia cōſiderat futuram beatitudinē. ergo non eſt in parte intellectiua. Præterea. In intellectiua non ſunt contrariæ paſſiones,quia delectationi quæ eſt ſecundum intellectum nihil eſt cōtrarium, vt dicit Philoſophus.Cum ergo ſpes cōtrarietatem habeat ad timorem,& deſperationem,non eſt in parte intellectiua. Præterea. Ea quæ ſunt in parte intellectiua ſunt ipſius animæ ſecundum ſe, ſine hoc quod cōmunicat corpori. ſed ſpes non eſt ipſius animæ ſecundum ſe, ſed cum cōmunicatiōe corporis eadem ratione qua gaudium & amor,vt dicitur in lib.de anima.ergo ſpes non eſt in parte intellectiua. Ad oppoſitum.Futura beatitudo non compræhenditur a ſenſitiua.cūm ergo ſpes,quæ eſt virtus, ſit de futura beatitudine,non eſt in parte ſenſitiua. Præterea. Poſt mortem non remanet niſi intellectiua, ſecundum Philoſophum.remanet autē ſpes poſt mortem,vt patet in patribus qui erāt in limbo.ergo eſt in intellectiua. Reſpon. Dicendum ꝙ circa hoc inueniuntur diuerſæ opiniones: Quidam enim diſtinguunt concupiſcibilem,& iraſcibilē duplicem.ſ.ſenſitiuam reſpectu ſenſibiliū, & intellectiuam reſpectu ſpiritualium, & in iraſcibili intellectiua, nō ſenſitiua, dicunt eſſe ſpem:Sed quia diuiſio hæc, nec a Philoſophis,nec a ſanctis emanat, nec bonum delectabile,& terribile, quæ diuidunt affectiuam ſenſualitatis,poſſūt diuidere affectiuam rationis,cum ſub ratione boni rationabilis,quod obiectum eſt affectiuo ſuperioris,prædicta bōa.ſ. vtile & difficile nō differant, ideo dicūt alii ꝙ non eſt in nobis iraſcibilis & concupiſcibilis quæ ſit rationalis per eſſentiam ſed per participationem tantum, & ſic iraſcibilis habet in ſe ſpem. Sed tamen quāuis poſſit hoc modo eſſe ſubiectum virtutis moralis,quæ habet materiam ſenſibilem,non tamen theologicæ quæ habet materiam omnino ſpiritualem,& potentiæ ſenſitiuæ in apprehenſibilem,& ideo dicendum eſt cum aliis ꝙ non eſt in parte animæ intellectiua concupiſcibilis

ſcd ę.q. 18.ar. 1.o. De vir. q.4.ar. 2.o.

Hęc rō in antiquo exēplari non hī ſed tm̄ in impreſſo.

cupiſcibilis & iraſcibilis ſecundum proprietatem, ſed ſecundum actuum ſimilitudinem: Sicut enim ex parte cognitiuę videmus ꝙ ratio dicitur ſenſus, quia habet actum ſenſui ſimilē, ſic ex parte motiuæ voluntas nominabitur nomine iraſcibilis, & concupiſcibilis, quia habet actus eis ſimiles, quãuis ratio & voluntas habeant actus nobiliores q̃ ſenſus & appetitus inferior, & ſic in voluntate dicitur eſſe ſpes. Ad primum ergo quod in contrarium obiicitur de differentia temporis, Dicendum ꝙ quãuis intellectiua apprehenſiua non concernat aliqd tempus determinate, quia abſtrahit ab omnibus cõditionibus materialibus indiuiduantibus, tamen affectiua intellectualis fertur in bonum quod eſt extra animam ſecũdum diuerſas temporis differentias. Ad ſecundum quod obiicitur ꝙ in intellectiua non ſunt contrarię paſſiones, Dicendum ꝙ nec ſpes quæ eſt paſſio in parte eſt intellectiua, ſed ſpes quæ eſt virtus, & ſic patet ſolutio ad tertium.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic, q.2.ar.5.o.prima pæ q.67.ar.4.et 5.o.pa ſedę.q.18.art.2.et 3.o.3.p.q.7.arti.4.o. De vir. q.4.arti.4.o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ in chriſto fuerit ſpes. In Pſal. 30. dicitur in perſona eius, In te domi ſpe. ergo in eo fuit ſpes. Præterea. Videtur ꝙ etiam in angelis, & beatis ſit ſpes. Eſt.n. in angelis certa expectatio remunerationis de miniſterio in quo merentur, & in animabus de ſtola corporis. ergo habent ſpem. Pręterea. Videtur ꝙ ſit etiam in dęmonibus, & in animabus dãnatis, quia ſicut fides eſt informis, ita & ſpes. ſed habet fidem informem. ergo & ſpem. Vlterius videtur ꝙ non ſit in animabus exiſtentibus in purgatorio, quia ſpes non eſt de eo quod infallibiliter expectatur, ſicut ſolem oriri cras, ſed ſic expectant illi qui ſunt in purgatorio. ergo non habent ſpem. Præterea. Videtur ꝙ nec in patribus exiſtentibus in limbo, quia ſpes quæ differtur affligit animam. ſed in ſanctis patribus qui erant in limbo non erat aliq̃ afflictio. ergo nec ſpes. Reſpon. Dicendum ꝙ in ſpe tria ſunt conſiderãda. Vnũ ex parte obiecti, quod eſt ipſa beatitudo ęterna, quę Deus eſt, in cuius fruitione præmium eſſentiale conſiſtit. Secundum ex parte medii, quod eſt gratia & meritum, per quę beatitudo ſperatur. Tertium ex parte ſperantis.ſ. ſtatus eius vt nõdum habeat quod ſperat. Propter primum & tertium ſimul, non fuit ſpes in Chriſto, nec in angelis, nec in beatis, propter ſecundum non eſt in dęmonibus, nec in dãnatis, quia nec poſſunt gratiam vel meritum hẽre. ſed propter tria ſimul, eſt in viatoribus, patribus in limbo, & in animabus in purgatorio. Qd ergo primo obiicitur de Chriſto, Dicendum ꝙ ſpes ſumitur ibi pro expectatiõne præmii accidentalis, de quo non eſt proprie ſpes, cũ habeat Deum pro obiecto. Ad ſecundum quod obiicitur de angelis, & animabus ſanctis, Dicendum ꝙ illud quod ſperant non eſt pars præmii ſubſtantialis, & ideo non eſt in eis proprie ſpes. Ad tertium quod obiicitur de dãnatis, & dęmonibus, Dicendum ꝙ non eſt ſimile de fide, & ſpe, quia fides informis non facit tendere in creditum ſicut in rẽ conſequendam, ſicut facit ſpes tendere in ipſum ſperatum, quãuis etiã in dęmonibus non ſit fides informis, quę eſt habitus infuſus. Ad quartum de exiſtentibus in purgatorio, Dicẽdum ꝙ illi qui ſunt in purgatorio, & illi qui erant in limbo habent ſpem, quia ſpes nõ euacuatur niſi per habitum cõtrarium, vel propter habitam beatitudinẽ. Et quod obiicitur de certitudine, Dicendum ꝙ hoc eſt ratione ſtatus, quia non poſſunt amplius demereri, & tamen non euacuat ſpem, quia non perueniunt ad rem ſperatam. Ad quintum vero quod obiici-

tur ꝙ affligebantur ſancti patres, Dicendũ ꝙ certitudo ſpei in eis deficere nõ poterat. Vnde delectatio quæ cauſatur ex certitudine abſorbebat omnes afflictiones quæ ex dilatione affligere poſſunt. Vel dicendum quòd non poterant affligi, quia non erant capaces afflictiõis.

Expoſitio tex.

Spes non niſi bonarum.

Contra. Spes eſt de liberatione a malo. Reſpon. Liberatio a malo bona eſt. Rerum ad ſe pertinentium. Contra. Luc. vlti. Nos ſperabamus ꝙ ipſe eſſet redempturus Iſrael. Præterea. Dicit authoritas. De nemine deſperandum eſt. Reſpon. Spes accipitur dupliciter, proprie, & ſic eſt de re ad ꝓpriam beatitudinem pertinente, vel cõmuniter, & ſic eſt de euentibus aliorũ.

In alio ſcript. vt hic. circa mediũ.

Diſtinct. Vigeſimaſeptima.

Cũ aũt Chriſtus &c.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 2. ſcda ſecũdæ. q. 23. ar. 3. o. De vir. q. 2. ar ti. 2. o.

Hic primo quæritur vtrum charitas ſit virtus, & videtur ꝙ non: Finis enim virtutis non eſt virtus, ſicut fęlicitas, ſecundum Philoſophum, vel beatitudo, ſecundum ſanctos. ſed charitas eſt finis virtutum, quia præceptorum quæ dantur de operibus virtutum, vt dicitur. 1. Tim. 1. Finis pręcepti eſt charitas. ergo non eſt virtus. Præterea. Ad id quod natura per ſe ſufficit, non oportet per virtutem aliquam eleuari. ſed diligere Deum per ſe, & ſuper omnia poteſt creatura rationalis per ſe, quia innata eſt ſibi notio veri, & amor boni. ergo non oportet ꝙ per virtutem aliquam eleuetur. Præterea. Virtus eſt circa bonum & difficile. ſed amare non eſt difficile: Dicit. n. Aug. in lib. cõfeſ. ꝙ nihil dulcius quàm amari, & amare. ergo circa actum amandi nulla eſt virtus. Ad oppoſitum. Nihil expellit peccatum niſi virtus. hoc autẽ maxime facit charitas, quę operit vniuerſa delicta, vt dicitur Prouer. 10. ergo &c. Præterea. Quod eſt maxime meritoriũ, eſt maxime virtuoſum. opus charitatis maxime eſt meritorium. ergo maxime virtuoſum. Ad hoc dicendum eſt ꝙ virtus eſt diſpoſitio pfecti ad optimum. Charitas autem eſt maxima diſpoſitio, quia propinquiſſima perfecti ad optimum: Reſpicit enim finem. i. Deum ſub ratione finis. Virtutes autem cardinales ſunt de his quæ ſunt ad finem. Reliquæ autem duæ theologicæ, q̃uis ſint de fine, tamen nõ ſub ratione finis, ideo charitas maxime eſt virtus. Ad illud qđ in contrarium obicitur ꝙ charitas eſt finis, Dicendum ꝙ finis dicitur, non quia ipſa ſit finis vltimus virtutum, ſed quia fini vltimo propinquior eſt: Eſt enim id quo omnes aliæ virtutes in finem vltimum ordinantur. Ad ſecundum quod obiicitur de natura, Dicendum, ꝙ q̃uis naturalis amor & deſiderium ſummi boni inſit nobis prout participabile eſt ſecundũ gradum naturalis facultatis, non tamen prout eſt participabile ſupra ſtatum facultatis naturæ; & ideo ad hoc natura per ſe non ſufficit. Ad tertium qđ obiicitur de difficili, dicendum ꝙ difficultas virtutis non ſemper attenditur in labore operis ſed in exceſſu naturalis poſſibilitatis, quia potẽtia naturalis ſine habitu non poteſt in effectum proprium virtutis.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. arti. 4. o. ſcda ſcdæ. q. 23. arti 4. 5. et 8. o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non ſit vna virtus: Charitas enim eſt de fine, & de his quæ ſunt ad finem. ſed diuerſæ ſunt virtutes de vtriſq;: Sic enim differunt virtus cardinalis, & theologica. ḡ charitas non eſt vna virtus. Pręterea. Charitas habet duo

De ver. q. 14. ar. 5. o. De vir q. 2. ar 3. 4. 5. et 6. o.

duo obiecta, duos actus, duos modos, duo præcepta. virtutes autem diſtinguũtur per actus & obiecta. ergo nõ eſt vna virtus. Preterea. Quod eſt forma virtutum multiplicatur ſecũdum multiplicationem virtutum. ſed charitas eſt forma virtutum. ergo multiplicatur ſecundum virtutes. Ad oppoſitum. Quia color nõ videtur niſi per lucem, eadem eſt in ſpecie viſio lucis, & coloris. ergo a ſimili, quia bonum creatum non diligitur ex charitate niſi propter increatũ, eadem eſt dilectio vtriuſq;. Preterea. In omni genere motus primus motor ẽ vnus. in genere virtutum, primus motor eſt charitas, quia mouet omnes alias ad ſuum finem. ergo charitas eſt vna. Iuxta hoc queritur vtrum charitas poſſit eſſe informis. Reſpon. Dicendum ꝙ habitus non diſtinguũtur penes diſtinctionem obiectorum materialem ſed formalem, quæ attenditur ſecundum propriã rationem obiecti. Propria autem ratio obiecti amoris eſt bonum, quod quidẽ de eo quod eſt ad finem dicitur ex ipſo ordine ad finem, de fine vero principaliter, & ſic finis, & quod eſt ad finem, nõ habent formalem differentiam in ratione boni, cum finis ſit ratio bonitatis eius quod eſt ad finem, & ideo virtus charitatis non diſtinguitur penes duo obiecta, quæ ſunt Deus, & proximus, cum alterũ ſit ſicut finis, alterum ſicut quod eſt ad finem. Ad primum ergo dicendum ꝙ nihil prohibet aliquam differentiã eſſe formalem reſpectu alicuius potentiæ vel habitus, & materialem reſpectu alterius, ſicut odorabile, & audibile differũt formaliter in reſpectu ad ſenſum proprium, ſed materialiter in reſpectu ad ſenſum communem vel imaginarium, & ſimiliter finis, & quod eſt ad finem, differunt formaliter in reſpectu ad virtutem quæ ad actum ordinatur, cum non eadem ratione cadat ſub actu noſtro finis, & quod eſt ad finem: Differunt autẽ materialiter in reſpectu ad charitatẽ ratione iam dicta, quæ ordinatur ad finẽ. Ad ſecundum quod obiicitur de diuerſitate obiectorum, & actuum, Dicendum quòd diuerſitas obiectorum quorumlibet ſufficit ad diuerſitatem actuum ſm numerum, & modorum, & præceptorũ, ſicut alius eſt actus & modus videndi rẽ diſtantem, & propinquã, ſed non ſufficit ad diuerſitatem actuum, & habituum ſecundum ſpeciem, niſi ſit diuerſitas obiectorum ſecundum ſpeciem, quæ non eſt in propoſito, quia bonum creatum nõ niſi ſub ratione boni increati diligitur. Ad tertium dicendum ꝙ obiectio illa procedit de forma itrinſeca quæ intrat eſſentiam rei. Sic autem charitas non eſt forma virtutum, ſed eſt quaſi forma extrinſeca, inquãtum id quod charitas circa actum virtutis ponit. ſ. relatio in finẽ vltimum, eſt formale reſpectu actus virtutis: Et inde eſt quod charitas dicitur ſinis aliarum virtutum, & etiam motor, inquãtum aduocat alias virtutes in ſuũ finem. Ad vltimum dicendum quòd ſicut gratiæ quodlibet peccatum opponitur ratione eſſe gratuiti, quod dat cuilibet virtuti, ita & charitati ratione relationis actuum virtutum in finem, cum quodlibet pctm̃ auertat a fine vltio: Et ideo per omnia peccata per quæ amittitur gratia, quæ eſt forma virtutum, per eadem amittitur charitas. Non autẽ tollitur gratia niſi per peccatum mortale, & ideo non poteſt tolli gratia, & charitas remanere, & propterea non põt charitas eſſe informis.

In al o ſcr pt. ubi ſi. queſt 3 ſcda ſc q. 24. art cu. 12. o. De vir. q. 2. ar. 13. o.

Articulus tertius.

In alio ſcr pr. vt hic. q. 3. ar. 3. ſcda ſcdæ. q. 26. art. 6. o. De vir. q. 2. arti. 2. a l tertiũ deci.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd dilectio qua Deum diligimus modum habeat: Secũdum. n. Auguſt. Quanto plus aliquid habet de modo, ſpecie, & ordine, tanto melius eſt. charitas vero optima eſt inter cętera dona

Dei.ergo plus habet de modo. Præterea. Omne creatum conſiſtit in modo. quia omnia in numero,& měſura diſpoſuit Deus. Sap.11.Charitas quid creatū eſt,ergo conſiſtit in modo. Præterea. Omnis actus immoderatus eſt vitioſus. actus charitatis nō eſt vitioſus. ergo nō eſt immoderatus.ergo habet modum. Ad oppo. Ber.de diligēdo Deum.Cauſa diligendi ipſum Deum, ipſe Deus eſt, modus, ſine mō diligere. ergo dilectio Dei non habet modum. Præterea. Dilectio menſurāda eſt ad diligibile. ſed diuina bonitas eſt immēſa: ergo dilectio ipſius non habet modum. Ad hoc dicendum eſt quod aliquis actus tripliciter dicitur habere modum,aut ſecundū limitationem eſſentiæ,aut ſecundū determinationem debitæ circūſtantiæ,aut ſecūdum proportionem medii inter ſuperfluum & diminutum. Primo modo omnis actus creatus habet modum: Secundo modo omnis actus virtuoſus, qa eſt ex debitis circūſtantiis cōmēſuratus. Tertio modo actus virtutum cardinalium. Actus vero virtutum theologicarum,ſicut charitatis,duplex eſt. Vnus eſt exterior in effectu,& hic etiā habet modum,quia poteſt ſe nimis affligere exterius in ſeruitio Dei. Alter interior in affectu,& hic non,quia menſuram accipit ex ratione obiecti mouente,quæ infinita eſt,& ideo nō poteſt homo Deum nimis diligere. Ad illud ergo qd obiicitur in contrarium de Augu.Dicēdum ꝙ eius authoritas intelligenda eſt ſecundum primum modum,& ſic actus charitatis habet modum cum ſit quid creatū, & ſic apparet ſolutio ad ſecundum. Ad tertium quod obiicitur de actu vitioſo, Dicendum quòd quātumcūq; Deus diligatur,actus non erit immoderatus, qa non excedit proportionem ſui obiecti. Ad reliqua duo argumenta dicendum quod procedunt ſecundum tertium modum ſecundum quē actus charitatis nō dicitur habere menſuram.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ iſte modus qui eſt in præcepto poſſit impleri in via, quia Hiero.dicit.Qui dicit Deum aliquid impoſſibile præcepiſſe,anathema ſit.Sed hoc Deus præcepit omnibus in ſtatu viæ exiſtentibus.ergo hoc poteſt fieri a viatoribus. Præterea. Magis neceſſariū eſt ad ſalutem præceptum charitatis quàm aliarum virtutum.ſed iſta poſſunt,& debent in via impleri.ergo illud multo magis. Præterea. Omne præceptū ligat, ſed non in ſtatu patriæ.quia ibi non eſt neceſſarium legē dari.ergo in ſtatu viæ. ſed non niſi ad implendum. ergo in via poteſt impleri. Contra. Augu.Cum ineſt aliquid carnalis concupiſcentiæ, nō ex tota anima diligitur deus.ſed hoc ſemper eſt in via.ergo non poteſt in via prædictum præceptum impleri. Præterea. Nemo poteſt in via ſimul ad multa cor ſuum conuertere. ſed neceſſe eſt ad multa præter Deum cor in via conuertere.ergo non poteſt in Deum totaliter conuerti. Ad hoc dicendum eſt ꝙ totum,& perfectum dicitur cui nihil deeſt. Hoc autem poteſt eſſe dupliciter, aut eorum quæ debet, aut eorum quæ poteſt habere. Prima eſt totalitas perfectionis viæ. Secunda patriæ.Illo præcepto,ſcda indicatur vt terminus viæ, prima vero præcipitur viatori, non ſecunda:De prima totalitate eſt omnia in Deum ordinare habitu,nō ſemper actu, de ſecunda actu,quia perfectio virtutis conſiſtit in habitu,quæ eſt perfectio viatoris,ſed perfectio fœlicitatis in actu, quæ eſt perfectio comprehenſoris:Secūda perfectio excludit omnem affectum alienum,& hoc nō poteſt eſſe in via,niſi per priuilegium ſpeciale,vt forte in virgine fuit,& in raptu Apoſtoli Pauli. Prima

In ali[o] ſcript[o] vt hi[c] q.3.ar 4. ſcd[a] ſæ. q. 26. ar 4.e .ſ. o. De vi[r] q.2.ar 10.o.

ma autem excludit omnem affectum cō trarium,& ſic poteſt impleri in via. Ad primum ergo quod obiicitur in contrarium de Hiero. Dicēdum ꝙ in præcepto diuino continetur aliquid ſicut directe præceptum vel prohibitum, & hoc pōt impleri in via, & niſi impleatur eſt peccatum mortale, aliquid vero cōtinetur ſicut quod notificatur per legem eē bonum vel malum, vt homo ſciat in quid debeat tendere, & huiuſmodi omiſſio non facit peccatū mortale, ſed veniale. Dicit.n.glo.Rom.7.de hoc præcepto. Non concupiſces, quo prohibetur delectatio,& conſenſus. Non autem primus, qui tamen per hoc oſtenditur eſſe malus, quis in via vitari nō poſſit: Et ſimiliter dicendum eſt in propoſito. Ad ſecundum quod obiicitur de actibus aliarum virtutum, Dicendū ꝙ non eſt ſimile, quia actus aliarum virtutum nō ſunt de ſubſtātia beatitudinis, quæ eſt oium virtutum finis, ſicut actus charitatis, propter quod habet modum ſola talē qui competit ei, vt eſt patriæ, & vt eſt viæ. Ad tertiū quod obiicitur de præcepto legis, Dicēdum ꝙ modus patriæ potius ponitur ibi vt documentum fidei q̄ vt pręceptum legis, & ideo non ſequitur ꝙ in via poſſit impleri. Ad reliqua duo patet ſolutio ex his quæ dicta ſunt.

Expoſitio tex.

Propter duo delicta. Contra. Vnius habitus vnum eſt obiectum. Reſpon. Vnum eſt obiectū principale & formaliter.i.Deus, ſed plura materialiter. Odit animam ſuam. Loquitur de odio effectus, non affectus. Iſti ſunt duo modi. Contra. Vnius actus debet eſſe vnus modus. Reſpond. Verum eſt ſecundum idem: ſed modus ille ex toto corde eſt ex parte diligentis, ille vero propter ſe modus eſt ex parte diligibilis.

Diſtinct. Vigeſimaoctaua.

Hic q̄ri pōt vtrū &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur vtrum angeli ſint diligendi ex charitate,& videtur ꝙ non: Secundum enim Auguſtinum, Charitas eſt illarum rerum quæ ſocietate quadā nobis referūtur in Deum. ſed angeli nō habent ſocietatem nobiſcum, quia non eſt Diis conuerſatio cum hominibus. Dan.2. ergo charitas non eſt reſpectu illorum. Præterea. Charitas eſt amicitia quędam. ſed nimia diſtantia ſtatus amicitiam ſoluit, vt dicitur in.9. Ethi. Cum ergo maxima diſtātia ſit inter nos & angelos ſecundum ſtatum, videtur ꝙ inter nos & eos charitas eſſe non poſſit. Præterea. Angeli non ſunt iuxta nos, quia ſuperiores, nec infra nos, quia ſunt incorporei, nec nos ipſi, quia a nobis natura & perſona diſtincti, nec ſupra nos in ordine diligendorum, quia non ſunt Deus, nec Deo in pſona vniti. ergo non ſunt in numero diligendorum ex charitate. Contra. Magiſter ait. Nomine proximi intelliguntur angeli. ergo ſunt ex charitate diligendi. Præterea. Charitas diuina eſt exemplar & regula charitatis noſtræ. ſed Deus ex charitate diligit angelos. ergo & nos debemus. Reſpon. Dicendum ꝙ amor amicitiæ nō poteſt eſſe niſi eorum qui eandem vitam participant. Vnde non dicitur homo amicus eſſe bruto ſeu inſenſibili creaturæ. Cum ergo charitas ſit quędam amicitia, vt dicitur.1.Ioan.1. Si autem in luce ambulamus ſicut & ipſe in luce eſt ſocietatem habemus ad inuicem, non poteſt eſſe niſi eandem vitam participantium. Quāuis autem angeli non partici

In alio ſcrip. vt h.c. arti. 3. ſaſc dę q. 25. ar. 10. o.

De vir. q 2. ar t.7.ad non.

pent nobiſcum in vita naturali eadem ſecundum ſpeciem, tamen participant in vita ſpirituali quæ eſt per gratiam, & in hac participant ad inuicem, & cum Deo, ideo ſecundum hanc vitam poteſt eſſe charitatis amicitia inter nos, & angelos, & Deum. Ad primum quod obiicitur in contrarium, dicendum ꝙ q̃uis quo ad participationem vitæ naturalis non habeant nobiſcum ſocietatem, habent tamen quo ad participationem vitæ ſpiritualis. ſ. gratiæ in pręſenti, & gloriæ in futuro. Ad ſecundum dicendum ꝙ diſtantia ſtatus ſoluit amicitiam ſecularem quæ in conuerſatione vitæ exterioris conſiſtit, non autem amicitiã charitatis quæ conſiſtit in conuerſatione cum Deo. Ad tertium dicendum ꝙ angeli iuxta nos ſunt in genere, & participatione gratiæ & gloriæ, cũ eam a Deo recipiant ſicut & nos, q̃uis ſint ſuperiores dignitate naturæ, & ſtatus.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. arti. 5. ꝑa ſcdę q. 25. ar. 11. o. Ro. 13. l. 2. co. 2.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ dęmones diligendi ſint ex charitate. Leui. 19. Diliges proximum tuum ſicut teipſum glo. Proximus non propinquitate ſanguinis intelligeñdus eſt, ſed ſocietate rationis. ſed dæmones & damnati ſunt nobis proximi ſocietate rationis, ergo a nobis ex charitate ſunt diligendi. Præterea. Mali homines propter bonam naturã ſunt ex charitate diligendi. ſed, vt dicit Diony. 4. c. de diui. no. In dęmonibus eſt natura bona, quia naturalia per peccatum nõ amiſerunt. ergo ſunt diligendi ex charitate. Præterea. Omnis creatura rationalis, quæ eſt nobis ad obtinendum beatitudinem vtilis, eſt ex charitate diligenda. ſed dęmones nobis ad exercitium dati tales ſunt. ergo ſunt ex charitate diligendi. Contra. Vt dicit Aug. Qui diligit proximum, vel quia iuſtus eſt, vel vt iuſtus ſit diligere debet. ſed dæmon talis non eſt, nec eſſe põt. ergo non eſt ex charitate diligẽdus. Pręterea. Nono ethi. dicit philoſophus ꝙ amicitia diſſoluenda eſt ad eos qui ſunt inſanabiles propter malitiam abundantem. cum ergo dęmones maxime abundent in malitia, quia in ea obſtinati ſũt, multofortius ad eos non eſt habenda amicitia. Reſpon.

Dicendum ꝙ ratio diligendi ex charitate hominem vel angelum eſt participatio ſummi boni beatificantis, ſecundum Auguſt. quia id charitas habet pro obiecto. Hæc autem participatio in quibuſdam iam reducta eſt ad actum, vt in beatis, in quibuſdam eſt habitu, ſed nondum actu, vt in iuſtis viatoribus, in quibuſdã nec actu nec habitu ſed potentia ſola, vt in malis viatoribus, in quibuſdam nullo modo reducibilis eſt ad actum, vt in dęmonibus, & dãnatis. Primi ergo ſunt maxime ex charitate diligendi, ſecundi minus q̃ illi, tertii minus q̃ ſecundi, quarti nullo modo ex charitate ſunt diligẽdi, q̃uis amore quem includit charitas, inquantum Dei creaturę, poſſunt diligi, non ita quòd charitas feratur directe ad ipſos, ſed ad eum cuius ſunt creaturæ, & ſic amore concupiſcentiæ, non tamen amore beneuolentiæ vel amicitiæ diligendi ſunt. Ad quod primo obiicitur de gl. Dicendum ꝙ rationis ſocietatem intelligit non tantum in naturæ ſimilitudine, ſed in poteſtate vel poſſibilitate participationis diuinæ. Ad ſecũdum quod obiicitur de malis hominibus, Dicendum quòd non eſt ſimile quia in illis eſt capacitas imaginabilis reducibilis ad actum, ſed in dęmonibus & damnatis non. Ad tertium quod obiicitur de vtilitate, dicendum quòd per ſe, & ex intentione propria dæmones a beatitudine impediunt, ſed per accidens ſolum, & ex alterius ordinatione proficiunt.

Articulus

In alio ſcript. vt hic. arti. 2. ſecūda ſecūdæ q. 25. ar. 3. o. De vir. q. 2. ar. 7. c.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ creaturæ irrationales ſint diligendæ ex charitate. Omne enim diligere meritorium eſt ex charitate. ſed diligere temporalia ad ſeruiēdum Deo eſt meritorium. ergo eſt ex charitate. Preterea. Circa idem habet eſſe virtus, & vitium. ſed amor libidinoſus habet eē circa irrationabilia. ergo & circa eadē habet eſſe charitas. Preterea. Videtur ꝙ virtutes diligendę ſunt ex charitate. Propter quod vnūquodq;, & illud magis: ſed amicitia charitatis diligit amicū propter honeſtū. ergo diligit magis honeſtum ſeu virtutem. Contra. Charitas eſt virtus theologica. ergo habet beatitudinem quæ eſt vltimus omnium virtutum finis pro obiecto. ſed creaturę irrationales non ſunt capaces beatitudinis. ergo non ſunt ex charitate diligendæ. Præterea. Charitas includit in ſe beneuolentiam. ſed beneuolentia nō poteſt eſſe ad irrationabilia, vt dicitur in 8. ethi. ergo nec charitas. Reſpond. Dicendum ꝙ aliquid diligitur ex charitate dupliciter, vel dilectione amicitiæ, in qua conſiſtit principalis actus charitatis, & ſic non diliguntur irrationales creaturæ vel virtutes, quia ad eas nō habetur amicitia, vel dilectione concupiſcentiæ quæ includitur in actu charitatis, quia diligere aliquem eſt velle ei bonum, & ſic diliguntur ea bona quę poſſunt alteri concupiſci. Vnde cum irrationales creaturæ & virtutes poſſint ab aliquo ſibi & aliis concupiſci vt eorum bona & ad beatitudinem promouētia, ideo ſic poſſunt diligi ex charitate, non tantum imperante ſed eliciente motum prędictum, quia charitas elicit actum dilectionis non tantum ad ea ad quæ eſt principaliter, ſed etiam ad alia quæ in illa ordinantur. Ad quod ergo obiicitur in contrarium de merito, Dicēdum ꝙ huiuſmodi actus ex charitate eſt, non tamen quę terminetur in ipſum temporale vt obiectum, ſed in Deum vel proximum, in ipſum vero vt materiam circa quam verſatur dilectio. Ad ſecundum quod obiicitur quod virtus, & vitium habent eſſe circa idem, Dicendum ꝙ verum eſt circa idem ſubiectum, non tamē circa idem obiectum. Vel dicendum ꝙ non eſt neceſſe ſi aliqua virtus hēat eſſe circa temporalia, ꝙ illa ſit charitas, ſed aliqua alia, ſicut liberalitas, vel alia huiuſmodi. Ad tertiū quod obiicitur ꝙ propter qđ vnūquodq; &c. Dicēdum ꝙ propoſitio illa habet veritatem in illis quę ſecundum eandem rationem dicuntur. Nō autem eadem ratione diligitur homo & virtus. Vnde ratio nō ſequitur.

In alio ſcript. vt hic, arti. 1.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic. arti. 6. pa ſcdę q. 25. ar 4. c. De vir. q. 2. ar. 7. c. & ad 10. ar. 12. 13. & 14.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ homo nō debeat ſeipſum diligere ex charitate, quia charitas minus q̄ inter duos eſſe non poteſt, vt dicit Greg. ergo non poteſt eſſe alicuius ad ſeipſum. Preterea. Nihil vituperabile eſt ex charitate, ſed amare ſeipſum eſt vituperabile, vnde. 2. Tim. 3. dicitur. Erunt homines ſeipſos amātes. ergo homo ex charitate ſeipſum non diligit. Preterea. Videtur ꝙ nec corpus noſtrum: Nihil enim quod non eſt in Deū ordinabile per fruitionem eſt ex charitate diligibile. corpus autem noſtrū eſt huiuſmodi, quia non eſt capax diuinæ fruitionis. ergo non eſt ex charitate diligendum vel diligibile. Contra. Homo debet diligere proximum ſicut ſeipſum. ſed proximū debet diligere ex charitate, ergo & ſe. Præterea. In numero diligendorum ex charitate, ſecūdum Auguſt. vnum membrorum eſt illud qđ nos ſumus, aliquid quod infra nos eſt. ſ. corpus noſtrum. ergo nos, & corpora noſtra debemus diligere ex charitate. Reſpon. Dicendum ꝙ in amicitia for

In alio ſcript. vt hic. arti. 7. ſcda ſecundæ vbi ſu. ar. 5. o. De vir. vbi ſu. ad quītū c.

ma diligendi amicum accipitur exẽplariter ex forma diligendi ſeipſum: Nam amicus eſt alter ipſe, vt dicit Philoſophus. Similiter in amicitia ſpirituali quę eſt charitas. Vnde ait. Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Ex hoc ḡ patet ꝙ charitas primo reflectitur in diligendum proprium ſubiectum, & poſtmodũ ad diligendum proximum. Ad illud ergo quod obiicitur de Greg. Dicendum quòd Gregorius dicere intendit ꝙ non poteſt eſſe charitas ad ſeipſum ſolũ, non ꝙ non poſſit eſſe ad ſeipſum. Ad ſecundum quod obiicitur de amore ſui, dicendum ꝙ amor ſui ad exteriorem hominẽ repręhenſibilis eſt vt diligatur in eo vitium non natura, vt in bonis corporis finis voluntatis conſtituatur, ſed quo ad interiorem laudabilis eſt. Ad tertium quod obiicitur de corpore, Dicendum ꝙ quãuis nõ ſit ordinabile per ſe immediate in Deum, tamen ordinabile eſt per animam mediate, & ſic eſt beatificabile, & ſic etiam diligibile.

Expoſitio tex.

Nemo vnquam carnem ſuam.

In alio ſcript. vt hic, circa mediũ. Eph.6. l.9.co. 2.

Contra aliqui ſe interficiunt. Reſpondeo. Hoc non contingit ex odio carnis, ſed ratione alicuius accidentis, inquantum. ſ. vel retardat a vita meliori, vel inquantum detinet in ſtatu aliquo odibili. Oritur hic quæſtio. Videtur ꝙ dilectio angelorum, & beatę virginis, & Chriſti, ſecundum ꝙ homo, non contineatur in dilectione proximi, ſed in dilectione Dei, q̃a ſupra nos eſt q̃ſi influẽs nobis vitam ſpiritualem, quę eſt per gratiã ſeu gloriã. Rñdeo ꝙ ſic neq; angelus, neq; virgo, neq; Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, ſupra nos ſunt, quia eius eſt beatificare, & gratiam dare cuius eſt nos creare, vt dicitur, & ideo ſunt diligẽdi ſicut ſimul nobiſcum participantes a Deo vitam æternã, & in hoc ſunt iuxta nos, quãuis ſint ſupra nos in hoc quòd plenius participant.

Diſtinct. Vigeſimanona.

Poſt prædicta &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. ſa ſc q. 2 ar. 1 De vi q. 2. ar. 9. o.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ charitas ordinem non habeat: Bern. n. dicit. Amor neſcit gradum, dignitatem non cõſiderat. in omni autem ordine eſt gradus. ergo neſcit ordinem. Pręterea. Vbi eſt ordo ibi eſt proportio. ſed inter diligibile creatum & increatum non eſt proportio. ergo nec ordo. Præterea. Ille ordo, aut attenditur ſecundum habitum, aut ſecundum actum: ſi ſecũdum actum, ergo charitas dormientis non eſt ordinata. ſi ſecundum habitũ, ergo charitas nõ eſt vnus habitus, quia ordo nõ eſt in re vna. Ad oppoſitum. Vbi vnũ propter alterum ibi ordo. ſed charitas diligit aliquid propter alterũ, ſicut omnia propter Deum. ergo charitas habet ordinem. Præterea. Actus virtutũ variantur ſecundum exigentiam obiectorũ. ſed obiectum charitatis, quod eſt bonum, ordinem habet, cum quoddã ſit melius altero. ergo &c. Reſpon. Dicendum ꝙ ab eodem actus ſpeciem recipit & menſuram, ſicut ab eodem habet res eſſe ſpecificum & menſuratum. Cum ergo actus charitatis ſpeciẽ recipiat ab obiecto charitatis, quod eſt bonũ, ab eodem recipiet & ſui menſuram. Vnde ſm differentiam boni in diligibilibus oportet quòd ſit ordo, & differentia charitatis, & ideo quia non omnia diligibilia æqualiter participant bonum, nõ ſunt æqualiter diligenda. Ad illud qd obiicitur de Bern. Dicẽdum ꝙ gradus in dilectione dupliciter poteſt attendi. Vno modo: per comparationem diligibilis

ad

ad diligibile & ſic amor habet gradum. Alio modo per comparationem diligẽtis ad diligibile,& ſic dicitur amor gradum neſcire propter fiduciam quã amicus concipit de amico non impediente excellentia gradus. Ad illud de ꝓportione dicendum eſt,ꝙ proportio poteſt eſſe dupliciter. Aut proprie.i.habitudo ſecundum cõmenſurationem quãtitatis: aut cõmuniter.Quælibet habitudo primo modo nõ requirit proportionem ſemper:ſed ſecũdo modo, & ſic eſt proportio inter Deum & creaturã,quãuis non primo modo. Ad illud qd obiicitur de actu & de habitu: Dicendum ꝙ ordo ille actus eſt vt ſuſcipientis.ſ.materialiter,ſed habitus vt agentis.ſ.effectiue.Ordo vero bñ poteſt radicari in vno vt in cauſa,in altero vt ſubiecto.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ordo charitatis non ſit attendendus ſecundum affectum ſed ſecundum effectum. Sicut ſe habet fides ad credenda,ſic charitas ad diligenda. ſed fides,eo quòd per eandem rationem pri mæ veritati credit quęcũq; credit,ęqualiter credit omnia.ergo , a ſimili,charitas , eo ꝙ per eandem rationem diligit quęcũq; diligit,ęqualiter diligit omnia. ergo non habet ordinem ſecũdum affectum. Præterea. Diligere ex affectu aliquem,hoc eſt velle ei bonum.ſed omnibus vult charitas idem bonum.ſ.Deum. ergo omnes æquali affectu diligit. Prę terea. Ordo charitatis eſt in pręcepto. ſed præcepta. non obligant quantũ ad affectum , quia dum exhibeam vnicuiq; quod debeo , etſi ſine affectiõe faciam, non ſum reus præcepti. ergo ordo charitatis nõ attenditur ſecundum affectũ. Contra.1.Ioan.3. Filioli nõ diligamus verbo vel lingua,ſed opere & veritate. ergo charitas vera ordinat , & opus , & affectum. Præterea. Probatio dilectionis eſt exhibitio operis,vt dicit Grego.ergo non tantum ad ordinem dilectionis pertinet motus dilectionis interior:ſed etiam motus exterior. ergo ordo charitatis,pertinet ad affectum,& effectum. Reſpon. Dicendum ꝙ in affectu ordo poteſt eſſe dupliciter.Vno modo.ſecundum quantitatem boni qd deſideratur alicui ,& ſic in affectu charitatis non eſt ordo,quia omnibus vnum bonũ optatur.Alio modo ſecundum intenſionem actus,& ſic ordo charitatis attendẽdus eſt , & quantum ad affectum,.& effectum ęqualiter omnibus paribus : Et rõ eſt quia effectus exterior nõ pertinet ad charitatem niſi inquantum ex affectu ꝓcedit,in quo primo eſt charitatis actus. Vnde cum charitas ordinata præcipiatur,oportet ꝙ ordo in affectu obſeruetur,& ex affectu in effectum prodeat,ita ꝙ ei qui plus ex affectu diligitur magis in effectu impendatur omnibus paribus. Sed quia quandoq; illi qui magis diligũtur ex affectu noſtris auxiliis non indigent,ideo magis prouidẽdum eſt minus dilectis indigentibus. Ad quod ergo primo obiicitur de fide, Dicẽdum ꝙ nõ eſt ſimile,quia ratio credendi non eſt veritas prima ſecundum ſe accepta, ſed vt annũciata:Sub ęquali vero certitudine in omnibus articulis eſt annunciata.Bonitas vero prima nõ ęqualiter eſt ab omnibus diligendis participata. Ad ſecundum obiectum quod omnibus vult charitas idem bonum:Dicendum quòd quãuis velit bonum idem ſecundum ſubſtãtiam omnibus,non tamen eadem intentione affectus. Ad tertium quod obiicitur de præcepto,Dicendum quòd ille qui impendit quod debet alicui ſine affectu , quãuis non ſit reus præcepti quod eſt de actu iuſtitiæ, eſt tamen reus pręcepti quod eſt de actu charitatis.Vnde ad Roma.1.reputatur in vitium, ſine affe-

ſcđa ſę q.26. ar.6.o. De vir. q.1.ar 9.o.

ctione eſſe, quod intelligẽdum eſt de affe ctu voluntatis, non ſenſualitatis.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. arti. 6. ꝑa ſcdę q. 26. arti. 6. & 7. o.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ex charitate homo debeat magis diligere extraneos q̃ ꝓpinquos: Charitas enim fundamentum habet honeſtũ. ſed maior honeſtas inuenitur quã doq; i extraneis q̃ in ꝓpinquis. ergo magis diligendi ſunt ex charitate. Pręterea. Effectus reſpondet affectui. ſed in aliquibus. i. collatione beneficiorum eccleſiaſticorum debemus maiorem affectum amoris oſtendere ad bonos extraneos q̃ ad propinquos malos. ergo magis diligendi ſunt ex affectu extranei q̃ propinqui. Pręterea. Auguſt. dicit. Boni extranei, malis filiis præponendi ſunt. ergo magis diligendi. Contra. Ad Gal. 6. Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei. ergo propinqui præferendi ſunt extraneis. Pręterea. 1. ad Ti. 5 Qui ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet fidem negauit, & eſt infideli deterior. ergo magis habenda eſt cura propinquorum q̃ aliorum. Reſpon. Dicendum quòd in amore duo ſunt conſideranda. Vnum eſt approbatio qua amãs approbat amatum, & complacet ſibi in eo. Aliud eſt deſiderium quo aliquis optat bonum amato in amore beneuolentiæ. Primum debetur amato ratione bonitatis; ſed ſecundum ratione propinquitatis, quia deſiderium eſt rerum ad nos ptinentium. Quãto autem propinquiores ſunt nobis, tanto magis eorum bona ad nos pertinent. Sic ergo quantum ad primum ſemper meliores diligendi ſunt, vt. ſ. magis approbentur, ſed quantum ad ſecundum, propinquiores, vt eis vehemẽtiori affectu bona deſideremus, & ſic etiã in effectu amicitiæ debet eſſe ordo. Secundum vero effectum qui eſt ad ſalutẽ ſiue animæ ſiue corporis neceſſarius requiritur ordo ex debito, non tamen ex parte aliorum effectuum: Si tamen ſint beneficia priuata, requiritur de cõgruo, ſi publicum non ſic, quia in huiuſmodi beneficiorum collatione debet reſpici cõmunis vtilitas, non coniunctio perſonalis, & magis in eccleſiaſticis q̃ in ciuilibus. Quod ergo obiicitur ꝙ fundamẽtum charitatis eſt honeſtum: Dicendum eſt ꝙ extranei inquantum cõmunicant nobiſcum in operibus honeſtis ſic magis ſunt diligendi, inquantũ vero in origine naturæ, propinquiores & parentes magis, non inquantum mali, ſed ad hoc vt ſint boni. Vel dicendum ꝙ ratio probat meliores magis diligẽdos amore approbante, & non bonũ illis deſiderante. Ad ſecundum quod obiicitur de collatione beneficiorum, dicendum ꝙ ordo beneficiorum eccleſiaſticorum non tantum attenditur penes ordinem charitatis ad proximum hunc vel illum, ſed potius ad totam eccleſiam, & ad Chriſtũ. ſ. ſecundum ordinem eccleſiaſticæ vtilitatis. Ad tertium quod obiicitur de Auguſt. Dicẽdum ꝙ hoc intelligitur in collatione eccleſiaſticorum beneficiorũ nõ temporalium, quia illa reſpiciunt vtilitatem eccleſiæ, hęc neceſſitatem naturę, vel perſonę.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. ar. 8. & 9. De virt. ar. 10. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ omnes teneantur habere charitatem perfectam. 1. Ioan. 3. Si Chriſtus pro nobis animam poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. hæc autem perfectio charitatis eſt, quia maiorem charitatem nemo habet q̃ vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. ergo tenemur omnes perfectam charitatem habere. Pręterea. Greg. In via Dei non progredi regredi eſt. ſed omnes tenentur non regredi. ergo tenẽtur ad perfectionem tendere. Pręterea. Quilibet magis tenetur diligere proxi-

mum

mum ꝙ corpus proprium.ſed ponere vi
tam corporalem pro fratribus eſt perfe
ctæ charitatis.ergo tenetur quilibet ha-
bere perfectam charitatem. Contra.
Sufficit ad ſalutem habere charitatem,
ergo non eſt neceſſe habere perfectam
charitatem. Præterea. Perfecto
nõ eſt poſſibilis additio.charitas in via
ſemper poteſt augeri.ergo nũquam po
teſt perfici. Reſpon. Dicendum ꝙ du
ſcdā ſe plex eſt perfectio charitatis viæ.Vna eſt
q. 186 ſecundum intenſionem,vt.ſ. perfecte di
a. 2.ad ligat.Alia ſecundum obiecta vel opera,
ſecũdũ vt perfecta faciat.Vnaquæq; harum au
Scdæ tem perfectionum dupliciter attenditur
Cor.13 in charitate. Vno modo quantum ad
.3.Co. eſſe,inquantũ eſt perfecta in ſpecie ſua,
1.Heb. & ad hãc omnes tenentur, quia ſine hac
5.le.1. non poteſt eſſe charitas. Alia eſt perfe
co.3. ctio quantum ad bene eſſe, & in hac per
fectione,ſecundum aliquos, diſtinguen-
dum eſt,quia ad perfectione quæ eſt per
intenſionem tenetur quis tendere, q̃uis
non teneatur eam habere, ſed ad perfe-
ctionem quæ eſt ſecundum obiecta ſeu
opera non tenetur ſimpliciter quis, nec
tendere,nec eam habere,ſed tenetur eã
non contemnere,nec contra eam ſe fir-
mare,ſed tñ tenetur in caſu ad aliqua
opera perfectionis operibus ſicta. Ad
ſcda ſe illud quod primo obiicitur de Io. Dicẽ
q. 26. dum ꝙ ponere animam pro fratribus
ar.5 ad quandoq; eſt de neceſſitate ſalutis, ſicut
ter. cum cura fratrum eſt nobis commiſſa.
Vel quando ex nobis non poteſt aliter
vitari quin proximos ſcandalizemus ꝙ
mortem ſuſtinendo,& ſic loquitur Ioã.
Quandoq; vero eſt de perfectione chari
tatis,ſicut cum quis ſponte ſe offert ad
mortis periculum pro ſalute proximo-
rum,& ſic loquitur dominus in euange-
lio. Ad ſecundum quod obiicitur de
Greg.Dicendum quòd ad perfectionem
patriæ tenemur tendere,nec ex hoc ſeq
tur ꝙ teneamur eam in præſenti habe-
re,ſed laborare vt in futuro habeamus.
Secundum alios tamen tenemur tende-
re ad perfectionem charitatis, quantum
ad bene eſſe ſecundum intenſionem, nõ
ſecundum opera. Ad tertium qđ obii
citur de corpore noſtro,Dicendũ ꝙ mo
ri pro fratre dupliciter contingit, aut
pro ſalute eius & vtilitate,& hoc eſt per
fectionis,aut pro neceſſitate quia aliter
non poteſt fieri,& hoc eſt neceſſitatis.

Expoſitio tex.

Multorum charitas

inordinata eſt. Charitatẽ hic large pro In alio
quacũq; dilectione ponit. Qui ſi boni ſcript.
ſint malis filiis præponendi ſunt. Non vt hic.
in illis quæ ad naturalem cõmunicatio-
nem pertinent, ſicut eſt hæreditatis diui
ſio,& educatio,& huiuſmodi.

Diſtinct. Trigeſima.

Hic quæri ſolet.

Queſtio vnica.
Articulus primus.

Hic primo quæritur vtrum teneantur
omnes ad diligendum inimicos, & vide- In alio
tur ꝙ non.Luc.6.Diligite inimicos ve- ſcript.
ſtros.dicit glo.Hoc perfectorum eſt.ſed vt hic.
ad ea quę ſunt perfectorum non omnes ſcda ſe
tenentur.ergo ad dilectionem inimico- q. 25.
rum non omnes tenentur. Præterea: ar.8.o.
Matth.14. Accipiens Ieſus panes. dicit De vir.
glo.Non alia ꝙ quæ ſcripta erant præ- q.2.ar.
dicat, ſed legem & prophetas grauia 8.o.
eſſe demonſtrat. ſed in ve.le.non tenebã
tur homines ad diligendum inimicos.
Matth.5. dictum eſt antiquis. Diliges
amicum tuum,& odio habebis inimicũ
tuum.ergo nec modo tenemur ad dile-
ctionem inimicorum. Præterea. Cha
ritas facit voluntatem hominis volunta

ti diuinæ conformem.ſed Deus odit aliquos,ſicut dicitur Malach. 1. Eſau odio habui.ergo licet odio aliquos habere, & ſic inimicos. Contra.Luc.6. Diligite inimicos veſtros.glo.Non ſufficit nõ odiſſe,ſed quod ſupra naturam eſt,præcipimur diligere.ergo ad hoc tenemur. Præterea. Tenemur diligere proximũ ex pręcepto Dei. ſed nomine proximi intelligitur omnis homo,vt dicit Aug. in lib.de.10 cor.ergo &c. Reſpond. Dicendum ꝙ affectus dilectionis eſt duplex,primus innocentiæ,ſecundus beneficentiæ.Primo affectu tenemur diligere omnes inimicos ne optemus eis mala,inquãtum mala ſunt.i.per ſe:ſed mala inquantum eis expedientia vel eccleſiæ vel reipublicæ fore credimus per accidens optare poſſumus. Secundus duplex eſt,quia vnus eſt principalis quem charitas primo & per ſe elicit,vt optare dilecto bona ſpiritualia.ſ.gratiã & gloriam,alter quem ſecundario & per accidens elicit,ideo nec ſemper,quia nõ ſem per expedit dilecto,vt optare ei bona temporalia.Primo modo tenemur affectu diligere inimicos,ſecũdo modo nõ, ſed minus ſecundo modo debemus diligere inimicos eccleſiæ q̃ perſonæ:Nam illis optare proſperitatem temporalem imperfectionis eſt potius q̃ perfectiõis, niſi per accidens,inquantum.ſ.beneficiis attrahi ſperantur ad eccleſiæ deuotionem.Inimicis autem perſonę optare bona temporalia perfectionis eſt, niſi per accidens, inquantum putantur eis vel aliis fore nociua. Ad quod ergo primo obiicitur ꝙ diligere inimicos perfectorum eſt:Dicẽdum ꝙ hoc intelligitur de dilectione beneficentiæ, ſecundum modum dictum. Ad illud,Dictum eſt antiquis,&c.Dicendum ꝙ de inimico eccleſiæ dictum erat eis in lege, quantum ad dilectionem beneficentiæ in temporalibus,ſed de inimico perſonæ non niſi ex praua doctorum interpretatione. Ad tertium quod obiicitur ꝙ charitas conformat voluntatem noſtram diuinæ,Dicendum ꝙ Deus non vult malum alicuius,loquẽdo de malo culpæ,ſed permittit,& hæc permiſſio bona eſt. Malum autem pœnę,cuius eſt author,vult non in quantum malum,quia non delectatur in pęnis,ſed inquãtum iuſtum,& ſic nos poſſumus velle.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ omnes teneantur ſigna beneficentiæ inimicis oſtendere.Luc. 6.Diligite inimicos veſtros.dicit glo.Eccleſia ꝓ inimicis tria facit, diligit, orat, & benefacit.ſed membrum eccleſiæ tenetur ad faciẽdum ſimile quod facit eccleſia.ergo non eſt membrum eccleſię q̃ hoc non facit. Præterea. Similiter pręcipitur Mat.5.diligere inimicos, & benefacere eis.ergo eadem ratione homines obligantur ad vtrũq;.ſed ad primum omnes tenentur.ergo & ad ſecundum. Præterea. Abnegare homini ſigna familiaritatis,& ſua beneficia,quædam vindicta videtur.ſed homo tenetur ſe non vindicare,ſicut patet Roma.12. Non voſmetipſos vindicantes. ergo tenetur homo non ſubtrahere ſua beneficia inimicis. Contra, Matth. 5. dicit glo.ſuper verbo illo,Diligite inimicos, ꝙ benefacere inimicis, & orare pro eis eſt cumulus perfectionis.ſed ad illa quæ ſunt perfectionis nõ oẽs tenentur.g̃ nec ad præſtandũ inimicis bñficia.Pręterea. Eccleſia indicit bella contra tyrannos, & perſecutores ſuos.ergo licet inimicis malefacere.ergo non tenemur eis bñfacere. Reſpon. Sicut eſt in affectu, ita in effectu ab eo procedẽte diſtinguẽdum : Nam ad effectum innocentiæ omnes tenentur vt inimicis mala nõ inferant,

In 2 ... ſcri... vt ... ſed ... q. ... ar.9. Ro. ... l.3.c... 5.

ferant, niſi forte per accidens propter
ſcda ſcę bonum perſonæ vel reipublicæ. Quo
q. 83. ad effectum beneficientiæ diſtinguendū
ar.8.o. eſt, quia tenemur eis benefacere benefi-
De vir. cio ſpirituali neceſſario ad ſalutem, &
q.2.ar. pro eis orare non in ſpeciali, ſed in cō-
8.o. muni, ſic non excludendo eos ab ora-
tionibus noſtris cōmunibus. Temporali
autem beneficio, non tenemur niſi in ca-
ſu neceſſitatis, & tunc eſt magis opus iu-
ſtitiæ q̃ amicitiæ, extra caſum vero ne-
ceſſitatis in ſtatu opportunitatis non te-
nemur. Circa hoc tamen, ſecundum ali-
quos, eſt diſtinguendum, quia aut eſt ini-
micus eccleſiæ aut perſonæ. Inimico pſo-
næ benefacere perfectionis eſt, niſi p ac-
cidens, inquātum ipſum beneficium vel
ſibi vel alteri occaſionaliter nociuū eſt:
Vt ſiius enim, vt ait Aug. eſurienti panis
ſubtrahitur, ſi de cibo ſecurus iuſtitiam
negligat, q̃ eſurienti panis frangitur vt
iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat. Inimico
vero eccleſiæ beneficium ſubtrahere pfe-
ctius eſt, niſi per accidens, inquantū ipm
beneficium eccleſię fore ſperatur vtile,
vt quando per beneficia ſperatur recō-
ciliandus eccleſiæ. Ad quod ḡ primo
obiicitur de glo. Luc. 6. Dicēdum quòd
illa tria eccleſia facit, ſed differenter in
diuerſis membris: Nam diligere, facit ex
præcepto in omnibus, benefacere bene-
ficio temporali, & orare ſpeciali oratio-
ne facit ex conſilio in ſolis perfectis.
Ad ſecundum quod obiicitur de ſimili
forma præcipiendi, Dicendum ꝙ quāuis
forma ſit eadem, nō tamen ratio, & prę-
cipientis intentio. Ad tertium q̄d obii-
citur de abnegatione ſignorū, & benefi-
ciorum, Dicendum ꝙ negare homini ſi-
gna familiaritatis quando neceſſitas ex-
peteret, eſſet vindicta, vel etiam quando
veniam peteret, vel quando ſe ille q ho-
ſtis habetur ad familiaritatem īgereret,
& ſi habeatur præſumptio quod nō ficte
vel irriſorie faciat, quia tunc diligit, &
inter inimicos non eſt deputandus, ſicut
aliqui dicunt, ſed ꝙ aliquis vltro ſe ad
familiaritatem inimico ingerat hoc per-
fectionis eſt. Ad quartum quod obiici-
tur in contrarium de glo. Dicendum ꝙ
hoc intelligitur de beneficio temporali
in caſu opportunitatis, non tamen ne-
ceſſitatis. Ad quintum quod obiicitur
de conſideratione Philoſophi: Dicen- Hęc rñ
dum ꝙ quando oppoſitum dicitur de ſio tā i
oppoſito per ſe. ſ. inquantum oppoſitū ātiquo
eſt, tunc tenet conſideratio, ſed non quā- exēpl.
do dicitur de oppoſito inquantum con- hr ḡ in
uenit propoſito, ſicut cum viſibile dici- impſſo
tur de albo, inquantum conuenit cū ni- cū rñ ſ
gro, non inquātum ei opponitur: Simi- neutro
liter benefacere dicitur de amico, inquā- hēatur
tum cōuenit cum inimico. ſ. ratione na- argm̄.
turæ cōmunis, ſed confidere vel ſecreta
cōmunicare conuenit, inquātum oppo- Hęc rñ
nitur inimico. Sextum autem concedē- ſio adſe
dum eſt, quia inimicis eſt malefaciēdum cūdū ſ
cum ab eccleſia exponūtur, vt ſic ad bo- oppoſi
num amicitiæ cōuertātur, vel ſi incorri- tum, in
gibiles ſunt, vt alii in pace conſeruētur. ātiquo

Articulus tertius.

exēpl.
AD tertium ſic proceditur, & vr ꝙ nhrj, ſed
maioris meriti ſit diligere inimicū tm ſ im
q̃ amicum. Matth. 5. Dominus di- pſſo.
xit. Si dilexeritis eos qui vos diligunt In alio
quā mercedem habetis? ſed meritum di- ſcript.
citur reſpectu mercedis. ḡ maioris meri- vt hic.
ti eſt diligere inimicum q̃ amicum. ſcda ſcę
Præterea. Grego. Seruitia quanto mi- q. 27.
nus debita, tanto magis grata. ſed ſerui- ar.7.o.
tium quo ſeruitur Deo in dilectione ini-
micorum eſt magis indebitum. ergo ma-
gis Deo gratum. Præterea. Principiū
meriti in gratia conſiſtit. ſed dilectio ini-
micorum eſt opus ſolius gratiæ, dilectio
amicorum eſt opus etiam naturæ incli-
nantis. ergo illud magis gratuitum. er-
go magis meritorium. Contra. Mi-
nus bonum dimittendum eſt pro maio-
ri bono, ſed nō econuerſo. ſed in ęquali

neceſſitate magis eſt opus dilectiõis amico q̃ inimico impendẽdum. ergo magis eſt diligendus. Præterea. Peius eſt odire amicos q̃ inimicos. ergo a contrariis, melius eſt diligere amicos q̃ inimicos. Reſpon. Dicendum ꝙ comparatio poteſt attendi vel quantum ad habitus, vel quantum ad actus. Si quantũ ad habitus, ſic cõſtat perfectiorem eſſe illũ habitum quo inimicus diligitur, cum includat etiam amicorum dilectionẽ: quia qui inimicos diligit, multomagis amicos. Si autem attendatur comparatio quantum ad actus, tũc actus iſti poſſunt comparari, vel quantum ad ipſa diligibilia, vel quantum ad rationem diligendi. Si ad diligibilia, ſic melius eſt diligere amicum: Si quantum ad rationem diligendi, ſic cum in dilectione inimici ratio eſſe non poſſit niſi Deus, in dilectione vero amici ſit aliqua ratio temporalis, pręfertur quantum ad hoc inimicorum dilectio, & pro tanto maioris meriti eſſe dicitur, quia meritum conſiſtit in hoc ꝙ actus noſtri referantur in Deum. Si tamen amicus diligeretur ex ęquali vel maiori Dei charitate, vel econuerſo, inimicus propter aliquid aliud q̃ propter Deum diligeretur, comparatio prędicta ceſſaret. Sed huiuſmodi comparationes fiunt ſecundum ea quæ frequentius accidere ſolent. Ad illud ergo qđ opponitur de minori bono: Dicendum ꝙ minus bonum dimittendum eſt ꝓ maiori, cęteris paribus, ſed vbi minus bonũ eſt magis debitum q̃ maius nõ eſt dimittendum pro maiori. Dilectio vero amicorum magis eſt debita q̃ dilectio inimicorum, & ſic magis meritoria. Ad illud quod peius eſt odire amicos quàm inimicos: Dicendũ ꝙ in his quæ ſe habent ex additione potius tenet cõſequentia in contrario q̃ in ipſo: Nam quãuis viuere ſit melius q̃ eſſe, tamen non eſſe peius eſt q̃ non viuere. Diligere inimicos quo ad conatum voluntatis ſe habet ex additione ad diligere amicos. Vnde quãuis diligere inimicos ſit melius, tamen odire amicos eſt peius. Prima tria argumenta concedenda ſunt quia ꝓbãt veritatem.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ meritum non cõſiſtat in charitate pricipaliter: Dicitur enim gratia eſſe principium merẽdi. ſed charitas nõ eſt idem ꝙ gratia. ergo non conſiſtit meritum principaliter penes charitatem. Pręterea. Nullus meretur niſi iuſtificatus. ſed fidei eſt iuſtificare, vt patet Rom. 5. ergo apud ipſam præcipue eſt virtus merendi. Præterea. Charitas minuit difficultatem operis circa meritũ. ergo non eſt principaliter merendi radix. Contra. Illud videtur radix merendi eſſe ſine quo nullum meritum valet. ſed charitas eſt huiuſmodi, vt patet .1. ad Corin. 13. ergo charitas eſt radix merendi. Præterea. Illud eſt radix merendi quod opponitur omni demerito. charitas eſt huiuſmodi. ergo &c. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut in oculo principium primum & remotum videndi eſt anima, principium propinquum, ſed nõ immediatum, potẽtia viſiua, principium proximum bona diſpoſitio organi. ſ. lux, ſic in anima primum & remotum principium merendi eſt gratia, quæ ponit animam in ſtatu merendi, principium propinquum, ſed non immediatum, habitus cuiuſlibet virtutis, ſed principium propinquum & immediatum charitas, & in ratione ſubiecti, quia forma eſt voluntatis in qua eſt principium totius meriti, & in ratione obiecti, quia obiectum eius eſt finis vltimus ex cuius intentione eſt perfectio totius meriti. Ad illud de gratia: Dicẽdum quod gratia eſt remotũ principium, non immediatum. Ad qđ obiicitur de fide: Dicendum ꝙ nec actus fidei

In alio ſcript. vt hic ar. 5 ſcđ ſ. q. 114. a. 4. o.

ſ. q. 113. a. 4. ad

fidei, nec aliarum virtutum ſunt iuſtificā
pr.Ro. tes, niſi inquantum ſunt informati chari
1.l.6. tate. Ad illud de difficultatę: Dicen
co.3. dum ꝙ difficultas operis proprie nō fa
In alio cit ad meritum, niſi dimiſſionis pœne p
ſcript. modum cuiuſdam cōmutationis, ſed q̄ſi
vt hic. per accidens, inquantum auget conatū
ar.5.o. voluntatis. Charitas vero facit maio
p.p.q. rem inclinationem volūtatis, vnde ipſa
95.ar. auget meritum, & quanto maior eſt co
4.c.Pa natus, maius eſt meritum reſpectu præ
ſcdę q. mii accidentalis, quod reſpicit ipſum a
132ar. ctum non reſpectu pręmii eſſentialis, qa
2 ad p. quantitas eius reſpicit quantitatem ha
De ver. bitus charitatis. Vel aliter dicendum ꝙ
q. 26. duplex eſt facilitas. Vna quæ prouenit
ar.6 ad ex promptitudine voluntatis, & hæc nō
octa.& minuit meritum ſed auget, & hanc facit
ad xii. charitas. Alia quæ eſt ex natura operis,
Ro.8 l. & talem non facit charitas. Hæc autē di
5.co.1 minuit meritum.
1.Cor.
3.l.2. Expoſitio tex.
co.1.

An vnus & idē mo

In alio tus. Contra. Non poteſt anima ſimul
ſcript. multa appręhendere, vt plura. ergo nec
vt hic. diligere. Reſpon. Dicendum quòd loquitur de vnitate motus in vtrūq; in generali, non in ſpeciali. i. de vnitate, non ſecundum numerum, ſed ſecundum ſpeciem. Igne peccator ibi feruentior. Contra. Motus charitatis vnius noui tii eſt feruentior motu charitatis viri perfecti aliquando. Reſpond. Dicendum ꝙ feruor qui eſt de intentione finis facit actum meliorem, qui vero ex aliqua diſpoſitione ſubiecti vel obiecti, non oportet. Verba ſponſionis cuius. Contra. Ergo peccator dicens, Pater noſter, peccat qui promittit quod non facit. Reſpon. Dicendum ꝙ non peccat, quia non dicit in perſona propria, ſed in perſona ecclesię.

Diſtinct. Trigeſimaprima.

Illud quoq; &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ chari tas ſemel habita non poſſit amitti: Ma In alio
ius enim eſt deſtruere iam exiſtens q̄ reſi ſcript.
ſtere aduenienti. ſed charitas omnis de vt hic.
ſtruit peccatum exiſtens in eodem ſubie ſcda ſę
cto. ergo multomagis reſiſtit aduenien q.24ar
ti. Præterea. Si charitas a peccato 11.o.
deſtruitur, aut ergo a peccato non exi De vir.
ſtente in eodem ſubiecto, aut ab exiſten q.2.ar.
te in eodem ſubiecto. Si non ab exiſten 12.o.l.
te, Contra. Quod non eſt, non poteſt cor.13
agere, & ita peccatum, quod non eſt, nō l.3.co.
poteſt charitatem expellere. Si ab exiſtē 1.
te, ergo oppoſita ſimul ſunt in eodē, qđ eſt falſum. ergo charitas non deſtruitur. Præterea. Si deſtruitur, aut actione alterius, aut proprii ſubiecti. Si alterius, Contra. Solus Deus agere poteſt in li be. arbi. quia ipſe tantum ſuperior eſt. Deus vero non eſt cauſa deſtructiua bonoꝝ, ſed proprii ſubiecti. q̄ &c. Contra. Motus in vnoquoq; ſecundum naturam fit prędominantis. in omni habente charitatem ipſa eſt prædominans. ergo omnes motus fiunt ſecūdum naturā ipſius. ſed quod ſecundum naturam alicui eſt, ipſum non deſtruit. ergo actione ſubiecti charitas non deſtruitur. Contra. Apoca. 2. Habeo aduerſum te pauca, quia charitatem primam reliquiſti. ergo charitas poteſt amitti. Præterea. Quicūq; non poteſt peccare habet libe. arb. confirmatum. ſed nō omnis qui habet charitatem hēt li. ar. confirmatū. ergo aliquis habens charitatem pōt peccare. ſed per peccatum amittitur charitas. ergo poteſt amittere charitatem. Reſpond. Dicendum ꝙ omnis forma eſt in materia ſibi proportionata, & de

bite diſpoſita: Deſtructa ergo debita diſpoſitione, deſtruetur forma, ſicut debito temperaméto corporis deſtructo deſinit in eo eſſe anima: Debita autem diſpoſitio hominis ad gratiam eſt eius cõuerſio ex toto corde ad Deum: Deſtructa ergo prędicta diſpoſitione deſinet in eo eſſe gratia, ſeu charitas. Per omne autem peccatum mortale prędicta diſpoſitio perditur, quia peccatũ eſt auerſio ab incõmutabili bono, & conuerſio ad cõmutabile bonum, & ideo per omne peccatum mortale deſinit in homine eſſe charitas. Ad quod primo obiicitur in cõtrarium quod maius eſt deſtruere iam exiſtens, Dicendum ꝙ ipſa charitas de ſe reſiſtere poteſt, ſed ſubiectũ ſe charitati ſubtrahit, & contrario ſuperuenienti ſe ſupponit. Ad ſecundum. Aut a peccato exiſtente, Dicendum ꝙ a peccato exiſtente quod quidem charitatem deſtruit, non actiue, ſed formaliter, & ideo in eodem inſtanti quo culpa eſſe incipit, charitas eſſe deſinit, & ſic nõ ſunt ſimul. Ad tertium de actione: Dicẽdum ꝙ deſtruitur actione proprii ſubiecti, & quod dicitur, omnis motus eſt per naturam prædominantis, hoc intelligitur in motu naturali, non voluntario. Vel dicendum ꝙ charitas in habente prędominatur ſemper habitu, ſed non actu.

In alio ſcript. vt hic, q.2.ar.1.0.pr. ſcdæ q. 67. ar. 3.4. & 5.0. ꝑa ſcdæ q. 18.art. 2.0.De vir.q.4 ar.4.0.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ fides non euacuetur. Adueniente lumine maiori nõ deſtruitur lumen minus. ergo nec lumen fidei adueniente lumine gloriæ. Præterea. Nihil deſtruitur niſi a ſuo contrario. ſed fidei, quantum eſt ad genus cognitionis, cognitio patriæ non opponitur. ğ quantum ad genus non tollitur. Præterea. Videtur ꝙ nec ſpes. Magis opponuntur habitus gratuiti culpę q̃ glorię. ſed ſpes per culpam non tollitur. ergo nec ꝑ gloriam. Præterea. Sicut ſe habet ſpes ad ſaluatos, ſic deſperatiõ ad dãnatos. ſed in damnatis manet deſperatio. ergo ſpes in ſaluatis. Contra. Habitus ſimplices formæ ſunt. ergo quando deſtruũtur, totaliter deſtruuntur. ſed fides quo ad ęnigma, ſpes quo ad expectationem, deſtruuntur. ergo totaliter. Præterea. Ad Rom. 8. Quod enim videt quis, quid ſperat? ergo nõ poteſt eſſe de viſis intellectui, ſicut nec fides. ſed in gloria videntur omnia ſperanda, & credenda. ergo in ea fides, & ſpes euacuabuntur. Reſpon. Quod ſtatus gloriæ eſt perfectus, ſtatus vię imperfectus. Quæ ergo imperfecta ſunt, quis hæc ſint in ſtatu viæ, non tamen erunt in ſtatu glorię. Sũt autem quidam habitus in ſtatu viæ qui habent imperfectionem eſſentialem, quæ. ſ. conuenit eis ſecundum rationem propriæ ſpeciei, quidam qui accidentalem. Primi totaliter tollentur, ſecũdi manebũt, ſed perficiẽtur. Quia ergo fides ratione ęnigmaticæ cognitionis, ſpes ratione carentiæ rei expectatę eſſentialiter ſunt imperfectæ, ideo in patria eſſentialiter tollẽtur adueniente clara viſione, & pręſentia rei expectatæ. Ad primum q̃d obiicitur de lumine, Dicẽdum ꝙ vbi minus lumen maiori non opponitur, manet, vt in luminibus corporalibus, ſed vbi opponitur non manet, vt contingit in aliquibus luminibus ſpiritualibus. Sic autem ſe habet fides, & viſio. Ad ſecundum dicendum ꝙ deſtructio, cum ſit actus naturæ, non reſpicit genus vel ſpeciem quę ſunt rationis, niſi ex conſequẽti: Reſpicit enim primo particularia, quibus deſtructis ex conſequenti deſtruuntur genera & ſpecies, prout ſunt in eis. Secundum alios tamen fides quantũ ad genus cognitionis in patria non deſtruitur. Sed hoc eſt impoſſibile, ſi intelligatur ꝙ eadem numero cognitio ſit fides viæ, & viſio patriæ, ſicut nec homo, & aſinus poſſunt eſſe idem animal numero:

ꝑa ſcdæ q.4.ar. 4.ad ꝑ. De ver q. 27 ar.5 ad ſex.

Si

Si vero intelligatur ꝙ non manet eadẽ cognitio numero, ſed genere, hoc in idẽ redit cum eo quod dicit ꝙ fides ſecundum ſubſtantiam ceſſat. Ad tertium dicendum ꝙ vnumquodq; tollitur per ſuum contrarium. Vnde & ſpes tollitur per culpam cõtrariam. ſ. deſperationẽ, non autem per alias culpas quæ nõ opponuntur ei niſi ratione ſuæ formæ. Vnde per eas redditur informis. Sed ſtatus gloriæ opponitur ei quantũ ad ſuã ſpeciem, vt dictum eſt, & ideo eam euacuat. Ad quartum de deſperatione, Dicendum ꝙ non ſimiliter ſe habent: Nam deſperatio auget pœnam damnatorũ, ſpes vero minuit gloriam ſaluandorũ.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar 2. pri. ſcdę. q. 67. art. 6. o. p. cor. 13 l. 3. co 1.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ charitas deſtruatur. 1. Corin. 13. Cum venerit quod perfectũ eſt, euacuabitur quod ex parte eſt. ſed charitas eſt ex parte, quia illud præceptum: Diliges dominum Deum tuum, non totaliter ipletur in via. ergo charitas euacuabitur. Præterea. Qui habet vnam virtutem, habet omnes, ſecundum Hiero. ſed in futuro fides non habetur. ergo nec charitas. Præterea. Ad charitatem pertinet inimicos diligere. ſed ſancti in patria nõ diligent inimicos dãnatos: Eis enim bona gratiæ & gloriæ non optabunt propter conformitatem voluntatis ad Deum. ergo charitas non manet. Contra. 1. ad Corint. 13. Charitas nunq̃ excidit. Pręterea. Perfectæ charitatis eſt inimicos diligere. ſed Chriſtus & ſancti in patria perfectionem habent charitatis. ergo diligent inimicos, & ſic malos, & ita in eis ordo charitatis ſeruabitur. Reſpon. Dicendum ꝙ circa charitatem eſt conſiderare habitum, actum, modum, & ordinem. Habitus, & actus nihil habent imperfectionis, ideo in eis nihil tolletur ſed augebitur. Modus duplex eſt: quantitatis ex parte Dei. ſ. diligere Deum propter ſe & ſuper omnia, & quantitatis ex parte noſtra. ſ. ex toto corde. Primus in pręſenti nõ habet aliquid imperfectionis, Vnde nõ tolletur ſed augebitur: Secundus ex parte ſubiecti, non ſui, imperfectionem habet, & eius imperfectio tolletur. Circa ordinem aũt eſt conſiderare duo. Primo ordinem eſſentialem quatuor diligendorũ ex parte ipſius charitatis ſecundum naturam propriam, ſicut ꝙ ſolet diligere primo quod ſupra nos eſt, & hoc manebit, Et ordinem accidentalem ex parte ſubiecti ſecũdum ſtatum, vt diligere magis propinquos q̃ alios, qui in ſtatu vię nobis amplius iunguntur. Ad primum ꝙ charitas eſt ex parte, Dicendum quòd hoc habet ex imperfectione ſubiecti. nõ ſui, quia imperfectio non pertinet ad rationem propriæ ſpeciei, cum amor ſit tam præſentis q̃ abſentis. Ad ſecundũ ꝙ qui habet vnam &c. Dicendum ꝙ hoc intelligitur in ſtatu vię ſolum. Vel dicẽdum ꝙ hoc intelligitur de virtutibus perfectis ſolum. Ad tertium dicendum quòd charitas refertur tantum ad eos q̃ ſunt in gratia vel gloria, vel eſſe poſſũt, vnde ſe non extendit ad dãnatos, vt ſupra dictum eſt. Diliguntur tamen a ſanctis ex charitate Dei ſicut & dæmones, inquantum. ſ. Dei creaturæ ſunt.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q 2. ar. 4. p. p. q. 89. ar. 5. o. 2. con. c. 81. ad quint. Quol. 12. art. 13 pri. cor. 13 l. 3. co. 2.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſcientia euacuetur. 1. ad Corin. 13. Scientia deſtruetur. ſed accidens quod deſtruitur totaliter tollitur. ergo ſcientia totaliter tolletur. Præterea. Scientia maxime delectabilis eſt. ergo ſi remanebit, habebit plus delectationis minimus bonus Philoſophus q̃ optima vetula. Pręterea. Memoria eſt pars animæ ſenſibilis, ſecundũ Philoſophos. ſed potentia ſenſibilis in morte perit. ergo & memoria. ergo & omnis ſcientia exiſtens in memoria. Contra.

Angeli,& Chriſtus quãuis videat in Verbo,cognoſcunt tamẽ res in propria natura.ergo & ſancti ſimiliter faciet, ergo & in eis erit ſcientia a rebus accepta per quam cognoſcent res in generibus proprijs. Præterea. Dãnati retinent eorũ quæ hic aguntur ſcientiam, vt patet in diuite.ergo magis ſaluati. Reſpon. Dicendum ꝙ in ſcientia eſt conſiderare habitum,actum,& modum. Habitus nõ habet oppoſitionem cum gloria,nec cũ pœna,ideo manebit. Actus non ſic, qa eſt ratiocinationis & inquiſitionis. Hic ceſſabit ĩ beatis,vt dicit Magiſter,& aliũ actum habebunt,quia videbunt veritatẽ rerum per ſimplicem intuitum, non ratiocinatiuũ.In dãnatis autem reſpectu eorũ quæ elici poſſunt ex his quæ ſciũt, forte prędictus actus manebit,ſed ad eorum afflictionem.Modus eſt intelligere cum phantaſmate,qui conuenit ſibi ex parte corporis:Cum enim intelligere ſit actus coniuncti per animam, & corpus non communicet ſibi ex parte actus,qa intellectus non eſt potentia coniuncta organo,oportet ꝙ communicet ſibi ex parte obiecti,cum non ſit poſſibile aliter,& ideo oportet intelligere cum phãtaſmate,quia phantaſma eſt ſpecies corporalis. Separata ergo anima a corpore prædictus modus non remanebit: Similiter nec poſt reſurrectionem, quãdo corpus ſequitur animam,& non ecõuerſo. Ad primum quod opponitur de Apoſtolo,Dicendum quòd ſcientia deſtruetur quantum ad modum,& quantũ ad actum mutabitur,quãuis quantũ ad terminum actus,qui eſt certitudo, & q̃tum ad habitum remaneat. Ad quòd obiicitur de delectatione, Dicendum ꝙ quãuis quo ad hoc habeat Philoſophus maiorem delectationem accidentalem, tamen habebit vetula maiorem ſubſtantialem. Ad tertium de memoria,Dicẽdum ꝙ ſecundum ſanctos,non tantũ eſt memoria ſenſibilis,ſed etiã intellectualis in anima rationali,quæ eſt pars imaginis.

Expoſitio tex.

Quæ ſemel habita ñ

amittitur.i.vix amittitur.Radix omniũ malorum cupiditas. Contra. Eccl. 10.Initium omnis peccati ſuperbia. Reſpond. Vtraq; generaliter,non ſpecialiter accepta, omnis mali radix eſt, ſed differenter, quia ſuperbia in auerſione a bono incõmutabili,cupiditas in cõuerſione ad bonum cõmutabile. Sciẽtia ſecundum ſui actum. Contra. Fruſtra eſt habitus ſine actu. Reſpond. Non dicit habitum manſurum ſine actu, ſed ſine eo qui nunc eſt.ſ.ratiocinatio,quãuis remaneat quantum ad terminum actus,qui eſt certitudo.

In alio ſcript. 2.d.42 q.2.ar. 1.ad ſe pt.& ptri.ſe q. 84. ar.2.&

in locis ſupiori articu. adduc.

Diſtinct. Trigeſimaſecunda.

Præmiſſis adÿciendũ

eſt.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur,vtrum Deus diligat creaturam,& videtur ꝙ non: Amor enim quandam animi paſſionem importat.ſed aliæ paſſiones aiæ vt ira,odium, & huiuſmodi non ſunt in Deo,niſi ſecũdum effectum & ſimilitudinẽ. ergo nec amor. Præterea. Si Deus diligit creaturam,aut ergo fruendo, aut vtẽdo. ſed ipſe nec fruitur creatura,nec eam refert in finem alterum, quia nec creatura eſt eius finis, nec ipſe creatura indiget ad conſequendum aliquem finem. ergo nõ diligit creaturam. Præterea. Amor Dei ad creaturã,aut eſt affectus,aut effectus.ſi affectus,ergo affectio eſt in Deo. ſi effectus,ergo amor ad creaturam nõ eſt in Deo ſed a Deo. Contra. Ioã.3.

In alio ſcript. vt hic. p.p.q. 20.ar. 1.0.p con.c. 90.91. & 4.c. 19.co. 2.

Sic

Sic Deus dilexit mundum,vt Filium ſuũ vnigenitum daret. Pręterea. Amor eſt primum donũ,& ita ratio omnis doni.cum ergo a Deo creaturæ multa dona donentur,& niſi ex amore dari non poſſint,creatura a Deo diligitur. Reſpon. Dicendum ꝙ vnicuiq; habenti cognitionem,amabile eſt proprium bonum.Vnde cum,in Deo ſit ſui cognitio perfecta,amat ſuam bonitatem.Bonum autem alicuius non ſolum dicitur ſecundum hoc quod in ipſo eſt, ſed etiam ſecundum quòd eſt in alio per ſimilitudinem.Vnde cum bonitas quæ eſt in creatura ſit ſimilitudo diuinæ bonitatis, Deus diligit creaturam. Ad quod primo obiicitur de paſſione,dicendum ꝙ amor quandoq; nominat paſſionem ſecundũ quòd eſt in parte ſenſitiua:quandoq; vero non,ſed ſolum operationem voluntatis,ſecundum ꝙ eſt in parte intellectiua,& hoc modo Deo conuenit, non primo. Ad ſecundum dicendum ꝙ Deus non refert ad alium creaturam, ſed ad ſeipſum,& ideo vtitur ea. Ad tertium ꝙ amor Dei ad creaturam, aut dicit affectum &c. Dicẽdum ꝙ ſi affectio nominet paſſionem,ſic non competit Deo, ſi aũt nominet operationẽ affectiuę virtutis.ſ. voluntatis, ſic competit Deo ſicut & velle.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. p. p.q. 20. ar. 2. c.

Ad ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ Deus non diligat omnem creaturam:Deus enim ex charitate diligit quicquid diligit.ſed non omnia ſunt ex charitate diligẽda,vt irrationabilia.ergo Deus non diligit omnia. Prętererea. Nihil idem ſimul diligitur & oditur.ſed deus odit reprobos.Malach. 1. Eſau odio habui. ergo nõ diligit eos. Præterea. Dilectio eſt cauſa electiõis, ſiue ratio.ſed Deus non omnes eligit. ergo non omnes diligit. Contra. Sap. 11.Diligit omnia quę ſunt. Præterea. Gẽn.1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat &,erant valde bona:Secundum Aug.autem per hoc ſignificat ꝙ omnia approbauit.ſed nihil approbatur niſi qd amatur.ergo Deus omnia amat. Reſpon. Dicendum ꝙ duplex eſt dilectio, quędã generalis qua quis vult alteri bonũ qdcunq;,quædam vero ſpecialis, qua vult alteri bonum,ꝙ ſibi conuiuat,& hæc eſt dilectio amicitiæ.Prima dilectione Deus diligit omnia,quia voluntas eius cauſa eſt in eis omnium ſuorum bonorum. Secundo modo diſtinguendum eſt ꝙ voluntas Dei duplex eſt, quædam antecedens quæ reſpicit naturam,quædam cõſequens quæ reſpicit meritorum exigentiam.Primo modo Deus diligit dilectione amicitiæ omnem creaturam rationalem,ſecundo modo ſolos electos. Ad primum,Deus diligit ex charitate, Dicẽdum ꝙ Deus diligit omnia.i.creaturas irrationales & ex charitate diligit, non ſicut charitatem habens ad illa,ſed ſicut ordinans ea ad illa ad quę charitatẽ habet. Ad ſecundum de odio,Dicendum ꝙ idem ſecundum idem non diligitur & oditur. Vñ in peccatoribus aliud odit Deus.i.peccatum,aliud diligit, vt naturam. Ad tertium ꝙ dilectio eſt cauſa electionis, Dicendum ꝙ verum eſt de dilectione amicitię quę ſequitur voluntatem conſequentem, & hac non omnes diligit.

p. 1. p. q. 110. ar. 1. c. De ver. q. 27. ar. 1. c. De vir. q. 2. ar 7. c.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. p. p.q. 20 ar. 2 ad ſe. 4 con. c. 23. ad non.

Ad tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ Deus non diligat creaturam ab ęterno: Dilectio enim non eſt niſi boni.ſed creaturæ non fuerunt bonæ ab æterno.ergo non diligit eas ab ęterno. Præterea. Dilectio Dei ad creaturam ſignificat eſſentiam,& connotat effectum in creatura. omne tale attributum dicitur de Deo ex tempore,vt creator,dominus.ergo & dilectio creaturæ. Præterea. Amans vult eſſe

amatum.ſed Deus non volebat creaturas eſſe antequã eſſent, quia ſi voluiſſet eas eſſe,fuiſſent.ergo nõ amabat eas antequam eſſent. Contra. Electio ſequitur dilectionem.ſed ſanctos ab æterno elegit.Ephe.1. Elegit nos ante mundi conſtitutionem.ergo ab ęterno eos dilexit. Pręterea. De non ſciente Deus ab æterno non potuit fieri ſciens. ergo nec de non diligente diligens.ergo quoſcunq; diligit,ab ęterno diligit. Reſpõ. Dicendum ꝙ dilectio Dei dupliciter poteſt accipi. Aut pro actu dilectionis interiori,aut pro exteriori.Primo mõ,idẽ eſt ꝙ velle bonum alicui. Secundo modo,idem ꝙ impendere bonum alicui. Primo modo dicitur ſecũdum eſſentiã, ſecundo modo ſecundum efficientiam. Primo modo notat effectum in creatura in habitu non in actu,ſecundo modo etiam in actu.Vñ primo mõ eſt ęterna, ſecundo modo temporalis. Ad primũ ꝙ dilectio non eſt niſi boni: Dicendum quod verum eſt,ſed poteſt eſſe boni exiſtentis in propria natura,& ſic creaturę non fuerunt bonæ ab æterno:vel in Dei pręſcientia,& ſic ab æterno fuerunt bonæ. Ad ſecundum connotat effectum: Dicendum quòd non connotat effectũ in actu ſed in habitu,& hoc modo cum connotat effectum in creatura, poteſt dici de Deo ab æterno,& iõ ab æterno cõuenit Deo dilectio affectus, quãuis nõ effectus. Ad tertium ꝙ Deus non volebat ab ęterno eſſe creaturas, Dicendum ꝙ ſi ly ab æterno determinat hoc verbũ volebat,falſa ẽ:ſi determinat hoc verbũ eſſe,vera eſt,quia ab ęterno volebat eſſe creaturas,ſed non eas eſſe ab ęterno,ſed ſm ordinẽ ſuæ ſapientiæ: Voluit.n. ab æterno creaturarum productionem, ſed nõ voluit producere eas ab ęterno.

Articulus quartus.

In alio ſcript. AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ Deus omnia ęqualiter diligat. Cognitionem conſequitur dilectio, ſed Deus ęqualiter cognoſcit omnem creaturam.ergo ęqualiter diligit. Præterea. Deus eodem modo ſe habet ad omnia, ſecundum Diony. dilectio vero Dei dicit habitudinem eius ad creaturam. ergo eodem modo diligit omnem creaturam.ergo æqualiter. Pręterea. Idem actus non poteſt eſſe intenſior & remiſſior,niſi ſecundum diuerſas ſui partes.ſed Deus eodẽ actu ſimplici diligit omnia.ergo nõ diligit vnũ plus altero. Contra. Charitas eſt boni inquãtum bonum.ergo magis bonũ magis diligit. Præterea. Ordo charitatis eſt de perfectione ipſius. ſed charitas Dei perfectiſſima eſt.ergo ſecundũ ordinem vnũ plus altero diligit. Iuxta. hoc quæritur an magis diligat genus humanum q̃ Chriſtum.Secundo an magis angelum q̃ hominem. Tertio an magis innocentem q̃ pęnitentem. Quarto an magis præſcitum iuſtum q̃ peccatorem prædeſtinatum. Reſpon. Dicendum ꝙ dilectio Dei dupliciter põt conſiderari.Aut quo ad ipſam volũtatem, aut quo ad bonum volitum. Primo modo vna,& æquali dilectione diligit omnem creaturam,ſecundo modo non,quia vni creaturæ vult maius bonum q̃ alii. Ad primũ quod obiicitur dẽ cognitione:Dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia cognitio nullum effectum cõnotat aut ponit in creatura,ſed dilectio ſic: Nam dilectio de ſui ratione dicit motũ ad res, non autem cognitio. Ad ſecundum ꝙ ęqualiter ſe habet Deus ad creaturam: Dicendum ꝙ dilectio non tantum ĩportat id quod eſt ex parte Dei, ſed etiã id quod eſt ex parte creaturæ cuius bonũ, prout eſt a Deo volitum, in dilectione Dei includitur,& ideo quia creaturę nõ ſe habẽt ęqualiter ad Deũ, nec poſſunt ęqualiter bonitatem eius participare, ideo non ęqualiter omnes diligit. Ad tertium

vt hic. ar.4.& 5.o.p. p.q.10 ar.3.& 4.o.1. con.c. 92.

ertium de intenſione actus: Dicendum ꝙ non dicitur magis diligere quia inten ſius diligit, ſed quia maius bonum vult. Ad quarto quæſita: Dicendum ꝙ deus ęquali dilectiōe affectus omnia diligit, quāuis non effectus, & ideo Chriſtum q̄tum ad naturam humanam etiam dicitur diligere magis tota creatura, quia ad maius bonum. ſ. ad vnionem diuinæ perſonæ. Angelum autem quo ad naturam, quæ nobilior eſt, magis homine, q̄uis quo ad bonum gloriæ ſe habeant vt excedentia & exceſſa, vel ęqualia. Innocentem autem magis pęnitente, quo ad præmium accidentale propter dignitatem innocentiæ, quāuis quo ad præmiū eſſentiale magis diligat plus habentem de charitate. Pręſcitum autem iuſtum, vt nunc magis prędeſtinato iniuſto, quā uis ſimpliciter magis diligat prędeſtinatum, quia ſimpliciter vult ei maius bonum.

Expoſitio tex.

Futura iam facta ſūt.

Contra. ergo ſunt ei præterita non præſentia. Reſpon. Factum eſſe dupliciter accipitur, quia vel dicit præteritionem motus, & pręſentiam termini, vel pręteritionem vtriuſq;. Primo modo intelligit, non ſecundo.

Diſtinct. Trigeſimatertia.

Poſt prædicta &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

pri. ſæ q. 61. ar. 2. o. De vir. q. 1. ar. 12.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ virtutes cardinales nō diſtinguātur a theologicis: Ad eundem enim habitum pertinet cognoſcere principia, & quæ ex principiis cognoſcuntur. ſed finis eſt principium in operabilibus, vt dicit Philoſophus in. 7. ethi. ergo habitus virtutum theologicarum, qui ſunt de fine, non debent diſtingui ab habitibus virtutū cardinaliū, qui ſunt de operationibus propter finem. Præterea. Ad ea ad quæ potentia determinata eſt, nō indigemus aliquo habitu. ſed cognitio exiſtēdi Deū nobis naturaliter inſerta eſt, vt dicit Dama. ſed & deſiderium ſummi boni omnibus innatum eſt. ergo ad cognitionem & dilectionem Dei, qui eſt ſummum bonum, non indigemus habitu aliquo. ergo ſufficiunt virtutes alię ſine theologicis. Pręterea. Videtur ꝙ non diſtinguantur a virtutibus intellectualibus: Prudentia enim in. 7. ethi. inter intellectuales virtutes ponitur, eſt etiam vna de quatuor virtutibus cardinalibus. ergo ſimiliter videtur ꝙ alię virtutes cardinales ab intellectualibus nō diſtinguātur Præterea. Omnis virtus moralis conſiſtit in medio determinato ſecundum rectam rationem, vt dicitur. 2. ethi. cum ergo ratio per intellectuales virtutes rectificetur videtur ꝙ ipſæ intellectuales virtutes ſint de eſſentia moralium, & ita ab eis minime diſtinguantur. Contra. Magis diſtat Deus a creaturis q̄ quæuis creaturæ ab inuicem. ſed diuerſitas aliquarum creaturarum requirit diuerſitatem habituum. ergo virtutes quæ habēt Deum pro obiecto multo magis ab aliis diſtinguuntur. Pręterea. In. 2. ethi. Philoſophus diuidit morales contra intellectuales. Reſpon. Circa hanc quęſtionem ſciendū eſt ꝙ differūt gratia, virtus, donū, beatitudo, & fructus: Gratia enim perficit animæ eſſentiā, ſed virtus, & donum perficiunt potentiam, ſed differenter, quia virtus perficit potentiam ad agendum modo humano, donum autem ad agendum modo diuino. Vñ fortitudo, prout eſt virtus, habet pro menſura vires humanas, ſed prout donum, potentiam diuinam. Beatitudo autem

pri. ſæ q. 58. ar. 2. o. De ver. q. 14. ar. 3 ad non.

In alio ſcrip. vt hic. hēt. 5. D. aliū pcedēdi modū ī qſtis, & ī cōcluſionibus diuc ſ ab iſto

quę vero ſunt in hoc cor. diſta diffuſe p tractātur ab eodē s. D. pri. ſæ. q. 68.69. &70.o

eſt operatio doni, quia ſecundum philoſophum, fœlicitas eſt perfecta operatio perfectæ virtutis. Fructus autem eſt delectatio conſurgens ex prædicta operatione, vel ipſa virtus, prout eſt ratio delectationis. Virtutum autem duplex, eſt genus. Quoddam reintegrantium potentias, vt ſunt virtutes ſacramētales, Aliud expedientium ſiue perficientium potentias ad opus, & iſtarum quædam ſunt de fine, quædam ſunt de his quæ ſunt ad finem. Primæ ſunt theologicæ, ſecundæ cardinales, ſiue intellectuales, ſed intellectuales perficiunt cognitiuam ad cognoſcendum, cardinales autem motiuam ad agendum. Ad primum quod opponitur de cognitione principiorum, Dicendum ꝙ non eſt verum: Nā cognitio principiorū pertinet ad intellectum, cognitio concluſionum ad ſcientiam, quæ ſūt diuerſæ virtutes intellectuales. Ad ſm de cognitione, & deſiderio naturali, Dicendum ꝙ duplex eſt participatio Dei, quædam ſecundum naturam, quædā ſupra naturam. Ad primam inſerta eſt nobis naturalis cognitio, & deſiderium, nō autem ad ſecūdam, ad quam ordinant virtutes theologicę collatæ nob a Deo. Ad tertium quod obiicitur de prudentia, Dicendum ꝙ non eſt ſimile de ea, & aliis virtutibus, quia ipſa media eſt inter intellectuales, & morales virtutes: Eſt.n. eſſential'r intellectualis, cum ſit habitus cognitiuus. Sed eſt moralis materialiter, q̄a circa materiā moraliū vt habitus directiuus verſatur, &c. cū ſm philoſophū, ſit recta ratio agibilium. Ad quartum quod obiicitur de medio: Dicendum ꝙ aliter determinatur medium per virtutem intellectualem, quæ eſt prudentia, quia per modum dirigentis, aliter p moralem, quia per modum exequentis, & inclinantis in medium. Vnde dicit Tullius ꝙ per modum naturæ operatur.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ virtutes cardinales ab inuicem non diſtinguantur. Eorū quæ ex oppoſito diuiduntur, vnū non ponitur in diffinitione alterius. ſed prudētia eſt recta ratio quę ponitur in diffinitione moralium virtutum, vt patet. 2. eth. ergo morales virtutes a prudentia non diſtinguuntur. Præterea. Omne peccatum non expellitur niſi per omnē virtutem. ſed per iuſtitiam expellitur omne peccatum, vt patet in iuſtificatiōe impii. ergo ab ipſa aliæ virtutes cardinales non diſtinguuntur. Præterea. Diuerſarum formarum vna nō denomīnat alteram: Non.n. dicitur grammatica alba, vel econuerſo. virtutum vero harum vna denominat alteram, quia ſecundum Auguſt. dicitur iuſtitia prudēs, temperans, & fortis. ergo nō ſunt diuerſæ virtutes, Contra. Habitus diſtinguuntur ſecundum actus. ſed Auguſt. diſtinguit diuerſos actus virtutum cardinalium in litera. ergo virtutes cardinales ab inuicem diſtinguuntur. Præterea. Quæ diuiduntur ab inuicem, diſtinguuntur. ſed ſecundum ſanctos, & Philoſophos, virtutes cardinales diuiduntur ab inuicem. ergo diſtinctæ ſunt. Reſpnd. Dicendum ꝙ ad virtutes cōcurrunt diuerſę conditiones, quarum ſingulæ in certis materiis pręcipuā rationē laudis habent. Vnde & virtutes quæ circa illas materias ſunt, ab illis conditionibus nomina ſortiuntur, ſicut in conſiliādis diſcretio, a qua denominatur prudentia quæ eſt circa conſilia, in actionibus, & iudiciis, & cōmunicatiōnibus rectitudo, a qua ſumitur nomen iuſtitiæ, in periculis mortis conſtantia, a qua ſumitur fortitudo, in delectationibus carnis modeſtia, a qua ſumitur temperātia. Poſſunt ergo iſtę quatuor virtutes ſumi dupliciter. Vno modo ſecundum generales

In alio ſcri pt. hic. q.1.a.1. q 1.&2 pri. ſæ q. 61. ar.4.o. De vir. q.1.a1. 12.o.

pri. ſę q. 66. ar.1.c. ſcda ſę q.123. ar.2.& 11.c.

rales conditiones virtutis quas notant, & ſic quęlibet earũ, eſt generalis ad omnes virtutes, & ita vna non diſtinguitur ab alia per ſubſtantiam habitus. Alio modo ſecundum ꝙ concernunt ſpecialem materiam, & ſic pęnes obiecta diſtinguuntur quaſi habitus diuerſi, ſecũdum quòd prudentia eſt circa cõſilia, iuſtitia circa communicabilia, fortitudo circa mortis pericula, temperantia circa carnis delectabilia. Primo modo dicuntur virtutes cardinales, quaſi generales. Secũdo quaſi principales, quia ſunt circa materias in quibus conditiones virtutis præcipue laudem habent. Ad primum ergo quod obiicitur de diffinitione, Dicendum ꝙ quando aliqua condiuiſa ęqualiter recipiunt cõmunis prædicationem, tunc vnum non ponitur in diffinitione alterius, ſed quando condiuiſa nõ ęqual'r ſed p prius & poſterius recipiũt cõmunis prædicationem, tunc primum ponitur in diffinitiõe alterius, ſicut ſubſtantia in diffinitione accidentiũ, & propterea prudentia ponitur in diffinitiõe aliarum virtutum, in qua per prius bonum rationis, & per cõſequens ratio virtutis inuenitur, quia prius eſt quod eſt per eſſentiam ꝗ quod eſt per participationem. Ad ſecundum quod obiicitur de iuſtitia, Dicendum ꝙ iuſtitia dicitur dupliciter. Generalis, quæ complectitur hominis totalem rectitudinem. Secundo modo ſpecialis, quæ continet rectum ordinem ad proximum principaliter. Prima eſt generalis ad omnes virtutes ſecundum quã dicitur iuſtificari impius, ſecunda eſt ſpecialis. Ad tertium quod obiicitur de denominatione, Dicendum ꝙ forma vna alteram denominare poteſt dupliciter, aut per inhęrentiam, vt albedo ſuperficiem, aut per cauſam, vt fortitudo dicitur bona quæ in bono expenditur modo hoc, qa virtutes connexę ſunt, & vna coadiuuat alteram ad actum ſuum denominantem ſe.

ſcda. ſe q. 47. ar. 5 ad pri. q. 50. ar. 1. ad i.

pri. ſe q. 113. ar. 1. c. ſcda ſe q. 58. ar. 5. 6. & 7. o. De ver. q. 28. ar. 1. c.

Deme ly hoc, & lege ſic. Mo

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ virtutes morales ſint nobis a natura. Dam. dicit in. 3. lib. Naturales ſunt virtutes, & naturaliter, & ęqualiter inſunt hominibus. Præterea. Secundum Philoſophum in. 2. Phi. Quæ ex principiis naturalibus cauſantur, a natura ſunt. ſed ratio eſt de principiis naturalibus hominis. cum ergo virtutes ex ratione procedant videtur ꝙ ſint naturales. Præterea. Homo eſt perfectior inter alia animalia. ſed aliis aialibus a natura eſt diſpoſitio ad agendum ea quæ eis competunt, ſicut hirundini ad faciendum nidum. cum ergo virtutes nihil aliud ſint ꝗ inclinationes ad opera conuenientia homini, videtur ꝙ virtutes morales ſint homini a natura inditæ. Contra. Secundum Diony. 4. c. de di. no. Bona naturalia non amittũtur per peccatum. ſed virtutes amittuntur. ergo non ſunt naturales. Pręterea. Sap. 8. dicitur. Sobrietatẽ docet, & prudentiam, & iuſtitiam, & virtutem: Et in eodem dicit. Nõ poſſum eſſe continens niſi Deus dederit. ergo non ſunt a natura ſed a Deo. Reſpon. Dicendum ꝙ quædam ſunt virtutes cardinales, quæ ordinant in bonum ſocietatis diuinæ, quod eſt per gratiam ſeu gloriam: Et quia hoc bonũ eſt ſupra facultatem naturæ, ideo hæ virtutes non a natura ſed a Deo ſunt in nobis. Quædam autem ſunt virtutes cardinales quæ ordinant in bonum ſocietatis terrenę: quod noſtrę naturæ commenſuratũ eſt, & de his diſtinguendum eſt, quia poſſunt conſiderari dupliciter, Secundum eſſe imperfectum, ſiue quãtum ad earum principia, & ſic ſunt a natura, quia ſeminaria virtutum, ſecundum Philoſophum, indita ſunt nobis in naturali cognitione, &

do qa, &c. l. de notant ſeſe. In alio ſcript. vt hic, arti. 2.

pri. ſe q. 63. ar. 1. o. De vir. q. 1. ar. 8. o.

pri. ſe vbi ſupra ar. 3. o. & q. 63. ar. 2. o. De vir. vbi ſu. ar. 10. o.

amore boni, Vel ſecundum eſſe perfectũ ſiue earum cõſũmationem, & ſic ſunt in nobis ab aſſuefactiõe, & hoc eſt quod dicit philoſophus in ſecundo eth. Innatis nobis ea ſuſcipere, perfectis vero per aſſuefactionem: Et per hoc patet reſpõſio ad authoritatem Dama. Ad ſecundum ꝙ cauſantur ex ratione, Dicendum qđ ratio, vt eſt natura hominis, non eſt pricipium virtutum, ſed ratio, vt ratio.

Ad tertium quod opponitur de aliis animalibus, Dicẽdum ꝙ homo propter hoc ꝙ habet rationem, quæ eſt collatiua, ſe habet ad multas operationes quarum ratio eſt principium, & ideo nõ poteſt ſufficienter ei prouideri ſecundum aliquid quod ſit penitus naturale, quia natura determinata eſt ad vnum.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar. 5. De virt. q. 1. arti. 13. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ virtutes morales non conſiſtant in medio. In nullo enim indiuiſibili eſt accipere medium, & extrema. ſed paſſiones, & operationes circa quas ſunt virtutes morales ſunt indiuiſibiles. ergo non ſunt in medio. Præterea. Quędam virtutes morales magis appropinquãt alteri extremo quàm reliquo, ſicut fortis plus aſſimilatur audaci q̃ timido, vt dicit Philoſophus. ergo cum medium ęqualiter differat ab extremis, virtutes morales nõ ſunt in medio. Præterea, Non eſt idem medium, & extremum. ſed virtus eſt extremum, quia eſt vltimũ potẽtiæ, vt dicitur primo cęl. & mun. ergo non eſt in medio. Cõtra. In lib. eth. dicit Philoſophus, ꝙ virtus eſt habitus i medietate cõſiſtens quo ad nos. Præterea. Sicut ſe habet ars ad factibilia, ſic & virtus ad agibilia. ſed ars corrumpitur a ſuperfluo, & diminuto. ergo & virtus quę eſt in medio. Ad hoc dicẽdum eſt ꝙ virtutes morales ſunt circa paſſiones, & operationes directe ſm regulam rationis. In omnibus autem re-

pri. ſę q. 60. ar. 2. o.

gulatis conſiſtit rectum, ſecundum ꝙ regulę adęquatur. Æqualitas autem media eſt inter maius & minus, & ideo oportet ꝙ rectum virtutis conſiſtat in medio eius quod ſuperabundat, & eius qđ deficit a menſura rationis rectę. Ad primũ ergo dicendum ꝙ actiones, & paſſiones, quãuis ſint indiuiſibiles per eſſentiam, ſunt tamen per accidens diuiſibiles, vel ſecundum intenſionem, vel ſecũdum tẽpus, vel ſecundum aliquid huiuſmodi, & ideo ſecundum hoc eſt in eis medium accipere. Ad ſecundum de appropinquatione dicendum ꝙ medium dupliciter poteſt accipi. Vel inter aliqua extrema ſecundum ſe, & ſic eſt æquę diſtans, vel inter extrema in comparatione ad aliquam regulam extra, & ſic nõ oportet. Sic. n. virtus moralis media eſt inter ſuperfluum & diminutum, non in ſe, ſed in cõparatione ad rationem rectam. Ad tertium ꝙ virtus eſt extremum, Dicendum ꝙ virtus formaliter eſt extremum, quia bonum & perfectum, ſed materialiter medium, quia negociatur circa medium paſſionum & operationum humanarum.

Articulus quintus.

In alio ſcript. vt hic. arti. 4. pri. ſę q. 67. ar. 1. o. De vir. q. 5. ar. 4. o.

AD quintum ſic proceditur, & videtur quòd virtutes morales nõ maneant in patria. Fides, & ſpes ſunt nobiliores quàm virtutes morales. ſed illæ tollentur in patria. ergo multomagis iſtę. Pręterea. Virtutes morales perficiunt in vita actiua. ſed tunc ceſſabit actiua vita. ergo & ipſę. Pręte. Tẽperãtia eſt in concupiſcibili, fortitudo in iraſcibili. ergo cum hę ſint partes animæ ſenſitiuę, ſecundum quam anima nõ eſt ſeparabilis, non manent in anima ſeparata. Contra. Hæ virtutes fuerũt in Chriſto, qui tamen erat beatus. ergo manebunt in beatis. Præterea. Sap. 1. Iuſtitia perpetua eſt, & immortalis. ergo manebit. ergo cum virtutes ſint cõnexę,

alıæ

aliæ manebunt. Reſpond. Virtutes morales quędam ſunt infuſæ, quędam acquiſitę. Acquiſitę dirigunt in vita ciuili, & habent bonum ciuile pro fine: Et quia hæc ciuilitas nõ manebit in patria, ideo nec ipſę. Infuſæ vero dirigunt in vita ſpirituali, ſcdm quam homo ciuis efficitur ciuitatis Dei: Et quia hæc ciuitas manebit, manebunt & ipſæ. Sed iſtarum duo ſunt actus. Quidam circa materiam ꝓpriã ſecundum diſtantiam a fine, quidã circa ipſum finem, ſicut fortis in periculo pugnæ exercet actum pugnandi, q eſt circa materiam propriam. ſ. timores, & audacias, poſt victoriã aũt actũ gaudendi de victoria. Primus actus adueniente fine euacuabitur: ſecundus actus qui eſt circa ipſum finem in conſequutione finis manebit. Vnde gaudet iuſtitia de fine adepto per actus iuſtitiæ, & ſimiliter aliæ virtutes. Ad quod obiicitur de fide, & ſpe, Dicendum ꝙ quãuis nobiliores ſint ratione obiecti, tamen habent eſſentialiter annexam imperfectionem quam non habent morales. Ad ſecundũ de vita actiua: Dicendum ꝙ virtutes quæ perficiunt in vita actiua non oportet ꝙ tollantur cum aliquis tranſfert ſe ad vitam contemplatiuã, ſed habet alios actus inquantum pertingunt ad finẽ proximum; quia contemplatiua vita eſt finis actiuę: Et ideo harum virtutũ actus differentes deſcribit Macrobius ſecundum earum diuerſos gradus. ſ. ſecũdum quod ſunt politicę vel purgatoriæ vel purgati animi. Ad tertium de iraſcibili, Dicendum quod ipſæ potentiæ radicaliter manent in anima ſeparata, & habitus earum, licet non permaneant vt ſunt perfectiones actu corporalium organorum.

Expoſitio tex.

In quo habuerunt vſus eoſdem: Virtutes enim quæ conſiſtunt circa paſſiones illatas habuerũt eundem vſum in Chriſto quem in nobis propter paſſibilitatem corporis. Habuerunt etiam vſum quem habẽt in patria propter perfectionem animæ: ſed de virtutibus quæ ſunt circa paſſiones innatas ſecus eſt, quia iſtæ paſſiones in Chriſto non fuerunt. Procedunt enim a corruptione fomitis qui in Chriſto nõ fuit, & ideo nõ fuit neceſſarium eas per virtutem cohiberi. Vnde non habuerunt in eo vſum circa paſſiones, ſicut hñt in nobis.

Diſtinct. Trigeſimaquarta.

Nũc de ſeptem donis, &c.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo de differentia donorum & virtutum.

Secundo de numero donorum.

Tertio de differentia doni & beatitudinis.

Quarto vtrum dona maneant in patria.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ dona ſint ſeptem virtutes. Greg. enim dicit in moral. ꝙ per ſeptem filios Iob ſeptem virtutes intelliguntur; & enumerat ibi ſeptem dona. ergo dona ſunt virtutes. In alio ſcrip. vt hic. pria ſecũdę. q. 68. ar. 1. Præterea. Cuicũq; conuenit diffinitio, & diffinitum. ſed diffinitio virtutis prędicatur de dono, quia donum eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur quam Deus in nobis ſine nobis operatur; quæ eſt diffinitio virtutis,

ſecundum Augu. ergo dona ſunt virtutes. Præterea. Iaco. 1. dicit glo. ꝙ per donum perfectũ quod dicitur deſurſum deſcendens, intelliguntur bona gratuita. ſed virtutes inter bona gratuita continentur. ergo virtutes ſunt dona. Contra. Dicit Grego. ſuper Iob, ꝙ dantur dona in adiutorium virtutum. ergo non ſunt virtutes. Præterea. Timor ponitur inter ſeptem dona, non tamen poteſt dici ꝙ ſit virtus, quia nec theologica, nec cardinalis. ergo dona nõ ſunt virtutes. Reſpon. Dicendum ꝙ circa differentiam donorum & virtutum diuerſi diuerſa dixerunt: Quidam nanq; poſuerunt inter ea differentiam per hoc ꝙ dona dicũtur per comparationem ad Deum dantem, virtutes p cõparationem ad actus. Alii per hoc ꝙ virtutes ſunt magis in affectiua parte, dona magis in cognitiua. Tertii per hoc ꝙ virtutes ſunt ad operandũ, dona ad reſiſtendum temptationi. Quarti per hoc ꝙ virtutes expurgant animam a peccatis, dona a ſequelis peccati. Quinti per hoc ꝙ virtutibus cõformamur Chriſto in operatione, donis vero in paſſione. Sed omnes hę differentiæ non videntur ſufficientes, qa ſi recte conſiderentur omnia quę prędicta ſunt, virtutibus & donis conueniunt cõmuniter. Et ideo alii dicunt ꝙ differũt per hoc ꝙ virtutes dantur ad perfectionem potentiarum, dona vero in adiutorium earum. Perficitur autem vnumquodq; ſecundum modũ ſuum: ſed adiutorio indiget ad id qđ ſuum modum excedit. Sic ergo differentia doni & virtutis intelligẽda eſt ex diuerſitate actuum: Nam actus virtutis procedit a potẽtia ſecundũ modum ſibi connaturalem, ſicut actus fidei ab intellectu in ſpeculo & ęnigmate. Actus vero doni procedit a potentia ſecundum modum altiorem, ſicut actus doni intellectus eſt videre ſpiritualia in quadam claritate, quod eſt ſupra modum nobis connaturalem: Et hęc differentia ipſis nominibus cõpetit: Nam virtus eſt perfectio rei, Donum vero rei ſuperadditur. Ad primum ꝙ dona ſunt virtutes, Dicendum ꝙ hoc pro tanto verum eſt, quia dirigunt in actibus humanis qui non conueniunt brutis, ſicut & virtutes, ſed ſunt ſupra virtutes, inquantum vltra modum humanum perficiunt. Ad ſecundum de diffinitione virtutis, Dicendum ꝙ in omni diffinitione virtutis, ſi proprie virtutis eſt, exprimitur aliquid quod ad modum humanum pertinet, vel in ipſo actu ex quo ſumitur diffinitio virtutis, intelligitur modus agendi proportionatus homini. Vnde nec dicta nec alia diffinitio cõuenit donis ſecũdum ꝙ de virtutibus dantur. Ad tertium de donis gratuitis, Dicendum ꝙ non quælibet virtus gratuita poteſt dici donum propriè, ſm prædictam rationem doni.

Secũda ſecũę q. 8. arti. 6. o.

Articulus ſecundus.

AD ſecũdum ſic proceditur, & videtur ꝙ plura debeant eſſe dona: Sicut timor eſt de malo futuro, ita dolor & pudor de malo præterito, & gaudium de liberatione ab ipſo. ergo videtur ꝙ ita debeant poni in numero donorum, ſicut timor. Præterea. Ad iuſtitiam reducuntur ſicut partes pietas, latria, amicitia, & ſic de aliis. ergo qua ratione pietas ponitur donum, eadem ratiõe omnes alię partes iuſtitiæ. Præterea. Inter iſta dona ponuntur tria quæ pertinẽt ad exequutionem, vt pietas, & fortitudo, & timor. ſed fortitudini adiungitur ſuum motiuum. ſ. cõſilium, pietati vero ſciẽtia. ergo timori debet aliquod directiuum alterum aſſignari. Contra.

In alio ſcrip. in hic. prima ſecundæ q. 68. art. 4. o. Eſa. 11. 2.

tra. Videtur ꝙ debeant eſſe paucio-ra: Donum, vt dictum eſt, altius eſt vir tute. ſed timor non videtur ſonare in aliquam eminentiam. ergo non vide-tur ꝙ debeat inter dona computari. Præterea. Non poteſt ſpecies eſſe al tior ſuo genere, neq; aliquid altius ſe-ipſo. ſed donum eſt aliqd altius virtu te. cum ergo pietas ſit pars iuſtitiæ, & fortitudo ſit quædam virtus cardina-lis, videtur ꝙ neutra debeat dici do-num. Reſpon. Dicendum ꝙ vir tus & donum conueniunt in materia, differunt autem in modo agẽdi, ſicut dictum eſt. Vnde ſecundum diuerſita-tem materiarum, in quibus virtutes operantur, oportet diuerſitatem do-norum accipere. Operatio autem vir tutis eſt, aut circa vitam actiuam, aut circa vitam contemplatiuam. Circa contemplatiuam dupliciter. Vno mo do accipiendo alicuius cognitionẽ, & ſic eſt donum intellectus. Alio mo-do iudicando de cognitis, & ſic eſt do num ſapientiæ. Circa actiuam vero dupliciter. Vno modo dirigendo per actum rationis, & ſic quantum ad in-quiſitionem, eſt donum conſilii, quan tum ad iudicium de conſiliatis eſt do num ſcientiæ. Alio modo exequen do, & ſic quantum ad operationes & cõmunicationes vitæ, eſt donum pie-tatis, quantum vero ad paſſiones ira-ſcibilis eſt donum fortitudinis, quãtũ autem ad paſſiones cõcupiſcibilis eſt donum timoris, quo omnes carnales concupiſcentiæ reprimuntur, ſecun-dum illud Pſal. 118. Confige timore tuo carnes meas. Ad quod obiicitur de pudore, dolore, & gaudio q;, dicen-dum ꝙ nõ eſt ſimile, quia dolor, & pu dor incipiẽtium eſt, ſed gaudium per-fectorum, ideo illa duo ſunt effectus virtutum, ſed gaudium fructus eſt: Do na vero magis proficientiũ, & ad pro-fectum valet timor. Ad ſecundũ qđ obiicitur de partibus iuſtitiæ dicen-dum ꝙ donum eleuat ad id hominem quod eſt ſupra ſe, ideo conuenienter donum reſpondens iuſtitiæ ex parte illa iuſtitiæ ſumitur quę ei quod ma-xime ſuprẽmum eſt debetur. Huiuſ modi autem eſt pietas quæ debetur Deo, & patri carnali, vel patriæ. Ad tertium quod obiicitur de timore di cendum ꝙ idem eſt directiuum in re-ceſſu a termino, & in acceſſu ad aliũ terminum: ideo timor, qui ſonat in receſſu a termino, nõ habet aliquod ſpeciale directiuum ꝗ quæ dirigunt in aliis exequentibus .ſ. fortitudine, pietate, quę pertinent ad acceſſum ad terminum. Ad quartum dicendum, ꝙ timor ſonat in quãdam ſubiectio-nem hominis ad Deum. Quanto autẽ magis creatura creatori ſubiicitur, tã to maior eſt, & ideo timor in excellẽ-tiam ſonat ſecundum ꝙ importat re-uerẽtiam ad Deum: Sic enim maxime donum Dei eſt. Ad quintum dicen-dum ꝙ pietas, quæ eſt donum, eſt ſu-pra iuſtitiam, & ſupra omnes partes eius. Vnde non eſt idem cum pietate, quæ eſt pars iuſtitiæ, nec fortitudo donum, eſt idem cũ fortitudine quæ eſt virtus, vt infra patebit.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & vi detur ꝙ donum ſit idem ꝙ beati tudo: Omne enim quod a Deo datum eſt poteſt dici donum. ſed bea titudo eſt aliquid a Deo collatum. er go eſt donum. Pręterea. Secun dum Philoſophum in lib. phyſic. non eſt deuenire a primo ad vltimum niſi per medium. dona a magiſtris ponun tur media inter virtutes & beatitudi-nes. cum ergo beatitudines dicantur virtutes a ſanctis. ergo ſunt dona. Præterea. Virtus perfecta beatificat, Prima ſecundę. q. 69. art. 1. Eſa. 11. Mat. 5.

quia fœlicitas,ſecundũ Philoſophũ, eſt operatio virtutis perfectæ. ſed donum eſt virtus perfecta propter perfectiorem modum agendi,ergo donũ beatificat.ſed nihil beatificat niſi beatitudo. ergo donum eſt beatitudo. Contra. Operatio & habitus,qui eſt principium eius, differunt per eſſentiam. ſed ſic ſe habet beatitudo ad donum,vt patet per authoritatem Philoſophi allegatam. ergo beatitudo non eſt donum. Præterea. Quod poteſt eſſe ſine altero non eſt idem cũ eo. ſed donum poteſt eſſe ſine beatitudine,vt virtus ſine operatione, vt patet in dormiente. ergo beatitudo nõ eſt donum. Reſpond. Secundum Philoſophum,fœlicitas eſt operatio virtutis perfectæ. Beatitudo autem idem eſt quod fœlicitas,ideo eſt operatio perfectæ virtutis. Nulla autem virtus eſt perfectior dono: ergo fœlicitas eſt operatio doni. Fructus autẽ eſt delectatio conſequens ex ipſa operatione ſiue ipſa virtus, prout eſt cauſa vel ratio delectationis: Secundum enim Philoſophum, omnis operatio procedens ex habitu perficiente naturam habet delectationem annexam. Ad quod obiicitur, quod eſt a Deo datum dicitur donum, Dicendum ꝙ verum eſt large ſumendo donum, ſed ſtricte dicitur donum habitus infuſus eleuans potentiam ad altiorem modum agendi,& ſic ſeptem enumeratis habitibus conuenit ratio doni. Ad ſecundum ꝙ beatitudines dicũtur virtutes, Dicendum ꝙ eo modo loquendi hoc dicitur vt virtus dicitur actus virtutis,& non proprie. Ad tertium ꝙ donum beatificat: Dicendum quòd aliquid dicitur beatificare in via dupliciter. Vno modo vt principium actus,& ſic donum beatificat. Alio modo vt ipſe actus, & ſic beatitudo beatificat,ſicut mouemur motu & virtute motiua.

Articulus quartus.

Ad quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ dona nõ maneant in patria. 1. ad Cor. 13. Scientia deſtruetur, dicit glo. Ipſa etiam docet conuerſari in medio prauę & peruerſæ nationis,quod in patria penitus non erit. ergo nec donum ſcientię. *In alio ſcrip. v. hic. art. 3. prima ſecundæ. q. 68. arti 6. o.* Præterea. Timor eſt ad retrahendum a malo. ſed in patria omne malum ceſſabit. ergo nõ erit ibi timor. Præterea. Pietas eſt ad compatiendum miſeriæ proximi. ſed in patria non erit miſeria,nec compaſſio. ergo nec pietas. Contra. Chriſtus fuit ſimul viator, & comprehenſor. ſed in Chriſto fuerunt dona excellẽtiſſime, licet eſſet comprehenſor. ergo ſimiliter in aliis comprehenſoribus erunt. Præterea. Dicit Ambro. Cœleſtis patria flumine Spiritusſancti rigatur ſeptem ſpiritualium virtutum.i. ſeptẽ donorum fluens meatu. ergo dona erunt in patria. Respon. Dicendum ꝙ donum,cum agat altiori modo q̃ ſit modus humanus, accipit ſuæ actionis regulam & menſuram altiorem. ſ. diuinam: Poſſunt autem actus donorum cõſiderari dupliciter. Vno modo ſecundum ꝙ comparantur ad propriam menſuram,quæ Deus eſt, & ſic actus omnium manebũt in patria. *3. p. q. 7 arti. 5. a ter.* Alio modo ſecundum ꝙ comparantur ad materiam propriã, & ſic actus donorum qui perficiunt in vita contemplatiua manebunt, ſed aſſument perfectiorem modum, quia modus vitæ huius,quantumcũq; ſit perfectus, non poteſt adæquari modo patriæ. Actus vero donorum perficientium in vita actiua non manebunt ſecundum hunc modum: Vita enim actiua

tolletur,

tolletur, ſed cōtemplatiua manebit: Et per hæc patet ſolutio ad obiecta.

Et quia de timore &c.

Quæſtio ſecunda.

Articulus primus.

Hic primo quæritur: & videtur ꝙ timor filialis non ſit idem in ſubſtantia cum ſeruili. Habitus enim diſtinguuntur ſecūdum obiecta. ſed aliud eſt obiectum timoris ſeruilis & filialis, quia timor ſeruilis timet pœnam, filialis ſeparationem. ergo timor ſeruilis & filialis ſunt diuerſi habitus. Præterea. Plus diſtat a perfectione doni timor ſeruilis q̄ virtus, quæ cum gratia eſſe poteſt, ſed virtus differt ſecundum habitum a timore filiali, qui eſt donum. ergo multo amplius & timor ſeruilis. Præterea. Omnis timor ex aliquo amore procedit: Nullus enim timet amittere niſi quod amat. ſed timor ſeruilis procedit ex amore ſui, timor autem filialis ex amore Dei. cum ergo hi duo amores ſint omnino diuerſi, timor ſeruilis & filialis differunt ſecundum ſubſtantiam habitus. Sed contra. Sicut ſe habet habitus fidei informis ad fidem formatā, ita timor ſeruilis ad filialem. ſed fides formata & informis non differunt ſecundum ſubſtantiam habitus. ergo nec timor ſeruilis & filialis. Præterea. Timor ſeruilis timet pœnam. ſed ſeparatio a Deo, quam timet filialis timor, eſt quædā pœna. ergo timor ſeruilis nō differt a filiali ſecundum ſubſtantiam habitus. Reſpon. Dicendum ꝙ timor & triſtitia diuerſimode reſpiciūt malum. Triſtitia enim reſpicit malū, prout eſt præſens in ſeipſo, ſed timor prout eſt futurū in cauſa ſua exiſtens. Vnde timor non reſpicit malum, niſi mediante cauſa a qua poteſt malum prouenire, ſicut timeo mortem propter eum qui poteſt mortem inferre. Timor autem, qui eſt ex Spirituſancto, facit hominem reſpicere ad Deū ſicut ad cauſam quę poteſt malum infligere, vel prohibere qđcūq; ſit malū illud: Et ideo quāuis timor filialis & ſeruilis diuerſa mala reſpiciant, tamē quia nō niſi ab eadem cauſa, ideo eſt vnus habitus ſecundum ſubſtantiam, ſed vnus perfectus. ſ. filialis qui perfectius cōiungit Deo, alter imperfectus. ſ. ſeruilis qui imperfectius. Ad primum ergo dicēdum ꝙ ratio illa procederet, ſi timor quē Spiritusſanctus in nobis operatur principaliter ordinaret nos in hoc ꝙ odit malum. Ordinat autem nos pricipaliter in Deū quem facit nos reuereri tam ſecundū ſeruilem q̄ ſecundum filialem timorem. Ad ſecundum dicendum quod virtus minus diſtat a dono timoris filialis q̄ ſeruilis, conſiderata perfectione & imperfectione, non autem conſideratis actu & obiecto. Ad tertium dicendum quod amor eſt principium timoris ſecūdum ꝙ habet reſpectum ad malum quod horret, nō autem ſecundum ꝙ habet reſpectum ad cauſam mali.

In alio ſcrip. vt hic. art. 3. ſecunda ſcdę. q. 19 arti. 5. o. Ro. 8. l. 3.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ timor ſeruilis tollatur adueniēte charitate: Dicitur enim. 1. Ioā. 4. ꝙ timor non eſt in charitate, quod exponitur de timore ſeruili. ergo timor ſeruilis non manet charitate adueniente. Præterea. A timore ſeruili denominatur aliqs ſeruus. ſed ille qui habet charitatem iam non eſt ſeruus ſed filius, ſecūdum illud Roma. 8. Non enim accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timo-

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ſecunda ſecundę. q. 19. arti. 1. c.

re &c. ergo adueniente charitate timor ſeruilis recedit. Præterea. Timor ſeruilis odit præſentiam eius quem timet: Reſpicit enim Deum vt punientem, ſed charitas facit præſentiam Dei amari. ergo timor ſeruilis charitati opponitur, & ita adueniente charitate timor ſeruilis recedit. Sed contra. Timor ſeruilis a Spirituſancto eſt, vt habetur in gloſ. Rom. 8. ſuper illud, Non enim accepiſtis. ſed dona Spirituſſancti non ſunt ſibiipſis contraria. ergo charitate adueniẽte, quã Spirituſſanctus operatur, timor ſeruilis non tollitur. Præterea. Timor ſeruilis a fide informi principium ſumit, filialis vero a fide formata. ſed fides informis non tollitur ſm ſubſtantiam charitate adueniente. ergo nec timor ſeruilis. Reſpon. Dicendum ꝙ timor ſeruilis adueniente charitate non tollitur, ſecundum ſubſtãtiam, ſed tollitur eius imperfectio ſiue ſeruilitas quam habet oculus principaliter ad pœnam, & hoc ideo quia timor reſpicit ſicut principale obiectum, vnde ſpẽm hẽt, Deum vt potentem mala inferre vel a malis liberare, & propter hoc quãtũcunq; varietur reſpectus timoris ſecũdum mala quæ Deus poteſt inferre vel prohibere, talis variatio nõ attingit ad ſpeciem timoris, ſed conſequitur ſpeciem, & iõ per hoc non tollitur ſubſtantia habitus ſed formatur, cum prius eſſet ĩformis. Quod enim adhoc vel illud malũ reſpiciat timor prouenit ex diuerſa affectione amoris, vt ſupra dictum eſt, & propter hoc charitate adueniẽte, quæ eſt amor perfectus, timor formatur & perficitur. Et per hoc patet ſolutio ad primas rationis. Procedũt enim de timore ſeruili ratione ſuæ ſeruilitatis.

De ver. q. 14. art. 7. ad ſm. q. 28. arti. 4. ad ter.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ fortitudo donum, non differat a fortitudine quæ eſt virtus. Secũdum Diony. in cœl. Hierar. Spiritualium proprietates ex nominibus nos oportet accipere. ſed habitus virtutis, & donum comunicant in fortitudinis nomine, ergo communicant in proprietate. ergo habent idẽ ptitatem. Præterea. Grego. dicit. Fortitudo cõtra aduerſa dat fiduciã trepidanti, & loquitur de fortitudine dono. ſed hoc facit fortitudo virtus. ergo fortitudo virtus eſt donum. Præterea. Donum differt a virtute inquantum ipſam excedit. ſed fortitudinis virtus, cum ſit circa difficillimũ, qd eſt mors, nõ põt excedi ab aliquo. ergo donum fortitudinis non differt a fortitudine quæ eſt virtus. Cõtra. Diuerſorum generum, & non ſubalternatim poſitorum diuerſæ ſunt ſpecies, & differẽtiæ. ſed donum, & virtus ſunt huiuſmodi genera. ergo fortitudo quæ ẽ in genere doni, differt a fortitudine quæ eſt in genere virtutis. Præterea. Secundum Auguſt. Fortitudinis eſt non tantum terrenas cupiditates repellere, ſed penitus obliuiſci. hoc autem non eſt fortitudinis virtutis, quia cupiditates non ſunt materia eius. ergo fortitudo virtus non eſt fortitudo donum. ergo non ſunt idẽ. Reſpond. Dicendum ꝙ fortitudo virtus, & fortitudo donum differunt quantum ad modum agendi, quia altiori regula regulatur. ſ. diuina potẽtia, fortitudo donum q̃ fortitudo virtus, quæ regulatur potentia humana. Vnde dicit philoſophus in. 3. ethic. ꝙ fortis eſt inſtupefactibilis, vt homo, in his. ſ. terribilibus quæ ſunt ſecundũ hominẽ. Vnde quãuis non eſſet fortitudinis virtutis ꝙ aggrederetur quiſpiam

In alio ſcrip. v. hic. q. 3. ar. 1. ſed ſecundæ q. 139. ar. 1. o.

piam

piam aliquid ſuper humanas vires, ſecundum Philoſophum., vt ꝙ aliquis martyr nudus ingereret ſe in manus hoſtium, tamē hoc eſt fortitudinis doni, ſecundum theologum. Ad quod obiicitur de nomine, Dicēdum quod fortitudo donum & virtus, ſicut conueniunt in nomine, ſic in aliqua proprietate, quia vtrūq; eſt ad aliquid difficile ſuſtinendum. Sed nō oportet ꝙ ſint idem in re, cum in agendo diuerſis regulis regulentur. Ad ſecundum quod obiicitur de verbo Grego. Dicendum ꝙ fortitudo virtus dat fiduciam trepidanti in trepidatione cauſata ex difficultate non excedente humanas vires, ſed ſi excedat, contra talem trepidationem dat cōfidentiam fortitudo donū ex fiducia diuini auxilij. Ad tertium quod obiicitur ꝙ virtus fortitudinis eſt circa difficillimum, Dicendum ꝙ hoc verum eſt ſecundum genus, non tamen ſecundum comparationem ad operantem, quia non excedit vires eius: Sed fortitudinis donum eſt circa illa quę excedunt humanam facultatem, quāuis non diuinam potentiam cui innititur.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic.q.3.arti.2.ſcda ſecundæ.q.121.ar.1.0. AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ pietas non ſit donū: Donum enim immediatius ordinat ad Deum ꝙ virtus. ſed pietas donū nō immediatius ordinat in Deum ꝙ pietas quæ eſt virtus, quia ſecundū Aug. 10. de ciuita. Dei, Pietas proprie Dei cultus ſolet itelligi, quam greci theoſebiam vocant. ergo pietas nō eſt donum. Pręterea. Secundum Greg. in principio moral. Pietas eſt quæ docet opera miſericordiæ frequentare. hoc autem eſt actus miſericordiæ. ergo pietas eſt idem cum miſericordia. miſericordia aūt eſt virtus. ḡ & pietas. virtus aūt non eſt donum. ḡ nec pietas. Pręterea. Pietas, ſecundum Tullium, eſt beneuolentia in parētes, & ponit eam partem iuſtitiæ. ſed iuſtitia eſt virtus. ergo & pietas. ergo non eſt donum. Contra eſt quod dicitur Eſa. 11. Ibi enim inter dona computatur. Præterea. Donum eſt perfectio excellētiſſima. ſed pietas eſt huiuſmodi, quia valet ad omnia, vt dicitur. 1. Tim. 4. ergo pietas maxime debet poni donum. Reſpon. ꝙ donum in cōmunicationibus altius dirigit ꝙ aliqua alia virtus, quia ſecūdum diuinā regulam. Cōmunicatio autem quę fit alicui propter Deū dicitur opus pietatis, & ideo donum ꝙ hanc cōmunicationē propter deum facit congrue nominatur nomine pietatis. Ad primum quod obiicitur, ꝙ donum immediatius ordinat in Deum, dicēdum ꝙ hoc verum eſt, quantum ad modum operandi, ſiue menſuram operis, non autem quantum ad obiectum vel ſinē, & ideo licet pietas, quæ eſt latria, ipſi Deo exhibeatur, in hoc tamen accipit aliquid humanum pro menſura .ſ. obligationem qua Deo obligatur propter beneficium acceptum ratiōe cuius eſt debitor ei: Sed pietas quę eſt donum in hoc accipit aliquid diuinū pro menſura vt .ſ. Deo honorem impendat, non quia ſit ei debitus, ſed quia Deus honore dignus eſt. Vnde in honorando Deum accipit pro menſura Dei dignitatem. Ad ſecundum dicendum quod differenter eſt miſericordię, & pietatis opera alicui impēdere. Miſericordiæ .n. eſt inquantum menſuratur menſura aliqua humana in actu ſuo .ſ. vel coniunctione ſanguinis, vel familiaritate, vel ſaltem naturæ ſimilitudine: Sed pietatis doni eſt, inquantum regulatur diuina regula in actu ſuo, vel quia quilibet miſericordiæ opera impendentes ſunt

ſilii Dei, vel diuina ſimilitudine inſi-
gniti. Ad tertium dicendum de ver
bo Tullii ꝙ pietas in parentes, inquã
tũm accipit menſuram aliquid huma
num, eſt virtus, inquantum autem ali-
quid diuinum, ſic eſt donum.

Expoſitio tex.

Sic timor malus eſt.

ergo quandocunq; timetur carnis pe
riculum ſiue amiſſio temporalis boni
timor peccatum eſt. Reſpon. Non,
niſi ſit inordinatus: ex eo.n.ꝙ mala ti
mes corrigis te. Contra. Secundũ
Auguſt. in timore ſeruili manet volũ
tas peccandi. Reſpon. Verum eſt,
non abſoluta ſed conditionata. Sciẽ
dum ꝙ vterq; timor. Contra. Prin
cipium nobilius eſt pricipiato: timor
aũt ignobilius donum eſt q̃ ſapientia.
Reſpon. Non dicitur eius principiũ
cauſaliter, ſed diſpoſitiue.

Diſtinct. Trigeſimaquinta.

Poſt præmiſſa dili-

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ſecun da ſcdę. q. 45 ar. 1. o.

genter conſiderandum eſt &c.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quęritur vtrum ſapientia
ſit donum, & videtur ꝙ nõ. Cognitio
enim diuinorum in præſenti non ha-
betur niſi per ſpeculum & in ęnigma
te. 1. ad Cor. 13. Videmus nũc per ſpe
culum &c. hæc autem eſt cognitio fi-
dei: ergo omnis cognitio viæ de diui-
nis eſt fides. ergo ſapientia eſt fides, &
ſic virtus, & non donum. Pręterea,
Sapientia per ſtudium acquiritur, nul
lum aut donum acquiritur. g ſapien-
tia non eſt donum. Contra. Eſa.
11. computatur inter alia dona.

Pręterea, Donum eſt habitus nobi
liſſimus ſed inter omnes habitus ra-
tionis ſapientia videtur nobiliſſima.
ergo ſapientia maxime debet dici do
num. Reſpond. Dicendum ꝙ ſa-
piens in ſingulis dicitur ille qui p co
gnitionem altiſſimæ cauſæ quã habet
.ſ. finalem de omnibus quæ ſunt in il-
lo genere optime iudicat. Vnde & ſa
piens ſimpliciter eſt qui per cognitio
nem quam habet de Deo, qui eſt om-
nium finis, de rebus recte iudicat, qd
poteſt eſſe dupliciter. Vno modo ſm
ſimplicem notitiam, & ſic aliquis põt
dici ſapiens etiam ſi ſit malus. Alio
modo ſecundum notitiam affectiuam
quæ procedit ex hoc ꝙ homo p affe-
ctum amoris Deo vnitur, ſicut dicit
Diony. de Hierotheo ꝙ patiẽdo diui
na, didicit diuina, ſicut etiam tempe-
ratus de his quæ ad temperantiã per-
tinent optimum iudicium habet: Et
talis ſapiẽtia ponitur hic donum Spi
ritusſancti ſecundum quã ſpiritualis
iudicat omnia, vt habetur. 1. Cor. 2.
Ad primum ergo quod obiicitur de
ſpeculo dicendum ꝙ hoc habet locũ
in cognitione ſimplici quæ eſt quaſi p
viſum, vel auditum, non experimenta
li quæ eſt quaſi guſtus, de qua dicitur
1. Ioan. 3. Vnctio docet vos de om
nibus. Ad ſecundum de ſapientia
acquiſita dicendum ꝙ ęquiuoce acci
pit ſapientiam philoſophus, & theo-
logus, ſicut dictum eſt.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & vi
detur ꝙ intellectus non ſit do-
num. Nullum enim donum eſt a
natura per aliquod lumen inſitũ no
bis. ſed intellectus nobis naturaliter
inſitus eſt. ergo intellectus non eſt do
num. Prateerea, Dona gratuita

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ſecũda ſecũdę. q. 8. ar. 1. o. Eſa. 11.

dantur

dantur per gratiā. ſed intellectus quā do magis maior eſt in habentibus minorē gratiam vel nullam. ergo non eſt donum gratuitum. Pręterea. Secundum Philoſophum. 6. ethi. Sapientia & intellectus virtutes ſunt intellectuales. nulla autem virtus eſt donum. ergo intellectus non eſt donū. Contra. Eſa. 11. numeratur inter ſeptē dona. Pręterea. Donorum propria eſt ratio vt per ea quis ſuper humanū modum operetur. ſed operatio intellectus eſt præcipue ſuper hominem, vt dicitur in ethi. ergo intellectus maxime debet dici donum. Reſpon. Dicendum ꝙ inuiſibilia Dei dupliciter cognoſci poſſunt a nobis. Vno modo per conſiderationem diuinorum effectuum, & ſic per fidem ea cognoſcimus quæ diuinis verbis aſſentit in quibus nobis diuina tradūtur per cōparationem ad diuinos effectus, & iō de viſione fidei dicitur. 1. Cor. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ęnigmate. Alio modo cognoſcuntur traſcēdendo omnes Dei effectus, ſecundum ꝙ omnibus quæ videntur vel dicuntur, Deus cognoſcitur pręeminere, & hoc proprie dicitur intelligere diuina quaſi intrinſecus ad ea penetrare, & hoc contingit dupliciter. Vno modo videndo ea per eſſentiam, & ſic intelligunt beati. Alio modo videndo ſolum de eis quid non ſunt, non autē quid ſunt, per aliquod lumen infuſū, & ſic intelliguntur in via, & ita intellectus ponitur donum Spiritusſancti, ſecundum illud Apoſtoli. 2. Cor. 4. Nō contemplantibus nobis quæ videtur, ſed quę non videntur, Ad primū qđ obiicitur ꝙ intellectus eſt nobis naturaliter inſitus, Dicendum ꝙ hoc verū eſt, prout eſt habitus principiorum, & ſic non eſt donum, ſed prout per lumen ſuprēmum facit in ſe conſpicere ſpūalia, & ſic nō eſt nobis inſitus, ſed potius infuſus, & ſic eſt donum. Ad ſecundū quod obiicitur de dono gratuito: Dicēdum ꝙ intellectus ęquiuoce accipitur pro habitu acquiſito, & pro perſpicacitate ingenii naturalis, & ſic eſt in malis, & pro habitu infuſo, ſic eſt in ſanctis viris. Ad tertium ꝙ ſapiētia & intellectus virtutes ſunt intellectuales, Dicēdum ꝙ loquitur de intellectu qui eſt habitus acquiſitus, non infuſus, per illuſtrationem luminis naturalis, non ſupernaturalis.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ conſilium non ſit donum, quia, ſecundum Tullium, Conſiliū eſt alicuius faciendi vel non faciendi vere excogitata ratio. ſ d huiuſmodi excogitata ratio a natura ē, non a gratia. ergo nō eſt donum gratuitum. Præterea. Grego. Spiritusſanctus contra pręcipitationem mentem inſtruit conſilio. ſed hoc pertinet ad cautelam quæ eſt prudentiæ. ergo conſilium eſt virtus, & non donum. Pręterea. Dona ſe extendūt ad illa quę ſunt de neceſſitate ſalutis. ſed conſilium, ſecundū ꝙ cōmuniter dr, dirigit in his quæ ſunt perfectiōis non neceſſitatis. ergo conſilium non eſt donum. Sed contra. Eſa. 11. inter dona computatur. Pręterea. Virtutibus reſpondent dona. ſed quędam virtus eſt ordinata ad bene conſiliandū. ſ. eubulia, de qua philoſophus in. 6. ethi. determinat. ergo videtur ꝙ debeat eſſe aliquod donum quod ꝑficiat nos ad recte conſiliandum. Hoc autem eſt conſilium. ergo eſt donum. Reſpon. Dicendum ꝙ ſecundū Philoſophum in. 3. ethi. cōſilium eſt quæſtio de operabilibus a nobis, & iō non eſt de fine, qui eſt principium in operandis, ſicut nec in aliis ſcientiis eſt

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ar. 4. ſcđa ſecundæ q. 52. arti. 1. o.

quæſtio de principiis illius ſcientiæ. In his autem quæ ſunt ad finem recte quis conſiliatur, ſecundum Philoſophum, ſi debitum finem præſtituat, ſi media accõmoda ad finem inueniat, ſi tempore conuenienti conſilium pficiat ne tempus agendi per morã tranſeat, & ad hanc rectitudinem conſilii pducit eubulia, vt dicit Philoſophus in.6.ethi. Sed quia operabilia humana contingentia ſunt, & poſſunt deficere ne ad finem intentum perducant per quæ homo conſiliatur, ideo certitudinem conſilii attingere non eſt humanum ſed diuinum, cuius eſt per certitudinem euentus contingentiũ præuidere, & ideo oportet ꝙ ad hanc certitudinem mens inſtinctu Spirituſſancti eleuetur, ſupra humanum modũ ad quem non poteſt rõnis dictamine, & ideo conſilium eſt donum. Ad illud quod primo obiicitur de Tullio, Dicendũ ꝙ loquitur de conſilio, prout eſt actus naturalis rationis, nõ pro ut eſt habitus infuſus a Deo. Ad ſecundum de cautela, dicendum ꝙ cauere præcipitationẽ ex dictamine rationis hoc eſt cautelæ virtutis: Sed ex inſtinctu Spirituſſancti, quo filii Dei aguntur, Roma.8. eſt conſilii doni. Ad tertium ꝙ conſilium dirigit in his quæ neceſſitatis ſunt, Dicendum ꝙ q̃uis in arduis, ad quæ omnes non tenẽtur, præcipue ſit donum conſilii, ſm ꝙ Philoſophus in.3.ethi. ait, Conſiliũ adhibetur in difficilibus in qbus nobis non credimus, nihilominus poteſt eſſe in aliis.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic. ſcda ſecũdę.q. 9.ar.2.o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ donum ſcientiæ non ſit tantum de his humanis, ſed etiã de diuinis: Eſt enim, ſecundum Augu. de quibus fides ſaluberrima gignitur, nutritur, & roboratur, ſed huiuſmodi ſunt diuina. g̃ ſcientia eſt de diuinis. Præterea. Altior eſt ſcientia donum q̃ ſcientia quæ eſt virtus intellectualis. ſed illa etiã eſt de diuinis, ſicut metaphyſica. ergo multomagis ſcientia donum. Præterea. Caput eſt cõforme membris. ſed ſapientia quæ eſt de diuinis, vt metaphyſica, dicitur caput ſcientiarum. ergo & ſcientia de diuinis eſt. Contra. Auguſt. diuidit ſapientiam a ſcientia per hoc ꝙ ſapientia eſt de diuinis, & ſcientia de humanis. Præterea. Ad idem non ſunt neceſſarii duo habitus ſi vnus perfecte perficiat. ſed ad diuina perfecte ordinat ſapientia. ergo ſcientia non eſt diuinorum. Reſpon. Duorum diuidentium aliquod cõmune illud qd differentiam dignitatis ſuper rationẽ cõmunis addit, nomen proprium ex illa differentia accipit. Quod autem nullam differentiam dignitatis addit, nomen cõmune retinet, ſicut patet in proprio & diffinitione, quia propriũ eſſentiale dicitur diffinitio, propriũ vero accidentale vocatur nomine cõmuni. ſ. proprium: Et ideo quia ſapiẽtia eſt quæ de altiſſimis ſuper ſcientiã addit iudicium, & aliarum ſcientiarũ ordinationem, proprium nomen habet, propter quod ſapientia dicitur, aliæ vero ſcientiæ quæ ei ſubduntur cum nullam differentiam dignitatis ſuperaddant, ſimpliciter nomen ſciẽtiæ retinent: Et ideo ex ratione ſui nominis apparet quòd ſapientia eſt de diuinis, cum illa ſint digniora, & non ſcientia, ſiue loquamur de ſcientia ſecundum ꝙ eſt virtus intellectualis, ſiue ſecuudum ꝙ eſt donum. Ad primum, ſcientia eſt de his quibus fides ſaluberrima &c. Dicẽdum ꝙ humana ducunt in cognitionem diuinorum, & ideo Augu. dicit ꝙ ſcientia eſt de rebus humanis, non tamen de omnibus,

nibus,ſed de his qbus fides gignitur. Ad ſecundum ꝙ altior eſt ſcientia donum, Dicendum ꝙ altior eſt quo ad modũ,quia ex præſentia Spiritusſancti certitudinaliter de agẽdis iudicat, ſed ex coniecturis quibuſdam prudẽtia,ſecundum ꝙ dicitur Sapientię.9. Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtrę: Sed metaphyſica ex vniuerſalibus principiis certitudinaliter de aliis ſcientiis, ſed non quo ad obiectum ſcientia donũ altior eſt metaphyſica,quia ſciẽtia donum de humanis rebus, metaphyſica aũt eſt de rebus diuinis. Ad tertiũ ꝙ ſapiẽtia eſt caput ſcientiarum,Dicendum ꝙ metaphorica eſt loquutio. Secundum autem Diony.ex ſimilitudinariis loquutionibus non eſt argumentandum.

Expoſitio tex.

Quo fides ſaluberrima gignitur. Hoc intelligitur quantum ad diſtinctionem articulorum,ſiue quãtum ad exhortationẽ ad fidẽ, ſecundum ꝙ fides eſt ex auditu,non q̃tum ad habitum fidei qui eſt ex infuſione. Abſtinere vero a malis &c. Hoc eſt timoris ſicut exequentis, ſcientiæ ſicut dirigentis.

Diſtinct. Trigeſimaſexta.

Solet ẽt quæri etc.

Queſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vt hic. pria ſecũdę.q. 65.ar.1.0. quol. 12. ar.23.

Hic primo quæritur, vtrum virtutes politicæ ſint cõnexę,& videtur quòd non: Virtutes enim politicæ ex actibus acquiruntur,vt probat Philoſophus in.2.ethi.ſed actus non ſunt cõnexi.ergo nec politicæ virtutes. Prę terea. Secundum Philoſophum in 4.eth. Sicut prudentia omnes virtutes morales,ita ſapientia ordinat omnes ſcientias quaſi caput ſciẽtiarum, vt dicitur in.6.ethic.ſed propter hoc ſcientiæ non cõnexæ ſunt. ergo nec virtutes. Pręterea. Secundum Philoſophum in.4.ethi.qui circa honores mediocres moderate ſe habet nõ eſt magnanimus.conſtat autem ꝙ eſt virtuoſus ſecundum aliam virtutem quam ipſe dicit innominatam. ergo vna virtus poteſt haberi non habita alia. Præterea. Augu.dicit ad Hiero.ꝙ non eſt diuina ſententia qua dicitur,qui habet vnã hẽt oẽs. ergo cũ oĩs vera ſententia diuina ſit, ſecundũ Ambro.Omne verum a quocunq; dicatur,a Spũſancto eſt, videtur quòd non ſit vera ſententia. Contra. Hiero. ad Pãmachiũ, Quatuor virtutes deſcribunt Stoici ita ſibi connexas,vt qui vnã non habuit omnibus careat,& qui vnam habuerit omnes habeat.ergo omnes virtutes ſunt connexæ. Præterea. Species infert genus.ergo iuſtitia ĩfert virtutem.ergo quicũq; eſt iuſtus,eſt virtuoſus.g̃ omni virtute plenus. Reſpond. Virtus poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum eſſe ipſius imperfectum,ſecũdum quòd ineſt nobis a natura ſecundum ꝙ dicit Philoſophus, quòd ſeminaria virtutum inſunt nobis a natura,& ſic virtus dicitur quædam naturalis inclinatio ad actum virtutis,& hoc modo vna poteſt haberi ſine alia,cũ naturaliter aliqui apti ſint ad liberalitatem qui ſunt proni ad luxuriam ex natura ſuæ complexionis. Alio modo conſideratur virtus ſecũdum eſſe perfectum quod ex aſſuetudine recipit,& ſic accipit nomen politicæ virtutis,& hoc modo omnes virtutes ſunt connexę.Ad quod triplex ratio ex philoſophorum dictis acci-

pitur. Prima quidem ſumitur ex ordine virtutis ad prudentiam: Nulla enim virtus ſine prudentia eſſe poteſt, per quam virtus quælibet in finẽ ſuum tẽdit per debita media quę prudentia conſiliando adinuenit. Vnde dicit Greg. quòd niſi virtutes reliquę ea quę appetunt prudenter agant, virtutes nequaquam eſſe poſſunt. Similiter nec prudentia, cum ſit recta ratio agibilium, poteſt eſſe ſine virtutibus aliis moralibus per quas habemus rectam ęſtimationem de fine qui eſt principium operabiliũ, quia qualis vnuſquiſq; eſt ſecundum habitum, talis finis videtur ei, ſicut aliquis errans circa principia ſpeculatiua peruerſe ratiocinatur. Secunda ratio ſumitur a conditionibus quas communiter in omni virtute oportet eſſe. Vnde Seneca dicit, Omne quod benefit, iuſte, fortiter, prudenter, tẽperateq; fieri, q̃uis vnáquáq; quælibet virtus principaliter ſibi vendicet, propter quod illius cõditionis cauſa eſt, in qualibet alia virtute, quia ſecundum philoſophum, illud quod eſt maximũ in quolibet genere eſt cauſa aliorum. Vnde fortis, qui eſt circa maxima difficilia perſeuerans, facile in aliis difficultatibus minoribus perſeuerat. Tertia ratio ſumitur ex fine quem intẽdit quęlibet virtus: Quælibet eni virtus operatur propter bonum virtutis ſimpliciter quod principaliter intẽdit, ideo nullo modo ab ipſo intentionem deflectit. Vnde virtus non poteſt eſſe cũ aliquo vitio. Ad primum q̃d obiicitur quòd actus non ſunt connexi, Dicendum quod verum eſt quantum ad materiam, cum poſſit ſe aliquis exercere ita in actu alicuius virtutis, ꝙ nõ alterius, non tamen quantũ ad formã quã imponit ratio circa actum cuiuſlibet virtutis, quia ex eiſdem pricipiis procedit circa materiam cuiuslibet virtutis. & ex intentione & dilectione, proprii boni, quáuis eius bonum & rationis quãtum ad aliquam conditionem magis reluceat in aliqua virtute, q̃ in alia, ſicut iam dictum eſt. Ad ſecundum de prudentia & ſapientia: Dicendum quod non eſt ſimile, quia ſcientiæ aliæ addunt principia ſpecialia ad principia cõia ſapientiæ: ſed nõ ſic virtutes ſuper principia prudentiæ, cum eadem ſint principia illius, & aliarum virtutum, ſecundum Philoſophum. Fines moralium virtutũ qui ſe habent vt principia in practicis ſunt principia prudentię & aliarũ virtutum. Ad tertium quod obiicitur de magnanimitate: Dicendum quòd qui moderate ſe habet circa mediocres honores, quáuis non habeat ſemper actum magnanimitatis quòd eius materia non ſibi competit, habet tamen habitum, quo etiam circa illas optime ſe haberet ſi materia iſta ſibi competeret, & ſic eſt de liberali & magnifico. Ad quartum dicendũ quòd ab Aug. negatur eſſe diuina ſententia Qui habet vnam, habet omnes: Dicendum quòd hoc eſt, quia non eſt ex ſacra ſcriptura prolata, propter quod neceſſe ſit ei conſentire.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd virtutes gratuitę non ſint cõnexę, Chriſtus habuit omnes virtutes, cui tamen defuit fides & ſpes. in peccatoribus etiam eſt fides in quibus non eſt charitas. ergo vna virtus poteſt haberi ſine altera. Prætērea. Perſeuerantia eſt quædã virtus. ſed multi habent virtutes aliquas in quibus non perſeuerant. ergo vnã virtus poteſt haberi ſine alia. Prętērea. Coniugati & innocentes poſſunt habere caſtitatem ſine virginitate, &

In alio ſcrip. vt hic.

te, & pœnitentia. ergo non eſt neceſſarium ꝙ qui habet vnam habeat omnes. Contra. Grego. virtus vera nõ eſt, ſi cum aliis mixta non eſt. ergo cõnexio eſt in virtutibus veris. Præterea. Vt dicit Auguſt. in litera, virtus eſt charitas qua diligitur quod diligẽdum eſt. ergo qui charitatem non habet, nullam virtutem habet, quia non diligit quod diligere debet. Qui vero charitatem habet omnem virtutẽ habet, quia diligit omne quod diligendum eſt. ergo virtutes gratuitę ita cõnexæ ſunt, ꝙ qui habet vnã habet omnes. Reſpon. Ex tribus ſumitur ratio quare virtutes ſunt annexę. Prio ex parte charitatis quę eſt forma virtutum, quæ eſt vna: Secundo ex parte gratię quę eſt radix virtutum, quę eſt vna. Tertio ex parte efficientis. i. Dei a quo impium eſt dimidiam ſperare veniam, vt ſancti dicunt, qui nihil imperfectum relinquit. Vnde quãdo aliquẽ iuſtificat omnes virtutes ei ſimul infundit. Ad primum de Chriſto, &
3.p. q. 7. art. 3.c.& ad primũ ar.4.c. aliis hominibus dicendum ꝙ Chriſtus erat non purus viator, ſed comprænhenſor: Et ideo virtutes. ſ. fides, ſpes, quæ habent imperfectionem annexã, quæ nõ compatiuntur ſecum ſtatum perfectionis ſiue compręhẽſionis, nõ fuerunt in Chriſto. Connexio autem virtutum intelligitur eſſe in ſtatu vię qui eſt ſtatus imperfectionis. In aliis autem hominibus, quãuis ſint fides, & ſpes, non tamen habẽt rationem virtutis, quia ſũt ſine charitate, a qua eſt omnis ratio virtutis, ſecundum theologum, quia per eam habent aſſequi finem virtutis, qui eſt beatitudo. Ad ſecundum de perſeuerantia, Dicendũ ꝙ vno modo eſt ſpecialis virtus, ſcdm ꝙ dicit propoſitum perſiſtendi vt nõ recedat quis a ratione recta propter triſtitias, ſiue a virtute, vt dicitur. 7. ethic. & ſic eſt ſimul de neceſſitate cũ aliis virtutibus. Alio modo eſt quoddam accidens virtutum, ſm ꝙ dicit ipſarum cõtinuationẽ vſq; in finem, & ſic nõ eſt neceſſarium ꝙ ſit ſimul cum aliis virtutibus. Ad tertium de pœnitentia & virginitate, dicendũ ꝙ pœnitentia ſuper eſſentiam virtutis quæ conſiſtit in peccati deteſtatione addit accidẽs quoddam. ſ. dolorem de peccato cõmiſſo. Quantum ergo ad primum eſt in innocente, q̃uis non quantum ad ſm. Similiter eſt de virginitate dicẽdũ, quę pręter eſſentiã virtutis quæ cõſiſtit i abſtinẽtia a licito coitu, addit accidens quoddã. ſ. propoſitũ perpetuę integritatis. Quãtum ad primũ eſt in cõiugato, q̃uis nõ q̃tum ad ſm.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ virtutes non ſunt ęquales. 1. ad. Cor. 13. dicitur ꝙ charitas maior eſt fide, & ſpe. ſed quęlibet harum eſt virtus. ergo vna virtus eſt maior alia. Præterea. Quantitas virtutis obiecto menſuratur. ſed vna virtus ad plura obiecta ſe extẽdit quàm alia. ergo vna virtus eſt maior alia. Præterea. Habitus eſt ad actus habilitare. ſed homo quandoq; eſt magis habilis ad actus vnius virtutis q̃ ad actus alterius. ergo habet vnã virtutẽ magis intenſam q̃ aliam. Cõtra. Quę cũq; ſil' & ab eadẽ cauſa æqual'r cauſantur, ſil' augmẽtantur & minuũtur. ſed virtutes a gratia eadem omnes ſil' cauſantur. ergo ſimul augmentantur & minuuntur. g̃ ſemper ſunt ęquales. Pręterea. Scdm quãtitatẽ virtutis eſt q̃titas meriti, & ſm quantitatem meriti quãtitas præmii. ſed nõ poteſt eidem deberi præmiũ maius & minus. ergo non poteſt in eodem eſſe virtus maior & minor. ergo omnes ſunt ęquales. Reſpon. Dicendum ꝙ de

In alio ſcrip. vt hic. art. 4. pria ſcdę q. 66. art 1. o. ſcda ſecundæ q. 5. arti. 4. c.

æqualitate virtutum eſt loqui tripliciter. Aut quo ad quantitatē dignitatis, & ſic nō ſūt æquales, quia charitas maior eſt aliis. Aut quo ad quantitatem extenſionis per comparationem ab obiecta, neq; ſic ſunt æquales, quia ad plura ſe extendit prudentia q̄ temperātia. Aut quo ad intenſionis ſeu vigoris quantitatem, & hoc dupliciter. Vno modo quo ad vigorem eſſentialem quem recipit virtus ex parte gratiæ. Alio modo quo ad vigorem accidentalem quem recipit ex parte ſubiecti. Primo modo ſūt ęquales .ſ. quo ad habitum, ſecūdo modo inęquales .ſ. quo ad vſum: Habitus enim totaliter eſt a gratia, ſed vſus eſt partim a li be. arb. & ſic patet reſponſio ad pria duo obiecta. Ad tertium de habilitate ad actum, Dicendum eſt ꝙ hoc nō tantum poteſt contingere ex diuerſitate habituum, ſed ex diuerſa diſpoſitione ſubiecti.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic ar. 5.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ vitia ſint connexa. Vitium enim eſt priuatio virtutis. ſed qui habet vnum vitium, priuatus eſt omni virtute. ergo habet omne vitium. Pręterea. Iac. 2. dr̄. Qui offenderit in vno factus eſt reus omnium. Præterea. Sicut vna eſt radix oium virtutum. ſ. gratia vel charitas, ita vna omnium malorum .ſ. cupiditas. 1. ad Timo. 6. ergo ſicut propter cōnexionem in vna radice qui habet vnā virtutem habet omnes, ita propter cōnexionem conſimilem qui habet vnum vitium, habet omnia. Præterea. Virtus & vitia, ſecundum theologos, ſunt immediate oppoſita, ſed nulla virtus ineſt habenti aliquod peccatū. ergo inſunt omnia vitia oppoſita ſingulis virtutibus habenti aliquod peccatum. Contra. Peccatum cōtingit infinitis modis, ſecundum Diony. & Philoſophū. ſed impoſſibile eſt infinita ineſſe eidem. ergo non poſſunt omnia peccata connexa eſſe. Præterea. Impoſſibile eſt cōtraria ſimul eidem ineſſe. ſed contrarium eſt vitiū vitio, ſicut prodigalitas auaritię. ergo. Reſpon. In vitio eſt duo cōſiderare, vnum ex parte auerſionis a bono incommutabili. Aliud ex parte conuerſionis ad multa bona cōmutabilia. Ex parte auerſionis connexa ſūt vitia .i. quo ad ſubtractionem gratiæ & pœnam dāni, ſed non ex parte conuerſiōis .i. quo ad pronitatem culpę, & pœnam ſenſus. Nam habitus ipſi .ſ. pronitates vitiorū generantur ex operibus noſtris. Vnde non habent vnā cauſam, ſed multas, quæ ſimul cōcurrere non pn̄t. Habitus vero virtutum habēt cauſam vnam. ſ. Deum, ideo habent connexionem. Ad primum qd obiicitur ꝙ vitium eſt priuatio virtutis: Dicendum ꝙ duplex eſt priuatio. Vna quę eſt priuatio ſimplex, vt cæcitas viſus, alia eſt fundata ſuper cōtrarium habitum, vt nigrum albi. Primo modo qui habet vnum vitium, priuatus eſt omni virtute: Secundo vero modo, non primo, vitium dicitur priuatio virtutis. Ad ſecundum dicendum quòd dictum Iaco. intelligitur de reatu quo ad pœnam dāni, non ſenſus. Ad tertium. Sicut vna eſt radix, Dicendum ꝙ non eſt ſimile, qa charitas vna numero, radix eſt omnium virtutum in eodem, ſed cupiditas non vna numero, nec ſpecie, ſed genere, radix eſt omnium vitiorum. Ad quartum. Virtus & vitiū ſunt oppoſita immediate, Dicendum quòd hoc intelligitur ſecundum ꝙ vitium dicitur ſimplex priuatio, non ſecundum ꝙ dicitur vitium proprie priuatio fundata ſuper habitum cōtrariū,

quia

quia per vnum actum vitii amittitur virtus gratuita, non tamen generatur habitus vitii.

Expoſitio tex.

Vbi eſt charitas qd

eſt qd poſſit deeſſe? ergo omnes aliæ virtutes ſuperfluunt. Reſpon. Hoc intelligitur propter neceſſariam connexionem aliarum virtutum quarũ ipſa eſt cauſa, nec tamen aliæ virtutes ſuperfluunt, quia per charitatem perficitur volũtas, per alias virtutes aliæ vires. Quantomagis ineſt virtus, tantominus ineſt vitium. Contra. Nõ ſimul ſunt. Reſpon. Dicendum ꝙ loquitur de vitio pœnę .i. pronitatis ad malum, non culpæ. Vel poteſt dici ꝙ dicitur minus habere de vitio qui a vitio magis elongatur. Quia non iuſtificationis gratia. Contra. Impletio præceptorum Dei iuſtificat. Reſpon. Intelligitur de opere operato, non de opere operante.

Diſtinct. Trigeſimaſeptima.

Sed iam diſtributio

decalogi &c.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vt hic. 3. cõtra. cap. 114. 115. 116.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ nõ fuerit neceſſarium aliquod præceptũ tradi homini. Ro. 8. Peccatum occaſione ſumpta per mandatum operatum eſt in me omnem cõcupiſcentiã. ergo mandatum eſt occaſio omnis cõcupiſcentiæ. ſed tale non debuit homini imponi a Deo quod operaretur in homine omnem concupiſcentiam. ergo nec mandatum. Prçterea. Infirmi non ſunt oneribus aggrauandi, ſed alleuiandi. cũ ergo homo poſt peccatum infirmatus fuerit, non debuit ei onus præceptorum imponi. Præterea. Lex cogit hominem metu pœnę. ſed coactio detrahit merito, quia ſeruitia quanto magis voluntaria ſunt, tanto magis grata. ergo non debuit ei lex mandatorum dari. Cõtra. Roma. 8. Peccatum non cognoui niſi per legem. ſed neceſſarium fuit peccatum noſcere, vt .ſ. vitaretur. ergo neceſſarium fuit legem dari. Itẽ in intelligibilibus diſciplinarum nõ ſufficit homini cognitio interior ſine doctrina exteriori. ergo nec in operabilibus virtutum lex interior ſine exteriori. Reſpon. Neceſſarium fuit præcepta legis naturalis populo dari, & in ſcriptum redigi, propter quatuor rationes. Primo quia per cõtrariam conſuetudinem peccandi ratio naturalis, in qua ſcripta erant, erat obtenebrata. Secũdo quia & ſi in aliquibus vigebat ratio, tamen propter amorem boni in eis deficientem, coactione præcepti ad bonum inducẽdi erant. Tertio vt ad opera virtutis nõ ſolum natura inclinaret, ſed reuerentia diuini imperii. Quarto vt magis memoriæ traderentur, & frequentius in cogitatione verſarentur. Ad primum de verbo Apoſtoli, Dicendũ ꝙ mandatum per accidens auget concupiſcentiam, quia ex eo ꝙ aliquid prohibetur, ponitur homini quaſi in alto: Et ideo quaſi quoddã arduũ illud appetit homo, ſed per ſe docet quid cauendum: Et quia homo excęcatus per culpam indigebat cogitare quid cauẽdum, ideo neceſſarium fuit ei tradi mandatum. Ad ſecundum de infirmis: Dicendum ꝙ quis infirmi non ſint onerandi oneribus oppreſſiuis quæ virtutẽ debilitant, ſunt tñ onerãdi oneribus alleuiatiuis ſeu ſanatiuis, q̃ virtutẽ iuuant, & talia ſunt onera prçceptorum. Ad tertium de coa

ctione, Dicendũ ꝙ duplex eſt coactio, quædam violentię. & hęc tollit meritum. Quędam obligationis, & hęc nõ tollit, quia non aufert libertatem voluntatis. Primo modo non cogit lex, ſed ſecundo. Vnde non diminuit meritum in eo qui voluntarie implet legem, ſed in eo qui ſolo metu punitionis cogitur ad implendum.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic. quęſtiuncula. 1. prima ſecũdę. q. 100. ar. 3. c. ar. 5. o. 3. cõtra. c. 120. 128.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non debeant eſſe decẽ legis præcepta. Roma. 12. Plenitudo legis eſt dilectio. ergo non oportuit dari niſi præceptum dilectionis. Preterea. Roma. 7. Concupiſcentiã neſciebam eſſe peccatum niſi lex diceret. glo. Bona eſt lex quæ dum concupiſcentiam prohibet omnia mala ꝓhibet. ergo ſuffeciſſet prohiberi concupiſcentiam ſine prohibitione aliorum malorum. Contra. Contingit peccare in deum, in ſe, & in proximũ. ergo debuerunt dari pręcepta prohibentia peccatum non tantum in deũ, vel proximum, ſed etiam in ſeipſum. ergo plura debuerunt eſſe præcepta. Præterea. Vbicunq; contingit peccatum eſſe in opere, cõtingit eſſe peccatum in interiori cõcupiſcentia, qa conſenſus in peccatum, peccatum eſt. ſed furtum & mœchia prohibẽtur diuerſis pręceptis, quantum ad actum & concupiſcentiã. ergo eadem ratiõe alia peccata debuerunt duplicibus pręceptis prohiberi. Præterea. Ad Gal. 3. Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt. ergo debuerunt dari prohibitiones de ſingulis ſpeciebus tranſgreſſionum. ſ. de peccato ſuperbię, vanæ gloriæ, inuidiæ, & cęteris aliis peccatis. Reſpon. Dicendum ꝙ ſecundum duo præcepta charitatis in deũ, & in proximum, dantur præcepta ordinantia in Deum, ſ. pręcepta primæ tabulæ, ordinantia vero in proximũ, præcepta ſecundæ. In Deo autẽ ſunt ſũma maieſtas quæ appropriatur Patri, ſumma ſapientia. i. veritas quę Filio, ſumma bonitas, quæ Spiritui ſancto. Primum pręceptum ordinat per actum exterioris operationis, quæ eſt adoratio vnius Dei, in ſummam maieſtatem. Secundum per actum ſermonis de non iurando in ſummam veritatem. Tertium per actum cordis, qui eſt ſanctificatio in ſummam bonitatẽ. Ad proximum autem ordinant præcepta ſecundæ tabulæ, ſecundum ꝙ in eo relucet imago Dei. Aut ergo ſecundum ꝙ in eo relucet proprietas Patris, & ſic in eum ordinat primum præceptum ſecundæ tabulæ, quod eſt honorare parentes, aut veritas Filii, & ſic illud præceptum quod eſt. Non falſum teſtimonium dices, aut bonitas Spiritusſancti, ſic debemus ei innocẽtiam. ſ. ne lędamus eum in propria perſona, & contra hoc nocumentum ordinat illud, Non occides, Ne lædamus in perſona ſibi coniuncta, nec in rebus ſuis, & hoc neq; actu exteriori, neq; interiori. Contra nocumentũ in perſona coniuncta actu exteriori ẽ illud, Nõ mechaberis, actu interiori, Non concupiſces vxorẽ proximi tui. Contra nocumentum in rebus ſuis actu exteriori eſt illud, Non furtum facies, actu interiori, Non concupiſces rem proximi tui. Ad primum quod obiicitur de dilectione, Dicendum ꝙ in præcepto dilectionis continentur omnia per reductionem, ſicut in generali principio, ſed nihilominus oportuit dari præcepta moralia magis ſpecialia & propinqua, propter legis naturalis obtenebrationem. Ad ſecundum de concupiſcentia, Dicendum ꝙ in prohibitione concupiſcentiæ continetur omnes prohibitiones per reductionẽ,

ductionem,ſicut in prima radice gña li,ſed nihilominus quia tam generalis prohibitio nõ ſufficeret, oportuit dari alias prohibitiões magis expreſſas in ſpeciali. Ad tertium quod contingit peccare in Deum,& in ſe, & in proximum, Dicendum ꝙ ſecundum Philoſophum, Lex intendit bonum cõmune,ideo non pręcipit vel prohibet actus hominis, niſi inquantum ad alterum ordinantur. Inde eſt ꝙ non dat ſpecialia præcepta vł prohibitiones de ordinatione ſui quo ad ſeipſm, ſed hãc implicite docet in ordinatione ſui ad Deum,& ad proximum.

Ad quartum de adulterio & furto voluntatis & operis,Dicendum ꝙ nõ eſt ſimile,quia maior eſt inclinatio naturę corruptæ ad adulterium & furtũ, quia in vno mouet voluptas,in altero vtilitas,ꝗ in homicidio,& aliis.

Ad quintum de prohibitionibus,Dicendum ꝙ quãuis lex propter tranſgreſſores ſit poſita, non tamen oportuit omnia mala expreſſe prohiberi, ſed illa quæ primo vitanda occurrũt ad virtutem tendenti:Et ex hoc appãret ordo præceptorũ:quia enim primo occurrunt vitanda peccata operis ꝗ oris,& illa ꝗ cordis tanquã grauiora,ideo hunc ordinem tenet legiſlator in prohibitionibus faciẽdis, ꝗ̃tum ad aliqua pręcepta.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ non omnia legis præcepta ad hęc decem reducantur.

In alio ſcrip. vt hic. pria ſecũdę.q. 100. arti. 3.

Ea quę ſunt diuerſorum generum,ad ſe inuicem non reducuntur.ſed moralia & cęremonialia ſunt diuerſorũ generũ.ergo cęremonialia ad moralia non reducuntur. Pręterea. Manente cauſa manet effectus.ſed quędã præcepta legis mutata ſunt, vtputa cęremonialia,& aliqua iudicialia,moralibus præceptis manentibus. ergo non reducuntur ad iſta ſicut ad cauſam. Præterea. Quę ſunt a principio voluntario,vt artificialia,ad ea quæ ſunt naturalia non reducuntur. ſed cęremonialia ſunt a voluntate inſtituẽtis,moralia a natura. ergo cęremonialia ad moralia non reducuntur. Contra. Dilectio Dei & proximi in illis decem præceptis cõtinetur & pręcipitur.ſed omnia pręcepta legis ad dilectionem Dei & proximi reducuntur,vt habetur Matth.22.In his duobus mandatis vniuerſa lex pẽdet,& prohetæ. ergo reducuntur ad illa decem. Præterea. Omne præceptum rationale ad rationem rectã reducitur.ergo ad illud naturale. ſed decem præcepta decalogi continent ea quæ ſunt de dictamine iuris naturalis.ergo ad ea omnia alia præcepta rationalia reducuntur. Reſpon. Sicut in ſpeculandis ex primis & vniuerſalibus principiis omnia alia principia deriuantur & probãtur, & ideo ad ea omnia reducuntur,ita & in agẽdis ex primis præceptis legis naturalis omnia alia præcepta deriuantur, & producũtur,ideo ad ea omnia alia reducuntur,& ideo iudicialia, moralia,& poſitiua. Ad primum. Illa quæ ſunt diuerſorum generũ &c. Dicendum ꝙ quãuis non reducantur ad inuicem reductione eſſentiali, reduci tamen poſſunt reductione cauſali, vt accidentia omnia ad ſubſtantiam, qa ſubiecta materia cum forma,ſecundũ Philoſophum,cauſa eſt omnium quę ſiunt in ea. Ad ſecundum. Manente cauſa: Dicendum ꝙ cęremonialia non reducũtur ad moralia vt ad cauſam immediatam, ſed remotam, mediante aliqua cauſa variabili.ſ. ſignificatione Chriſti venturi incarnandi: Similiter quędam iudicialia quæ pro

loco & tempore ſtatuebātur, illud vero intelligitur de cauſa per ſe & immediata. Ad illud de artificialibus, Dicendum ꝙ quāuis non reducantur ad naturalia vt ad genus vel cauſam efficientem, reducuntur tamē per aliquem modum, inquantum per inſtrumenta naturalia, & ex materia naturali fiunt.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic. prima ſecundæ. q. 100. arti. 8. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ præcepta decalogi ſint diſpēſabilia. Omnis vicarius habens a domino ſuo ſibi cōmiſſam plenitudinem poteſtatis poteſt in præceptis domini ſui diſpenſare. ergo Papa poteſt diſpēſare in præceptis Chriſti, & ſic in ꝑceptis decalogi. Præterea. Ex præcepto iudicis, quis lex dicat, Non occides, licet tamen occidere. ergo iudex poteſt cōtra legis præceptū diſpenſare. Præterea. Ex pręcepto Imperatoris vel iudicis licet rem alienam inuito domino contrectare, & ei auferre. ergo poteſt contra præceptum de non furando diſpenſare. Præterea. Machabęi diſpenſauerūt contra præceptum de ſabbato, prio Mach. 2. ergo licet homini cōtra præcepta decalogi diſpenſare. Contra. Dicit Bern. libro de diſpenſatione & pręcepto. Nulli licet diſpenſare contra præceptum a ſuo ſuperiori impoſitum. ſed pręcepta decalogi ſunt pręcepta diuina. ergo nulli homini licet in eis diſpenſare. Præterea. In quolibet genere eſt vna prima menſura, quā oportet eſſe certiſſimam & infallibilē, vt dicit Philoſophus in ethi. ſed prima menſura omnium actuum humanorum eſt lex decalogi. ergo in nullo caſu ab ea diſcedere licet, & ſic nulli licet in præceptis huiuſmodi diſpenſare. Reſpon. Cuius eſt inſtituere naturam, eius tantum eſt immutare naturam. Vnde cum nullius hominis ſit naturam inſtituere, nullius hoīs erit eam īmutare. Sed pręcepta decalogi ſūt de iure naturali, ideo in eis, nec in aliis, prout vim eorum continent, licet alicui homini diſpēſare. Poteſt tamen in aliis, ſi ſit ſine iſtorum præiudicio, vtputa in præceptis legis poſitiuæ, diſpēſari ab illo qui authoritatem habet. Ad primum quod obiicitur de vicario: Dicendum quòd illud verum eſt de vicario habēte plenitudinem poteſtatis ſimpliciter vniuerſalem, non de illo qui habet reſtrictam & determinatam. Vicarius autē Chriſti non habet plenitudinem vniuerſalem: Non enim poteſt facere miracula quę faciebat Chriſtus, ſed habet reſtrictam ad ea quæ pertinent ad cathedram in quibus habet plenitudinem poteſtatis. Ad ſecundum quòd ex præcepto iudicis licet occidere: Dicendum ꝙ occidere ſimpliciter malum eſt & prohibitum, nec hoc licet ex præcepto iudicis facere. Tamen occidere maleficum non eſt malum, nec prohibitum miniſtro iuris, & hoc licet ex pręcepto iudicis facere. Ad tertium de præcepto Imperatoris: Dicendum quòd contrectare rem alienam inuito domino nō eſt malum ſecundum ſe, niſi addatur fraudulenter. Vnde ex cauſa addita licet hoc facere, non tamen licet furari, & præterea ex pręcepto Imperatoris illud quod erat alicuius alterius, ſit non ſuum propter aliquam culpam, & ſic non contrectatur alienum. Ad quartum de ſabbato: Dicendum ꝙ non fuit diſpēſatio ſed interpretatio: Nam legem defendere non erat ſeruile opus, ſed liberrimū, & licitum quocunq; tempore. quol. 4. arti. 13. c.

Expoſitio

Expoſitio tex.

Hæc orige. dicit duo eſſe mādata: Sicut Orige. primū mandatum diuidit in duo, ita duo vltima mandata quæ ſunt de prohibitione concupiſcentiæ coniungit in vnum, & ſic præcepta denarium non tranſcendunt. Idolum nihil eſt in mūdo. Hoc autem multipliciter intelligi poteſt. Vno modo inquantum idolum eſt ſimilitudo, & ſic Orige. exponit, vt dicatur idolum nihil eſſe, quia nullius rei exiſtentis eſt ſimilitudo, ſed alicuius non exiſtentis in rerum natura, ſicut faciebant gentiles idolum duplici capite, vel cum corpore hominis, & capite bouis, vel aliquo ſimili modo. Alio modo poteſt intelligi de idolo, ſecundum quod eſt res quædam, & hoc dupliciter. Vno modo quātum ad formam quæ exiſtimatur eſſe in idolo, & non eſt in eo. ſ. forma diuinitatis. Alio modo quantum ad effectum, quia. ſ. ad peccatum, quod nihil eſt, inducit. Cum quis plus accipit in vſura. Cōtra. Ergo nō in ſolis rebus corporalibus eſt vſura. Rñ. Hęc vſura accipitur metaphorice nō proprie. Vel ſi in hyeme demus. x. modios. Contra. Poſſibile eſt ꝙ. x. in hyeme valeant. xv. in ęſtate. Reſpō. Hoc intelligitur ſuppoſito ęquali valore.

Diſtinct. Trigeſimaoctaua.

Sciēdum eſt tñ etc.

Quęſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur, & videtur ꝙ inconuenienter diffiniatur mendacium in litera: Qui. n. verū loquitur quod falſum eſſe credit, ſecundum Auguſt. mentitur. ergo aliquando eſt mendacium vbi non eſt falſa ſignificatio vocis. Preterea. Qui dicit mendaciū iocoſum non habet intentionem fallendi. ergo mendacium non ſemper eſt cum intentione fallendi. Præterea. Contingit ſignificare vere vel falſe aliquid non ſolum verbis ſed ēt factis vel nutibus, & per hoc cōtingit falſum ſignificare ex intentione fallēdi ſine verbis. ergo mendacium non eſt ſemper falſa ſignificatio vocis. Contra. Auguſt. in litera. Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi. Iuxta hoc quęritur de differentiis mendacii in litera poſitis pęnes quid ſumuntur.

In alio ſcrip. vt hic. ſecunda ſecūdæ q. 110. ar. 1. 2. 0.

Reſpon. Mendacium dicit reſpectū ad intentionem dicentis ad rem ſignificatam, ſicut & quilibet actus moralis qui ex intentione ſpecificatur. Vnde ad completam rationem mendacii exigitur falſitas ex parte rei, & hoc eſt in mendacio quaſi materiale, & ex parte intentionis loquentis, ſcilicet intentio fallendi, & hoc eſt formale, ideo in diffinitione eius tangitur vtrūqȝ. Mentiri autem dicit ſolū comparationem ad loquētem, & ideo ad mentiri ſufficit falſitas ex parte intentionis loquentis, vel ꝙ aliter ſignificet ſermo q̄ ſit in intentione: Et per hoc patet ſolutio ad primum: Nō. n. oportet ꝙ quicunqȝ mentitur mendacium dicat. Ad ſecundum de mēdacio iocoſo: Dicendum ꝙ actus fallēdi poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ſecundum ꝙ exit a fallente, inquantum falſum ſignificat, & ſic qui dicit mendacium iocoſum intendit fallere, quia intendit falſum dicere. Alio modo ſecundum ꝙ habet effectum in eo qui fallitur, & ſic non intēdit fallere, & ideo in mendacio iocoſo eſt minimum de ratione mendacii,

quia non habet omnino intētionem fallendi, Intentio enim fallēdi duplex eſt, aut quo ad ſe. i. falſum dicēdi, aut quo ad alterum. ſ. decipiendi. Primo modo ſemper eſt intentio fallendi in quocūq; mendacio, ſed non ſecundo modo. Ad tertium de falſis nutibus: Dicendum ꝙ vox large compręhēdit quodcūq; ſignum quo conceptus mētis exprimitur, & ſecundum hoc contingit mentiri non tantum verbis ſed nutibus. Vel poteſt dici ꝙ contingit fallere nutibus non tamen mentiri ꝓprie, quia mentiri appropriate ſignificat fallaciam in verbis ſiue ſcriptis ſiue prolatis. Ad illud de differētiis mendaciorum: Dicendum ꝙ mendacium diuiditur pęnes intentionē mētientis, quia illud eſt formale in eo.

Aut ergo mentiens intendit prodeſſe, & ſic eſt officioſum, aut delectare, & ſic iocoſum, aut nocere, & ſic pernicioſum: Et hæc eſt prīa diuiſio quam ponit magiſter. Si intendit nocere proximo, aut hoc eſt in bono ſpirituali, vt in doctrina religionis, & ſic eſt prima ſpecies, aut in corporali ita quòd nulli proſit, et ſic eſt ſecunda, aut ita ꝙ alicui proſit, & ſic ē tertia. Sed hoc non poteſt eſſe in bono ſpirituali, qa nocumentum in illo nulli poteſt prodeſſe. Si intēdit delectare, vel ſeipſum, & ſic eſt quarta, vel alterum, & ſic eſt quinta. Si intēdit prodeſſe proximo, aut in bono temporali, & ſic eſt ſexta, aut in perſona ſua conſeruanda, & ſic eſt ſeptima, aut in ſpirituali bono cōſeruando, vt virginitatem vel hmōi, & ſic eſt octaua.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non omne mendaciū ſit peccatum: Nullum enim peccatum ſit inſtinctu Spiritusſancti. ſed Iacob, vt in litera dicitur, propter familiare conſilium Spiritusſancti qđ a matre acceperat dixit ſe eſſe primogenitum cum non eſſet, & ita mentitus eſt. ergo aliquod mendacium non eſt peccatum. Præterea. Plus eſt falſum ſignificare facto ꝙ verbo. ſed falſa ſignificatio per factum non ſemper eſt peccatum, vt patet in domino qui ſe finxit lōgius ire. Luc. 24. ergo multo fortius nec falſa ſignificatio ꝑ verbum. Præterea. Sophiſta inquātū huiuſmodi, frequēter dicit falſum in diſputatione ex intentione fallendi, nec tamen peccat, quia ſic ars ſophiſtica eſſet peccatum. ergo non omne mendacium eſt peccatum. Præterea. In ſcripturis ſacris leguntur aliqui ſine peccato dixiſſe falſum ſcienter, vt ille Iudic. 9. Ierunt ligna ad ramnum. ergo non omne falſum ſcienter dctū eſt peccatum. Contra. Auguſt. in lib. de mendacio dicit. Quiſquis aliquod genus mendacii ꝙ peccatū non ſit eſſe putauerit, ſeipſum turpiter decipit. ergo omne mendacium peccatum eſt. Præterea. Nihil opponitur virtuti quæ eſt veritas niſi peccatum. ſed omne mēdacium opponitur virtuti quæ eſt veritas, vt patet in 4. ethi. ergo omne mendacium eſt peccatum. Reſpon. Dicendum ꝙ in omnibus actibus per defectum cuiuslibet circūſtantiæ debitæ, etiam omnibus aliis concurrentibus, cōtingit cōmitti peccatum. Cum autem loquutio inuenta ſit ad exprimendum conceptionem cordis, quandocunq; aliqs loquitur ore quod in corde non hēt, loquitur quod nō debet. Hoc autem contingit in omni mēdacio, ideo omne mendacium eſt peccatum, quantūcunq; aliquis propter bonum mentiatur. Ad primum quod obiicitur de Iacob, Dicendum ꝙ ſibi primogenitura Dei electione debebatur, & ad illū

intellectū,

hic. ar. 3. Secunda ſecūdę. q. 110. arti. 3. o. quol. 8. arti. 14. o.

In alio ſcrip. vt

intellectum, cum dixit ſe eſſe Eſau primogenitum, Spiritusſanctus eius verba ordinabat, cuius inſtinctu & intellectu loquebatur. Vñ qa hoc ſignificare intẽdebat ad qd Spiritusſanctus ordinabat verba, ideo a mendacio excuſatur, & eadẽ ratio eſt de verbis omnium illorum in quibus mendacium concedere nepharium videtur. Ad illud quod ſecundo obiicitur de falſa ſignificatione facti, Dicẽdum quòd non eſt ſimile de verbo, & de facto. Nam verba ſunt inſtituta ad ſignificãdum verum. Vnde qui ad falſum eis vtitur, abutitur faciendo quod nõ debet, ſed facta non ſunt inſtituta ad ſignificandum. Vel dicendum ꝙ per ſimulationem facti non intendebat falſum ſignificare Chriſtus, vel quicunq; vir ſanctus, ſed verum occultare, qd' bene licet aliquando. Vel dicendum ꝙ illa ſimulatio in figura fiebat, quia figurabat ꝙ ipſi adhuc longe erant a veritate. Sicut autem verba figuratiua veritatem habẽt pro ſenſu in quo dñr, non pro ſenſu quem faciunt, vt ſi quis dicat pratum ridet, ita & facta figuratiua. Ad tertium de ſophiſta dicendum ꝙ propoſitiones diſputatiuæ potius dicuntur interrogando q̃ aſſerendo: Proponuntur enim reſpõdenti iudicandæ & non aſſeruntur, ſic reſpondens aliquando reſpondet falſum temptando opponentem. Ad quartũ quod obiicitur de Iud. 9. Dicendum ꝙ verba quę in ſacra ſcriptura fiunt aut ſunt verba eius qui ſcripturam edidit, aut ſunt verba alicuius qui in ſcriptura recitatur loquẽs. Si primo modo, ſic non contingit in eis mendacium, quãuis aliqua in ſcriptura dicantur figurate, quæ videtur eſſe falſa in primo aſpectu, quia in figuratiuis loquutionibus non eſt ſenſus verborum quem primo aſpectu faciunt, ſed quem proferens ſub tali modo loquendi facere intendit. Si ſecũdo mõ, aut ſunt alicuius cuius malitia in ſcriptura arguitur, & ſic nõ eſt inconueniens ꝙ ſint etiam pernicioſa mendacia: ſicut verba iudæorũ Chriſtum blaſphemantium, aut alicuius q cõmendatur non de perfectione virtutis, ſed de profectu ad virtutem, ſicut obſtetrices cõmendãtur quòd in hoc profecerunt quòd nõ in dãnum alicuius, ſed in obſequium diuinum mentitę ſunt, aut ſunt verba alicuius qui cõmendatur de perfectione virtutis, & in exemplum proponitur, & tunc eſt eadem ratio ſicut de verbis ſcripturæ.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ omne mendaciũ ſit peccatum mortale. Nullus perditur niſi propter mortale. ſed omnis qui loquitur mendacium perditur, ſecundum illud Pſal. 5. Perdes oẽs &c. ergo omne mendacium eſt peccatum mortale. Præterea. Si mendaciũ excuſetur a peccato mortali, pręcipue mendacium officioſum tale eſſe videtur. ſed hoc eſt mortale, ſicut dicit Grego. de mendacio obſtetricũ in glo. ſuper Exod. 1. Benignitatis earũ merces quæ in æterna vita remunerari poterat, per culpam mẽdacii in tẽporalem recompenſationem mutata eſt. ergo omne mendacium peccatum eſt mortale. Pręterea. Impugnatio veritatis agnitæ peccatum mortale eſt, cũ ſit vna ſpecies peccati in Spiritumſanctum. ſed omne mendacium impugnat veritatem agnitam. ergo ẽ peccatum in Spiritumſanctum. Contra. Super Exod. 3. dicit Grego. ꝙ infirmis propter conſeruandam vitã alterius mentiri conceditur. ſed nul-

In alio ſcrip. vt hic. art. 4. ſecunda ſecũdę. q. 110. arti. 4. o. quol. 8. artic. 14. o. quol. 9. arti. 14. c.

lum mortale conceditur. ergo non omne mendacium eſt mortale. Præterea. Grego. dicit ꝙ mendaciū officioſum facile credimus relaxari. ſed peccatum ex hoc dicitur veniale qđ facile remittitur. ergo mendaciū officioſum eſt veniale. Respond. Dicendum ꝙ mortale eſt quod priuat, & auertit a vita. Vita vero conſiſtit in charitate Dei & proximi. Mendacium ergo quod auertit a charitate vl' Dei, vt perniciosum quod fit in doctrina religionis, vel proximi, vt alia duo pernicioſa, peccatum mortale eſt, mēdacium vero quod non auertit a charitate Dei vel proximi, vt officioſum, & iocoſum, non eſt mortale, ſed veniale. Ad primum de Pſal. Dicendum ꝙ illud intelligitur de mendacio pernicioſo tantum. Ad ſecundum de obſtetricibus dicendum ꝙ in opere obſtetricum duo fuerunt, intentio cōſeruandi pueros Hebręorum, & intentio fallendi Ægyptios. Hoc fuit peccatum, ſed intētio liberandi fuit pia: Et licet non fuerit meritoria propter mendacium annexum, fuit tamen ad meritum diſpoſitiua, & ſic intelligitur quod dicit Hierony. ꝙ ædificauit illis domos ſpirituales, non propter earū meritum de cōdigno, ſed de cōgruo, propter diſpoſitionem ad meritum: Dictum autem Grego. intelligitur de computatione mercedis, non quam iam meruiſſent, ſed quam illo opere mereri potuiſſent, ſi earum benignitas gratia informata fuiſſet. Prima namq; cōmutatio non poteſt fieri niſi per mortale, ſed ſecunda ēt poteſt fieri per veniale. Ad illud de impugnatione veritatis agnitæ, Dicendum quòd quāuis in omni mendacio deſeratur, non tamen directe impugnatur.

ſecunda ſecū dę. q. 110. ar. 3 ad ſcm. & 4. ad qrtū

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ viro perfecto mentiri ſit peccatum mortale. Dicit Auguſt. in litera. Perfecto non conuenit mentiri pro alterius vita, ne dum ſeruat vitam alterius, perdat ſuam. ergo mendacium officioſum ei eſt peccatum mortale. ergo multomagis qđcunq; aliud mendacium. Pręterea. Dicit magiſter in lra ꝙ perfectis viris ēt mendaciū officioſum vel iocoſum dānabile eſt. ergo & mortale peccatū. Pręterea. Perfectus mentiendo aliis exemplum paſſim mentiendi præſtat. ergo dicto minus recto occaſionē ruinæ præſtat. ergo ſcādalizat, & ſic peccat mortaliter. Contra. In infinitū diſtat veniale & mortale peccatum. nulla vero circūſtantia aggrauat peccatum in infinitum. ergo cum perfectio ſit quędam circūſtantia, nō facit de veniali mortale peccatum. Præterea. Nullus tenetur ad aliquid pręciſe, niſi ex præcepto vl' voto. ſed nō mentiri perfectus non habet ſpecialiter in præcepto vel in voto, ergo nō tenetur ad non mentiendum plus ꝗ alii. Respond. Dicendum ꝙ nihil viro perfecto eſt peccatū mortale qđ non eſt viro imperfecto, niſi ſit cōtra eius votum, quia ad hoc vltra virum imperfectum tenetur. Perfectio enim genus peccati non mutat, ſed quantitatem auget, Vnde cum ad non mentiendum non obligauerit ſe ex voto, ideo mentiri ei non ſemper peccatū eſt mortale, ſicut nec viro impfecto, ꝗuis grauius peccatum ſit ei mendacium. Ad primum de Auguſt. Dicendum ꝙ perdere vitam dupliciter eſt, vel per cauſam immediatam, & ſic perditur per quodcunq; mortale, vel diſpoſitionem propinquam, & ſic per graue veniale. Ad illud magiſtri, Dicendum

In alio ſcrip. v hic. ad q tū ſecūd ſecūdæ. q 110. ar. 4 ad quinti

Dicendum ꝙ mendacium viri perfe-
cti eſt dānabile per diſpoſitionem, nō
per cauſam. Ad tertium de ſcanda-
lo: Dicendum ꝙ ſi per mendaciū ſcan
dalum facit quod ſit mortale pecca-
tum, eius mendacium eſt mortale, ra-
tione annexi, & ſimiliter eſſet ſi ex mē
dacio imperfecti ſcandalum eſſet, ſed
non ita facile poteſt eſſe annexum ꝙ
faciat ipſum eſſe mortale, quia non
ſemper, quantum in ſe eſt, prębet oc-
caſionem ruinæ.

Expoſitio tex.

Præcipue ſi itere-

tur. Hoc dicit, inquantum multipli
catio venialium diſponit ad mortale.
Vt ab immunditia corporali aliquē
tueatur. Sed quid faciendum eſt ipſi
mulieri ſi propter immunditiam quæ
ratur? Quidam dicunt quòd ſi pro
poſitum non conſentiendi habet, nō
debet venialiter peccare, ſed debet
ſpem ſuam in Deum ponere, qui non
patitur temptare ſupra poſſe. Alii
autem dicūt quòd debet veniale pec
catum committere maxime ſi ſentit
ſe imperfectā, potius quàm incurrat
mortalis peccati periculum. Sed hoc
eſt contra rationem peccati quòd ſit
debitum vel eligibile. Vnde in ſe cō
tradictionem implicat. Nec omne mē
dacium iſto præcepto prohiberi. In-
telligendum eſt directe, ſicut contra-
rium præcepto. Nec prædicta deſcri-
ptione mendacium ioci includi. Ve-
rum eſt ſi intelligatur intentio fallen
di, ſecundum quòd fallacia eſt, non
tantum in dicente, ſed etiam in audiē
te qui fallitur.

Diſtinct. Trigeſimanona.

Nunc de periurio

videamus &c.

Quæſtio prima.

Articulus primus.

Hic primo quęritur, & videtur quòd omne periurium ſit mortale. Quod eſt directe contra Dei præceptū eſt mor-
tale peccatum. ſed omne periuriū eſt huiuſmodi, quia eſt contra illud præ-
ceptum: Non aſſumes nomen Dei tui in vanum. ergo omne periuriū eſt pec
catum mortale. Pręterea. Aug. in quodam ſermone dicit ꝙ falſa iu-
ratio eſt perniciofa. ſed nihil dicitur pernicioſum niſi peccatum mortale. ergo omnis falſa iuratio eſt peccatū mortale. Pręterea. Maius pecca-
tum in genere eſt periurium ꝗ mēda
cium. ergo cum mendacium ſemp ſit ad minus veniale peccatum, periuriū ſemper erit mortale peccatum. Con
tra. Sicut contingit mentiri iocoſe, ita periurare. ſed mendaciū iocoſum eſt veniale peccatū. ergo a ſimili, per-
iuriū iocoſum poteſt eſſe veniale pec
catum. Præterea. Non impletio iu
ramenti periurium eſt. ſed non omnis qui non implet peccat mortaliter, vt ſi habeat legitimum impedimentum. ergo non omne periurium eſt pecca-
tum mortale. Reſpon. Dicendum ꝙ periurium dicitur iuramentum in-
ordinatum. Aut ergo iuramentum eſt ſolēnizatum, vt illud quod ſit coram iudice ſupra ſacroſancta, & ſic periu-
rium eſt graue, & mortale, aut nō ſo-
lēnizatum, & tūc aut eſt deliberatum cum debita deliberatione, & tūc ſi fal
ſum iurat percipiēs eſſe falſum & pci-
piens ſe iurare, peccat mortaliter. Si autem non eſt ſolēne, nec cum delibe
ratione, vt accidit in cōmuni ſermo-

In alio ſcrip. vt hic. art. 5. ſecunda ſcdę. q 98 art. 3. o.

ne, tunc dicitur eſſe graue veniale, & hoc ideo, quia actus moralis non perfecte habet ſuam ſpeciem ante delibe rationem rationis. Ad primum ergo ꝙ omne periurium eſt contra Dei præceptum, Dicendum ꝙ non eſt verum de quolibet, ſed de illo ſolum qd cũ plena deliberatiõe & conſenſu ꝓfertur, ſicut etiam delectatio cõcupiſcentię præueniens deliberationẽ nõ eſt contra præceptum non concupiſcendi. Ad ſecundum de pernicioſa iuratione, Dicendũ ꝙ falſa iuratio nõ dicitur pernicioſa, niſi quando eſt cũ plena deliberatione iurantis. Ad tertium, Maius peccatũ in genere eſt periurium, Dicendum ꝙ quãuis ſit maius peccatum in genere, nõ tamen oportet ꝙ in qualibet ſpecie. Vñ q̃uis genus periurii peius ſit genere mẽdacii, tamen aliqua ſpecies periurii non eſt peior aliqua ſpecie mendacii.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ maius ſit peccatũ periurare per creaturam q̃ per Deum. Matth. 23. Qui iurat in templo, iurat in templo, & in Deo. ergo qui periurat per templum, periurat per templum, & per Deum. ſed peius eſt duo contemnere q̃ vnum ſolum. ergo maius eſt peccatum. Pręterea. Vbi eſt maior ſolẽnitas in iurando, maius eſt peccatum in periurando. ſed maior eſt ſolẽnitas in iurando per creaturã, vtputa per euangelium, vel reliquias, q̃ per Deũ. & &c. Pręterea. Maior reputatur blaſphemia iurare per oculos Dei q̃ per Deũ. ergo maior eſt cõtemptus periurare per oculos Dei q̃ per Deum. ergo maius periurium. Contra. Maius eſt peccatum contẽnere veritatem increatam q̃ creatã. ergo Deum q̃ creaturam. ergo periurare per Deum q̃ per creaturam.

Pręterea. Illud quod eſt magis cõtra pręceptũ diuinum eſt maius peccatum. ſed periuriũ per Deum eſt magis contra præceptum diuinum, quia ibi directe & immediate aſſumitur nomen Dei in vanum, in periurio vero per creaturam nõ. ergo & maius peccatum eſt periurium per Deum q̃ per creaturam. Reſpon. Dicendum ꝙ maius eſſe peccatum vnum altero poteſt eſſe dupliciter, aut per ſe & ſecundum naturam proprii generis, aut ꝑ accidens propter aliquid additum. Primo modo periurium per Deũ eſt maius peccatum, vt ait hic Chryſoſto. Secundo modo poteſt eſſe aliquãdo maius peccatum periurare per creaturam, vt per euangelium, vel corpus Chriſti, ratione ſolẽnitatis, vel ratione cõtemptus maioris, vel rõne ſcandali. vel conſcientiæ, vel alicuius huiuſmodi. Ad primum de templo, Dicẽdum ꝙ quãuis iurans in templo iuret in Deo tacite, non tamen expreſſe. Vel dicendum ꝙ qui iurat in templo iurat in eo vt eſt Dei veſtigium. Vnde nihil aliud cõtemnit in eo niſi Deum. Vel dicendum ꝙ quia creatura reſpectu Dei nihil eſt, ideo nihil addit vltra Deum, neq; ſupra. Vnde nõ duo, ſed vnum cõtẽnitur. Ad ſecundum de maiori ſolẽnitate, dicendum ꝙ tale periurium eſt maius peccatum per accidens propter ſolẽnitatem, nõ per ſe. Ad tertium de blaſphemia: Dicendum ꝙ in creaturis illis magis cõtemnitur Deus a blaſphemantibus q̃ in ſeipſo: Cõtẽnitur. n. incarnatiõis beneficium in quo maxime Dei bonitas & charitas nobis oſtenditur. Vnde maior eſt blaſphemia per accidens ratione contemptus. Ad duo argumenta contraria reſpondetur ꝙ peius eſt periurium per Deum, per ſe loquendo, & cęteris paribus.

Secunda ſecũdę. q. 98. art. 3. ad ꝑm. & q. 89. art. 10. ad ꝑm

Quęſtio

Quæſtio ſecunda.

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar. 2. ſcda ſcdę. q. 89 art. 2. o.

Circa ſecūdū quæruntur tria. Primo ſic proceditur, & videtur ꝙ iurare non ſit per ſe bonū & arguitur ſic. Omnis actus cuius conſuetudo mala eſt, malus eſt. ſed conſuetudo iurandi mala eſt. Eccleſi. 23. Iurationi non aſſueſcat os tuum. ergo iurare malum eſt. Preterea. Iurare ſimpliciter ſine additione cauſæ, eſt iurare pro nihilo, & hoc eſt aſſumere nomen Dei in vanum. ergo, cū hoc ſit per ſe malum, iurare eſt malū per ſe. Præterea. Videtur quod in nullo caſu ſit licitum iurare: Iurare enim vniuerſaliter eſt prohibitum. Matth. 5. Ego autem dico non iurare omnino. ergo vniuerſaliter eſt illicitum. Preterea. In ſortibus, & iudiciis quę fiunt per ignem & aquam, vel per duellum, expectatur diuinum teſtimonium, & propter hoc ſunt prohibita, quia ibi videtur eſſe quędam Dei temptatio. ſed iuramentum eſt inuocatio diuini teſtimonii. ergo eſt illicitum. Contra. Iurare eſt, vt ait Auguſt. ius veritatis Deo reddere: Et alibi dicit ꝙ iurare eſt Deum teſtem veritatis adhibere. ſed horum vtrūq; eſt bonum. ergo iurare eſt bonum. Præterea. Angelus iuraſſe legitur Apoc. 10. Iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorum &c. & ſimiliter Apoſtolus. 2. Cor. 1. Ego teſtem inuoco Deum in animā meā &c. & tamen nō peccauerunt. ergo iurare nō ſemper eſt peccatum. Reſpond. Sicut in genere boni naturalis duo ſūt bonorum genera, quædam. ſ. propter ſe appetenda, vt ſanari, quædam vero propter aliud tantum, vt mederi, ita in genere boni moralis, quædam ſūt bona quæ propter ſe appetenda ſunt, vt actus virtutum, quædam non niſi propter aliud ex aliqua neceſſitate, vt curæ animarum, non quia malę, ſed qa periculoſę. Ex hoc genere eſt iuramētum: Eſt enim bonum quodam periculoſum propter lubricum linguę, & facilem contemptum, & irreuerentiā nominis diuini, & iō per ſe non eſt appetendum, ſed propter alterum. ſ. propter aliquam neceſſitatem, vel vtilitatem, non quia ſit in ſe malum, ſed qa eſt occaſio propinqua mali. i. periculoſum. Quia ergo ſe exponere rei periculoſæ paſſim & indifferenter malū eſt, ſed cum debita cautela & ex neceſſitate aliqua nō eſt malum ſed bonū, ideo, ꝗuis iurare non ſit malum, quia tamen eſt periculoſum, ideo paſſim & ſine cauſa iurare eſt malum, cū debitā aūt cautela & neceſſitate nō eſt malū, ſed bonum & licitum. Ad primum ꝙ conſuetudo iurandi eſt mala: Dicendum ꝙ hoc non eſt quia iurare ſit in ſe malum, ſed quia eſt periculoſum, & ideo per accidens conſuetudo iurandi eſt mala. Ad ſecundum, Iurare ſimpliciter ſine additione cauſæ eſt iurare pro nihilo: Dicendum ꝙ nō eſt verum: Nam iurare ſimpliciter, ꝗuis nō ponat de ſe cauſam iurādi, non tamē excludit eam. Iurare vero pro nihilo excludit cauſam iurandi. Vnde vbicunq; contingit iurare, contingit ſimpliciter iurare, non tamē pro nihilo iurare. Ad tertium Matth. 5. Non iurare omnino: Dicendum ꝙ hic prohibetur facilitas iurandi propter periculum, vt. ſ. quis non ex quacūq; cauſa iuret, & non ſimpl'r iuramentū. Ad quartum de ſortibus dicendū ꝙ non eſt ſimile, quia ibi inducitur diuinum teſtimonium ad rem omnino incertā & determinatur ei modus teſtificādi: ſed in iuramento certus eſt is qui iurat, licet non is cui iuratur.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar. 3. ſcda ſecundæ q. 89. art. 7. o.

AD ſecūdum ſic proceditur, & videtur ꝙ omne iuramentum etiā illicitum ſit ſeruādum. Dicit Auguſt. ꝙ meretrix quæ iurat ſe ſeruaturam fidem peccatori mala eſt ei adhærendo, ſed peior fidem non ſeruādo. ergo videtur ꝙ iuramentum illud, licet illicitum, ſit ſeruandum. Præterea. Ioſue ſeruauit iuramentum factum Gabaonitis contra præceptū domini. tale eſt illicitum. ergo ſeruādum eſt iuramentum illicitum. Præterea. Videtur ꝙ non omne iuramētum licitum ſit ſeruandum. Qui iurat ſe nunquā intrare religionem, iurat licitum, & nihilominus poteſt intrare ſine peccato. ergo non omne iuramentum licitum eſt ſeruandum. Præterea. Qui iurat ſe nunquā futurum Epiſcopum, nihilominus pro neceſſitate eccleſiæ & mandato ſuperioris tenetur ſuſcipere epiſcopatū. ergo non omne iuramentum, quāuis licitum, eſt ſeruandum. Contra. Dicit canon. Iuramentum non eſt vinculum iniquitatis. ergo non ligat ad illicitum. Præterea. Dicit Iſido. ꝙ omne iuramentum eſt ſeruandum, qđ ſeruatum non vergit in interitum ſalutis æternæ. ergo ſi vergit nō eſt ſeruandum. ergo iuramentum illicitum non eſt ſeruandum. Reſpon. Dicendum ꝙ duplex eſt iuramentum, quoddam aſſertorium de præterito, quoddam promiſſorium de futuro. Sicut autem materia debita iuramēti aſſertorii eſt verum & non falſum, ita materia iuramēti promiſſorii bonum & non malum: Qui enim iurat malū obligatur quidem ad peccatum male iurando, ſed non obligatur ad implendum illud quod male iurauit. Notādum ergo ꝙ illud quod iurando promittitur, aut eſt totaliter & aperte malum, & tunc authoritate propria eſt frangēdum: Si totaliter & aperte bonum, nullatenus eſt frangendū: Si partim bonum partim malū, partim eſt tenendum partim frangendum: Si vero dubium, non eſt authoritate propria, ſed ſuperioris interpretatione frangendum. Ad primum de meretrice, Dicendum ꝙ in iuramento meretricis duo ſunt, vnum quod adhęrebit iſti, & hoc eſt malū, alterum ꝙ nō alteri, & hoc eſt bonum, & in hoc, frāgendo iuramentum, peccat grauius quàm ſeruando, quia dum ſeruat peccat fornicando, & non periurando, ſed dum adhæret alteri peccat vtroq; modo. Ad ſecundum de Gabaonitis, Dicendum quòd Ioſue ſeruauit vtrunq;, & pręceptum, & iuramentum. Iuramentum quidem in hoc ꝙ non eos iterfecit morte naturali, præceptum vero in hoc ꝙ eos interfecit morte ciuili redigendo in ſeruitutē. Vnde dicit Ambroſi. ꝙ mulctauit eos meliori morte. ſ. ſeruitute diuini miniſterii. Seruauit quippe intētionem præcipientis, licet non omnino ſufficiem verborum pręcepti ipſius. Ad illud de ingreſſu religionis, Dicēdum ꝙ quāuis licitum ſit non intrare, non tamen eſt licitum obligare ſe ad nunquā intrandum, quia religio eſt de perfectione vitæ. Ad quartum de epiſcopatu, Dicendum ꝙ q̄uis expediat ſubterfugere, tamē pertinaciter excuſare non eſt bonum. Vnde obligare ſe ad nō recipiendū, malum eſt. Vnde q̄uis oblatum recipere non debeat, tamen debet recipere iniunctum, vel pro neceſſitate eccleſiæ impoſitum, alioqn iam vergeret in deteriorē exitum.

quol. 3. artic. 14. o. quol. 5. arti. 27. o.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ iuramentum coactum ſit

In alio ſcrip. vt hic. quęſt uncula pria.o.

ſit obligatoriũ. Aug. ex conſilio Ambro. cuidã qui coactus iurauerat quãdam ducere in vxorem, reſpondit ꝙ matrimonium teneret. ergo coactum iuramentum eſt obligatorium. Pręterea. Iſido. dicit. Omne iuramentum eſt ſeruandum quod ſeruatum non vergit in peiorem exitum. ergo iuramentum coactum licitum, eſt ſeruandum. Contra. Dicit lex ciuilis. Quod vi vel metu geſtum eſt, ratum non habeo, ait prætor. Præterea. Secundum philoſophum, coactum eſt inuoluntarium. ſed inuoluntariũ nõ obligat. ergo nec coactum. Præterea. Matrimonium vel votum coactum non eſt obligatorium. ergo nec iuramentum. Reſpon. Duplex eſt iuramẽtum, Aſſertoriũ, & in hoc coactio non poteſt eſſe ſufficiens vt falſũ iuretur, quia nihil poteſt ſufficienter cogere ad hoc ꝙ homo mortaliter peccet, Vnde tale iuramentum, quãtumcunq; coactum, eſt obligatorium ad peccatum. Aliud eſt iuramentum promiſſoriũ, & in hoc poteſt eſſe coactio ſufficiens vt vitetur maius periculum, vt mortis vel alicuius huiuſmodi, quod ſine peccato contingere poteſt, & tũc talis coactio, ſi poſſit in cõſtãtem virum cadere, tollit obligationem iuramenti in foro contentioſo, ſed in foro conſcientiæ eſt obligatorium, quia magis debet homo ſubire damnum temporale q̃ frangere fidẽ. Habet tamẽ remedium vt in iudicio ab eo repetat quod perdidit, quod ſi iurauerit ſe non repetiturum põt iudici denunciare qui ex officio debet raptorem ad reſtituendum cogere. Si autem iurauerit ſe non denunciaturum, contra charitatem fraternam iurauit, qua quis tenetur ad correptionem fratris operam dare, & non tenetur obſeruare. Ad illud de lege ciuili, Dicendum ꝙ intelligitur hoc in iudicio fori contentioſi, non conſcientiæ. Ad ſecundum ꝙ coactum eſt inuoluntarium, Dicendum ꝙ non eſt inuoluntarium ſimpliciter, cum voluntas non poſſit cogi abſolute, ſed ſub conditione, & ideo eſt voluntarium ſecundum quid. Magis enim vult tantum ſoluere & aliquid huiuſmodi facere, q̃ mori vel peccare. Ad tertiũ de voto & matrimonio: Dicendum ꝙ non eſt ſimile de matrimonio, quia liber conſenſus ad hæc requiritur, ad iuramentum autem tale ſufficit cõditionatus: Nec eſt ſimile de voto, quia per votum obligatur homo Deo, cui non placet coactum ſeruitium, per iuramentum obligatur homo homini, cui tantum valet aliquid coacte ſolutum vt pecunia, ſicut ſpontanee.

Secunda ſecũdę.q. 89.art.8. ad ter.

Expoſitio tex.

Infirmis ergo illud

prohibuit propter duo. Prio ne creaturis crederent aliqd numen ineſſe. Secundo ne tali iuramento ſe obligari non credẽtes, fidem frangerent. Sancta ſynodus decreuit. Excipiũtur tamẽ caſus illi in quibus mora traheret periculum, ſicut pro pace faciẽda, vel aliquid huiuſmodi.

Diſtin. Quadrageſima.

Sextum præceptũ

eſt.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur, & videtur quòd hæc duo pręcepta incõuenienter aſſignentur arguendo ſic. Vnum peccatum vno pręcepto debet prohiberi.

In alio ſcrip. vt hic.

ſed vnum & idē eſt peccatum cordis & operis.ergo eadem debet eſſe prohibitio vtriuſq;. Prӕterea. Sicut in furto & mӕchia contingit peccare corde & opere,ita & in cӕteris peccatis.ſed alia prӕcepta non variantur p concupiſcentiā & opus.ergo nec prӕceptum de cōcupiſcentia, & mӕchia. Prӕterea. De differenti peccato differēs debet dari prӕceptum ſiue prohibitio.concupiſcentia autem curioſitatis & ambitionis quӕ eſt peccatū differt ab aliis.ergo aliud prӕceptum dari debuit de prohibitione curioſitatis,& ambitionis. Prӕterea. Omne quod fit contra prohibitionē, peccatum mortale eſt.ſed cōcupiſcere peccatū veniale eſt, vt patet in primis motibus.ergo non debuit prohiberi. Reſpon. Dicendum ꝙ duplex eſt concupiſcentia: quӕdam coniuncta operi,& illa prohibetur eodē prӕcepto cum ipſo actu, quӕdam ſeparata,& hӕc prohibetur ſeparatim reſpectu quorūdam actuum, & reſpectu quorūdam non: Sunt enim actus quidam quorum obiectum eſt bonū aliquod cōcupiſcibile,vt furari & mӕchari,& hi non ſolum vt ſunt in actu ſed vt in apprӕhenſione mouent delectationem.Quidam vero ſunt quorū obiectum eſt ,nocumentum aliquod, vt homicidium,& hi non mouent de ſe cōcupiſcentiam ſed potius horrorem & fugā,& ideo illorum oportuit prohiberi actum per ſe,& concupiſcētiam per ſe,horū vero non, ſed ſimul vtrūq;. Ad primum, Vnum & idem eſt peccatum cordis & operis, Dicendum ꝙ quāuis concupiſcentia cōiuncta operi ſit idem peccatum cum opere exteriori,tamen concupiſcentia ſeparata aliud peccatum eſt.Hoc autē illis duobus prӕceptis prohibetur. Ad ſecūdum de duplici furto & adulterio,Dicendum ꝙ nō eſt ſimile, quia nō eſt ſimilis inclinatio,& delectatio in opere & appetitu homicidii ſicut in opere& appetitu furti & adulterii, immo magis eſt ibi horror naturalis, quia hic mouet aliquod concupiſcibile bonum,ibi mouet nocumētum, & malum. Ad tertium de differenti peccato,Dicendum ꝙ concupiſcētia curioſitatis quӕ fit per oculos pertinet ad delectationem ſenſuum,& ideo reducitur ad prohibitionem cōcupiſcentiӕ carnalis. Cōcupiſcentia vero ambitionis,honorum, & dignitatum ad prohibitionem cōcupiſcentiӕ poſſeſſionis quӕ talibus occaſionem prӕſtat. Ad quartum de primis motibus,Dicendum ꝙ non quӕlibet cōcupiſcentia prohibetur illis prӕceptis, ſed illa ſola quӕ conſiſtit in conſenſu rationis prout conſentit vel in opus vel in delectationem: Lex enim hominibus datur non brutis.Vnde prohibet motus humanos,nō brutales. pria ſcda ſecūdӕ.q. 100.ar.5. ad quntum

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur , & videtur ꝙ lex vetus non prohibeat animum.Exo. 20. dicit gl. quòd lex vetus prohibebat manum, non animum. Prӕterea. In euangelio facta eſt additio perfectionis Mat. 5.Omnis qui viderit mulierem ad cōcupiſcendum eam &c. hoc autem nō eſſet ſi prohiberetur in lege actus exterior,& concupiſcentia interior. ergo no prohibebatur ibi. Prӕterea. Nihil prohibet animum niſi gratia. ſed lex vetus non dabat gratiā. ergo non prohibebat animum , ſed tātum manum. Contra. Roma.7 . Cōcupiſcentiam neſciebam,&c.vbi glo. Bona eſt lex quӕ dum concupiſcentiā prohibet,omnia mala prohibet. ergo lex cohibet animum interiorē, & non tantum manum. Prӕterea. In alio ſcrip. vt hic.

Leui.

Leuit. 19. dicitur. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, vbi manifeſte cordis odium prohibetur. Reſpon. Lex Moiſi & diuina erat ordinans hominem ad Deum, & ciuilis ordinans hominem ad proximum ſm ſtatũ rei publicę. Dico ergo ꝙ inquantũ diuina & ſpiritualis prohibebat concupiſcentiam non ſolum progreſſiuam in exteriora ſigna opis, vt i ſolicitatiõe mulieris, ſed interiorem prohibitiõe morali, transgreſſoribus infligẽdo pęnam ęternam, Sed inquãtum ciuilis, prohibebat cõcupiſcentiam progreſſiuam ſolum prohibitione iudiciali trãſgreſſoribus infligẽdo pœnã tẽporale. Inquantũ ğ diuina, prohibebat quidem manum & animum, inquantũ vero ciuilis, manum non animum, cohibitione iudiciali. ſ. infligẽdo pęnã. Ad primũ ꝙ lex prohibebat manũ, Dicendum ꝙ loquitur de lege, inquãtum ciuilis quo ad prohibitionem iudicialem, non inquãtum diuina & ſpiritualis. Ad ſecundum de additione in euangelio dicendum ꝙ additio euangelii dicitur fieri ad legem ſecundum intellectum legis literalem non ſecundum ſpiritualem, vel ad ipſam inquantum lex ciuilis, non inquantũ ſpiritualis: Sic enim euangelium erat in lege, non ſecundum verborum expreſſionem, ſed ſecundum legis intentionem. Ad tertium, Nihil prohibet animum niſi gratia, Dicendum cohiberi animum dupliciter eſt, vel per modum inclinantis, & ſic prohibet gratia, vel per modum iubentis, & ſic lex.

1. ſecũdę. q. 98. art. 1. c.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ lex vetus iuſtificabat. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. ergo obſeruantia mandatorum moralium legis, de quibus loquitur, vitam præſtabat. ergo iuſtificabat. Præterea. Roma. 3. Ex operibus legis nõ iuſtificabitur. glo. Aug. loquitur ſecundum cęremonialia, nõ ſecundum moralia quę iuſtificabãt. ergo lex vetus iuſtificabat. Præterea, Beda dicit ꝙ iuſtitia legis ſuo tempore cuſtodita nõ ſolum bona temporalia ſed etiam vitam cõferebat æternam. ergo vere iuſtificabat. Contra. Super illud Pſal. 18. Lex domini immaculata, glo. Lex vetus non faciebat animas immaculatas. ergo non iuſtificabat. Præterea. Super illud. 2. Cor. 3. Litera occidit. glo. Litera, inquit, occidens, eſt decalogus. ergo lex occidebat quãtum ad moralia etiam, & non iuſtificabat. Reſpond. Iuſtificari dupliciter cõtingit, Vel iuſtitiam conferẽdo, vel ad iuſtitiam diſponendo. Contingit aũt dupliciter iuſtificare conferendo iuſtitiam, quia aut iuſtitiam politicam acquiſitam, & ſic opera legis iuſtificabãt, quia bonos habitus relinquebãt: Sed de hac iuſtitia nõ loquimur hic. Aut iuſtitiam gratuitã infuſam. Hoc autem modo lex vetus non iuſtificabat ſed noua, quia gratiam & iuſtitiã in ſacramentis miniſtrat. Ad iuſtitiam diſponendo dupliciter contingit iuſtificari. Aut iuſtitiam promerẽdo, ſic opera legis iuſtificabant, quia augmentum iuſtitiæ apud Deum promerebantur. Aut etiam docendo, ſic etiam lex iuſtificabat declinationem mali & operationem boni docendo. Sed quia magis docebat declinationem in qua conſiſtit inchoatio iuſtitiæ, lex vero noua magis operationẽ boni in qua complementum iuſtitię, ideo lex vetus dicebatur docendo iuſtificare imperfecte, euangelium vero perfecte, & ſic patet ſolutio ad quatuor prima. Ad vltimum litera oc-

In alio ſcrip. vt hic.

1. ſcdæ. q. 107. ar. 2 c. Ro. 3. ſ.

1. ſecūdæ. q 98. ar. 1. ad fm & q. 99. art. 6 ad ter. de ver. q. 23. arti. 2. ad fm.

cidit, Dicendū ꝙ lex dr̄ dupliciter occidere. Vno modo per cauſam, morte temporali in præceptis iudicialibus. Altero modo p occaſionē, morte etiam ęterna in pręceptis moralibus, & hoc triplici ratione. Vna ratio ſumitur ex parte rei cōcupiſcibilis quā oſtendendo nec gratiam ad cauendū dando concupiſcētiam excitabat, ſicut aqua viſa ſitim. Altera ex parte concupiſcentiæ quę naturaliter in vetitum quaſi in arduum tēdit. Lex autem prohibendo ſiue vetando rem vetitam quaſi arduam conſtituebat. Tertia ex parte actus cōcupiſcendi cuius inordinationi per quam legi naturali repugnat, circunſtantiam præuaricatiōis legis ſcriptæ peccatum aggrauantem addebat.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ lex non promittebat temporalia, & ſic nō differat ab euāgelio promittente ęterna. Quod promittitur in lege eſt præmium virtutis. bonum temporale nō poteſt eſſe præmium virtutis, quia pręmium melius eſt merito. ergo non eſt promiſſum in lege.

In alio ſcrip. vt hic.

Præterea. Videtur ꝙ male aſſignetur differentia legis & euangelii pęnes timorem & amorem. Multi in veteri teſtamēto obſeruabant legem ex amore, multi in nouo ex timore obſeruant eam. ergo nō eſt differentia legis vtriuſq;.

In alio ſcrip. vt hic, quæſtiūcula. 1.

Præterea. Videtur ꝙ nulla ſit differentia hæc, Lex eſt grauitatis, euangelium ſuauitatis. Dicitur. n. Matt. 5. Iota vnū &c. vbi dicit glo. ꝙ omnia legalia in euāgelio recapitulantur: Et Chryſo. dicit ꝙ mandatum Chriſti legem tenet incluſam. ſed onus quod continet aliud in ſe grauius eſt illo. ergo grauius eſt onus euangelii onere legis.

In alio ſcrip. vt hic qſtiuncula. 2.

Reſpō. Differētia legis & euāgelii multiplex eſt. Vna ſecundum cauſam efficientē, quia lex per Moiſen data eſt; ſed gratia & veritas per Ieſum Chriſtum Filium Dei. & dominum noſtrum Io. 1. Secunda pęnes cauſam finalē; & quo ad finem proximum; quia finis legis iuſtitia imperfecta in declinatiōe mali, quod contrariatur præceptis eſt: finis vero euangelii perfecta iuſtitia in operatione boni perfecti; quod cōtinetur in præceptis & conſiliis, & quo ad finem vltimum, quia euangelium aperte promittit, & confert bona æterna: Lex vero non niſi ſub figura temporalium promittebat ęterna, eo ꝙ nondum poterant æterna dari. Tertia pęnes cauſam materialem, q̄a lex continebat pręcepta multa carnalia, & cęremonialia, & ſacramenta inefficacia, ſed euangelium præcepta ſpiritualia, & ſacramenta efficacia. Quarta pęnes cauſam formalem, quia lex data eſt per modum timoris ſub cōminatione pęnarum, Vnde eam dedit Deus de cęlo terribiliter tonādo; ſed euāgelium per modum benignitatis, & ſub promiſſione præmiorum. Vnde ipſum Dominus dedit de terra inter diſcipulos ſedendo, & dulciter colloquendo.

1. ſcdæ. q. 114. arti. 10. ad pri.

Ad illud quod obiicitur contra primam differentiam, Dicēdū ꝙ quamuis expreſſe lex promitteret temporalia, tamen figuratiue promittebat æterna. Promiſſa vero temporalia non ponebātur in lege vt pręmia virtutum, ſed vt excitātia ad virtutē, ſicut diſtributiones quotidianæ quæ fiunt in eccleſia nō ponuntur vt pręmium venientis ad eccleſiam, ſed vt incitamentum veniendi. Ad ſecundū quod obiicitur contra ſecundā differentiam de obſeruantibus legem ex amore, Dicendum ꝙ in veteri lege, ſecundum Aug. quidam erant pertinētes ad nouam legem, vt perfecti qui

legem

1. ſcdç. q. 91. ar. 5. o. legem ſeruabant ex amore, & ecõtrario in noua ſunt multi pertinẽtes ad veterem, qui euangelium ſeruant ex ſeruili timore. Hæc autem differentia datur ſecũdum cõmunem ſtatum, nõ quantum ad perſonas ſingulares. Ad illud quod obiicitur de tertia differẽtia, Dicendum ꝙ de comparatione legis & euangelii in grauitate eſt loqui dupliciter, ſicut de grauitate alicuius oneris, aut ſecundum ſe, aut in comparatione ad vires portãtis. Secundũ ſe dupliciter, aut ſecundum quantitatem præceptorũ, & ſic lex vetus grauior, aut ſecũdum qualitatem, ſic lex noua, quia perfectiora præcepta dantur in ea. In comparatione vero ad
Mat. 11. f. vires portantis lex noua leuior: eſt propter gratiã quę confertur in eius ſacramentis, ex qua gratia fluunt virtutes. quæ ſunt onus leue. Ad illud, Euangelium continet legem: Dicendum ꝙ cõtinet eam in ſenſu legis ſpirituali, ſed nõ in ſenſu literali ex quo habebat maximam grauitatem.

Expoſitio tex.

Non ancillam.

Sciẽdum ꝙ ancilla dupliciter poteſt concupiſci. Vno modo ad concubitum, & ſic pertinet ad ſextum præceptum. Alio modo ad dominium, & ſic pertinet ad ſeptimum pręceptũ. Ieſu Chriſto filio Dei incarnato & paſſo, ſicut ſuperius eſt oſtenſum, ſit honor & gloria per infinita ſęcula ſæculorum amen.

Explicit ſcriptum D. Tho. de Aquino Ordinis prædicatorum ſuper tertio Sententiarum, ad Hannibaldum Epiſcopum Cardinalem.

SCRIPTVM D. Tho. de Aquino Ord. prædicatorum ſuper quarto Sententiarum ad Hannibaldum Epiſcopũ Cardinalem. Incipit.

Prologus.

MEdicina omnium in feſtinatione nebulę. Eccl.43. Sacramenta nouæ legis per nebulam deſignantur triplici ratione. Primo propter princicipium:Nam nebularum principium ſunt pluuię:Sunt enim pluuiarum reliquiæ,vt Philoſophus dicit, ita & ſacramēta nouæ legis ſunt quædam diuinæ incarnationis reliquiæ, de quibus Pſal.20.dicitur. In reliquiis tuis præparabis vultum eorum. Vnde dicitur.Eccl.43. Aperti ſunt theſauri, & euolauerunt nebulæ quaſi aues.Latere enim in cruce pendentis aperto in quo ſunt omnes theſauri ſapiētiæ & ſcientiæ Dei abſconditi, vt dicitur Col.2.perfluxerunt ſacramenta quibus eccleſia conſtituitur:& per quę in cœlum euolatur. Secundo,propter ſignum.Nam nebula eſt ſignum ſerenitatis futuræ,ſecūdum Philoſophum, ita & ſacramenta ſunt ſigna ſerenitatis gratiæ,per quam anima ſerenatur a culpa,& gloriæ per quā ſerenatur a miſeria,& ideo dicitur. Naum.1. Nebulę puluis pedum eius.ſ. Dei,quaſi eius præſentiam in anima prę ſignātes,per quam præſentiam anima ſerenatur. Vnde ſubiungitur, Increpans mare & exſiccans illud. Tertio propter occultationis effectum:Nam per nebulam occultātur res a noſtris aſpectibus,ita & in ſacramentis occultatur inuiſibilis gratia quæ operatur ſalutem.3. Reg.8. Dixit Dominus vt habitaret in nebula. Huius ergo nebulæ.ſ.eccleſiæ ſacramenta deſcribūtur in verbis præmiſſis quantum ad tria:Tangitur namq; ſacramētorum effectus,virtus,& tempus. Effectus quidem in hoc quod dicit,Medicina:Sūt enim ſacramenta quædam ſpirituales medicinæ ſanantes peccati vulnera, & de hac medicina dicitur. Eccle.38. Altiſſimus de terra creauit medicinā: De terra nāq;.i.de humanitate Chriſti ſacramenta medicinalem efficaciā habent contra peccatum:Eſaiæ.44. Deleui vt nubē iniquitates tuas,& quaſi nebulam peccata tua. Virtus vero oſtēditur in hoc ꝙ dicit, Omnium,ꝗa efficaciam habent ſufficientem ad omnem medelam:et hoc eſt propter virtutem paſſionis Chriſti quę in eis operatur,qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris, & non ſolum pro noſtris, ſed etiam pro totius mūdi, vt dicitur .i.Io.2.Et ideo dicitur Eccleſi.24.Sicut nebula texi omnem terram,remedium.ſ.per ſacramenta contra ſomitis ardorem præbendo. Tempus vero oſtenditur in hoc ꝙ dicit, In feſtinatione.Per ſacramenta enim fit quędam prælibatio futurę ſalutis, quæ erit in beatis, vt ſic per ſacramentorum inſtitutionem ſalus repromiſſa feſtinare videatur quātum ad ſui primordia.Vnde dicitur Eccleſi. 36. Fe

ſtina tempus.ſ.gratię in quo ſacramēta dantur,& memēto finis.ſ.perfectionis glorię:Et ideo dicitur Amos.4.Et annuncians homini colloquium ſuū, faciens nebulam matutinam.i.ſacramenta quæ ſunt tempore gratię, qđ eſt quaſi matutinum reſpectu plenæ claritatis, quæ erit in patria. Sic ergo ex verbis præmiſſis accipi põt materia huius quarti libri in quo magiſter agit de ſacramētis.& gloria reſurgentium, quæ per ſacramenta inchoatur,& præſignatur.

Diſtin. Prima.

Samaritanus &c.

Quæſtio prima.

Hic quæruntur quinq;.
Primo de diffinitione ſacramenti.
Secundo de eius neceſſitate.
Tertio vtrum conſiſtat in verbis, & rebus.
Quarto de effectu ſacramētorum nouæ legis.
Quinto de effectu ſacramentorum veteris legis.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q.60.art. 1.0.

AD primum ſic proceditur,& videtur φ magiſter non bene diffiniat ſacramentū,cum dicit φ eſt ſacræ rei ſignum: Hoc enim quod dico,Deus,vel Spirituſſanctus, ſignū eſt rei ſacræ, non tamen ſacramentum.ğ etc. Præterea. Agnus paſchalis,Exo.12.& ſerpens,Nu.21.& colūba, Luc.3.& petra fundens aquas.1. Cor.10.ſigna fuerunt rerum ſacrarum, non tamē dicuntur eſſe ſacramēta.ğ Ad ſecundam diffinitionem Auguſtini poſitam in litera, Sacramētum eſt

In alio ſcript. vt hic, qſtiū cula.2.

inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ſic opponitur.Corpus Chriſti in altari, & character in baptiſmo,& inſeparabilitas matrimonii non ſunt formæ viſibiles,& tamen ſunt ſacramenta.ergo male dicit φ ſacramentum eſt viſibilis forma. Præterea. Gratia quędam forma eſt. Forma vero non eſt forma.ergo &c. Contra expoſitionē huius diffinitionis a magiſtro in litera poſitam talem,vt ipſius ſimilitudinem gerat,& cauſa exiſtat,ſic opponitur. Aqua benedicta ſignum eſt & cauſa alicuius gratiæ quæ ibi confertur, per quam fit remiſſio venialis, & tamen non eſt ſacramētum. Pręterea. Epiſcopalis cōſecratio ſignum eſt alicuius gratiæ quæ ibi confertur.ſ.poteſtatis epiſcopalis, & tamen non eſt ſacramentum. Reſpond. Dicendum φ ſacramentum dicitur a ſacrando actiue.Hoc autem poteſt fieri tripliciter.Aut efficiendo tantum, & ſic res ſacra dicitur ſacramentum, vt dicit magiſter,ſicut chri. paſſio,quę ē cā meritoria ſanctificationis noſtræ.Aut ſigñando tantum,& ſic diffinitur primo a magiſtro, Sacramētum eſt ſacrę rei ſignum.Aut vtroq; modo,& ſic diffinitur ab Auguſt. ſecundum expoſitionem magiſtri in litera poſitam, Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma,cuius ſimilitudinem gerit & cauſa exiſtit. Ad illud quod contra primam diffinitionem obiicitur de hac voce,Deus,vl' Spirituſſanctus: Dicendum φ huiuſmodi voces ſigna ſunt rei ſacræ,inquantum res eſt, nō inquantū nos per eam ſanctificamur. Similiter omnis effectus cauſatus a Deo.Sacramentum autem eſt ſignum rei ſacræ inquantum ſacra eſt,& ſanctificās nos.Vel dicendū φ ſacramentum dicitur id quod habet ſignificare rem ſacram,vt dicit Hug.de ſan.Vic. ab aptitudine naturalis ſimilitudinis, & ab actu inſtitutionis & ex eo φ ſpiritualem gratiam ſanctificantem continet.Primū,& tertium deficiunt in hu

quia non habet omnino intẽtionem fallendi, Intentio enim fallẽdi duplex eſt, aut quo ad ſe. ſ. falſum dicẽdi, aut quo ad alterum. ſ. decipiendi. Primo modo ſemper eſt intentio fallendi in quocũq; mendacio, ſed non ſecundo modo. Ad tertium de falſis nutibus: Dicendum ꝙ vox large comprehẽdit quodcũq; ſignum quo conceptus mẽtis exprimitur, & ſecundum hoc contingit mentiri non tantum verbis ſed nutibus. Vel poteſt dici ꝙ contingit fallere nutibus non tamen mentiri ꝓprie, quia mentiri appropriate ſignificat fallaciam in verbis ſiue ſcriptis ſiue prolatis. Ad illud de differẽtiis mendaciorum: Dicendum ꝙ mendacium diuiditur pęnes intentionẽ mẽtientis, quia illud eſt formale in eo. Aut ergo mentiens intendit prodeſſe, & ſic eſt officioſum, aut delectare, & ſic iocoſum, aut nocere, & ſic pernicioſum: Et hæc eſt prĩa diuiſio quam ponit magiſter. Si intendit nocere proximo, aut hoc eſt in bono ſpirituali, vt in doctrina religionis, & ſic eſt prima ſpecies, aut in corporali ita quòd nulli proſit, et ſic eſt ſecunda, aut ita ꝙ alicui proſit, & ſic ẽ tertia. Sed hoc non poteſt eſſe in bono ſpirituali, qa nocumentum in illo nulli poteſt prodeſſe. Si intẽdit delectare, vel ſeipſum, & ſic eſt quarta, vel alterum, & ſic eſt quinta. Si intẽdit prodeſſe proximo, aut in bono temporali, & ſic eſt ſexta, aut in perſona ſua conſeruanda, & ſic eſt ſeptima, aut in ſpirituali bono cõſeruando, vt virginitatem vel hmõi, & ſic eſt octaua.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non omne mendaciũ ſit peccatum: Nullum enim peccatum ſit inſtinctu Spiritusſancti. ſed Iacob, vt in litera dicitur, propter familiare conſilium Spiritusſancti qđ a matre acceperat dixit ſe eſſe primogenitum cum non eſſet, & ita mentitus eſt. ergo aliquod mendacium nõn eſt peccatum. Præterea. Plus eſt falſum ſignificare facto ꝙ verbo. ſed falſa ſignificatio per factum non ſemper eſt peccatum, vt patet in domino qui ſe finxit lõgius ire. Luc. 24. ergo multofortius nec falſa ſignificatio ꝑ verbum. Præterea. Sophiſta inquãtũ huiuſmodi, frequẽter dicit falſum in diſputatione ex intentione fallendi, nec tamen peccat, quia ſic ars ſophiſtica eſſet peccatum. ergo non omne mendacium eſt peccatum. Præterea. In ſcripturis ſacris leguntur aliqui ſine peccato dixiſſe falſum ſcienter, vt ille Iudic. 9. Ierunt ligna ad ramnum. ergo non omne falſum ſcienter dcm̃ eſt peccatum. Contra. Auguſt. in lib. de mendacio dicit. Quiſquis aliquod genus mendacii ꝙ peccatũ non ſit eſſe putauerit, ſeipſum turpiter decipit. ergo omne mendacium peccatum eſt. Præterea. Nihil opponitur virtuti quæ eſt veritas niſi peccatum. ſed omne mẽdacium opponitur virtuti quæ eſt veritas, vt patet in 4. ethi. ergo omne mendacium eſt peccatum. Reſpon. Dicendum ꝙ in omnibus actibus per defectum cuiuſlibet circũſtantiæ debitæ, etiam omnibus aliis concurrentibus, cõtingit cõmitti peccatum. Cum autem loquutio inuenta ſit ad exprimendum conceptionem cordis, quandocunq; aliqs loquitur ore quod in corde non hꝫ, loquitur quod nõ debet. Hoc autem contingit in omni mẽdacio, ideo omne mendacium eſt peccatum, quantũcunq; aliquis propter bonum mentiatur. Ad primum quod obiicitur de Iacob, Dicendum ꝙ ſibi primogenitura Dei electione debebatur, & ad illũ intellectũ,

hic. ar. 3. Secunda ſecũdę. q. 110. arti. 3. c. quol. 8. ar ti. 14. c.

In alio ſcrip. vt

intellectum,cum dixit ſe eſſe Eſau primogenitum,Spiritusſanctus eius verba ordinabat,cuius inſtinctu & intellectu loquebatur. Vñ qa hoc ſignificare intẽdebat ad qd Spiritusſanctus ordinabat verba,ideo a mendacio excuſatur,& eadẽ ratio eſt de verbis omnium illorum in quibus mendacium concedere nepharium videtur. Ad illud quod ſecundo obiicitur de falſa ſignificatione facti, Dicẽdum quòd non eſt ſimile de verbo, & de facto. Nam verba ſunt inſtituta ad ſignificandum verum. Vnde qui ad falſum eis vtitur,abutitur faciendo quod nõ debet,ſed facta non ſunt inſtituta ad ſignificandum. Vel dicendum ꝙ per ſimulationem facti non intendebat falſum ſignificare Chriſtus,vel quicunq; vir ſanctus,ſed verum occultare, qd' bene licet aliquando. Vel dicendum ꝙ illa ſimulatio in figura fiebat, quia figurabat ꝙ ipſi adhuc longe erant a veritate. Sicut autem verba figuratiua veritatem habẽt pro ſenſu in quo dñr, non pro ſenſu quem faciunt, vt ſi quis dicat pratum ridet,ita & facta figuratiua. Ad tertium de ſophiſta dicendum ꝙ propoſitiones diſputatiuæ potius dicuntur interrogando q̃ aſſerendo: Proponuntur enim reſpõdenti iudicandæ & non aſſeruntur,ſic reſpondens aliquando reſpondet falſum temptando opponentem. Ad quartũ quod obiicitur de Iud.9. Dicendum ꝙ verba quę in ſacra ſcriptura fiunt aut ſunt verba eius qui ſcripturam edidit,aut ſunt verba alicuius qui in ſcriptura recitatur loquẽs. Si primo modo,ſic non contingit in eis mendacium,quãuis aliqua in ſcriptura dicantur figurate,quæ videtur eſſe falſa in primo aſpectu,quia in figuratiuis loquutionibus non eſt ſenſus verborum quem primo aſpectu faciunt,ſed quem proferens ſub tali modo loquendi facere intendit. Si ſecũdo mõ,aut ſunt alicuius cuius malitia in ſcriptura arguitur,& ſic nõ eſt inconueniens ꝙ ſint etiam pernicioſa mendacia: ſicut verba Iudæorũ Chriſtum blaſphemantium,aut alicuius q commendatur non de perfectione virtutis,ſed de profectu ad virtutem, ſicut obſtetrices cõmendãtur quòd in hoc profecerunt quòd nõ in dãnum alicuius, ſed in obſequium diuinum mentitę ſunt,aut ſunt verba alicuius qui cõmendatur de perfectione virtutis, & in exemplum proponitur, & tunc eſt eadem ratio ſicut de verbis ſcripturæ.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ omne mendaciũ ſit peccatum mortale. Nullus perditur niſi propter mortale. ſed omnis qui loquitur mendacium perditur, ſecundum illud Pſal.5. Perdes oẽs &c. ergo omne mendacium eſt peccatum mortale. Præterea. Si mendaciũ excuſetur a peccato mortali, pręcipue mendacium officioſum tale eſſe videtur. ſed hoc eſt mortale, ſicut dicit Grego. de mendacio obſtetricũ in glo. ſuper Exod.1. Benignitatis earũ merces quæ in æterna vita remunerari poterat, per culpam mẽdacii in tẽporalem recompenſationem mutata eſt. ergo omne mendacium peccatum eſt mortale. Pręterea. Impugnatio veritatis agnitæ peccatum mortale eſt, cũ ſit vna ſpecies peccati in Spiritumſanctum. ſed omne mendacium impugnat veritatem agnitam. ergo ẽ peccatum in Spiritumſanctum. Contra. Super Exod.3. dicit Grego. ꝙ infirmis propter conſeruandam vitã alterius mentiri conceditur. ſed nul-

In alio ſcrip. vt hic. art.4. ſecunda ſecũdę. q.110. arti.4.0. quol.8. artic.14.0. quol.9. arti.14.c.

lum mortale conceditur . ergo non
omne mendacium eſt mortale. Præ-
terea. Grego.dicit ꝙ mendaciū offi
cioſum facile credimus relaxari . ſed
peccatum ex hoc dicitur veniale qd
facile remittitur.ergo mendaciū offi-
cioſum eſt veniale. Reſpond. Di-
cendum ꝙ mortale eſt quod priuat,&
auertit a vita. Vita vero conſiſtit in
charitate Dei & proximi.Mendacium
ergo quod auertit a charitate vl' Dei,
vt pernicioſum quod fit in doctrina
religionis, vel proximi , vt alia duo
pernicioſa, peccatum mortale eſt,mē
dacium vero quod non auertit a cha
ritate Dei vel proximi,vt officioſum,
& iocoſum,non eſt mortale,ſedvenia
le. Ad primum de Pſal . Dicendum
ꝙ illud intelligitur de mendacio per-
nicioſo tantum. Ad ſecundum de
obſtetricibus dicendum ꝙ in opere
obſtetricum duo fuerunt,intentio cō
ſeruandi pueros Hebręorum,& inten
tio fallendi Ægyptios.Hoc fuit pec-
catum,ſed intētio liberandi fuit pia:
Et licet non fuerit meritoria propter
mendacium annexum,fuit tamen ad
ſecunda meritum diſpoſitiua,&ſic intelligitur
ſecūdę.q. quod dicit Hierony.ꝙ ædificauit illis
110. ar.3 domos ſpirituales,non propter earū
ad ꝑm.& meritum de cōdigno,ſed de cōgruo,
4.ad q̄rtū propter diſpoſitionem ad meritum:
Dictum autem Grego. intelligitur de
computatione mercedis , non quam
iam meruiſſent,ſed quam illo opere
mereri potuiſſent,ſi earum benigni-
tas gratia informata fuiſſet . Prima
namq; cōmutatio non poteſt fieri niſi
per mortale, ſed ſecunda ēt poteſt fie
ri per veniale. Ad illud de impu-
gnatione veritatis agnitæ , Dicen-
dum quòd quāuis in omni mendacio
deſeratur,non tamen directe impu-
gnatur.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & In alio
videtur ꝙ viro perfecto menti- ſcrip. vt
ri ſit peccatum mortale. Dicit hic. ad q̄r
Auguſt. in litera.Perfecto non conue tū ſecūda
nit mentiri pro alterius vita, ne dum ſecūdæ.q.
ſeruat vitam alterius,perdat ſuam.er 110.ar.4.
go mendacium officioſum ei eſt pec ad quintū
catum mortale.ergo multomagis qd
cunq; aliud mendacium . Pręterea.
Dicit magiſter in lr̃a ꝙ perfectis viris
ēt mendaciū officioſum vel iocoſum
dānabile eſt.ergo & mortale peccatū.
Pręterea. Perfectus mentiendo aliis
exemplum paſſim mentiendi præſtat.
ergo dicto minus recto occaſionē rui
næ præſtat.ergo ſcādalizat,& ſic pec-
cat mortaliter. Contra. In infinitū
diſtat veniale & mortale peccatum.
nulla vero circūſtantia aggrauat pec
catum in infinitum.ergo cum perfe-
ctio ſit quędam circūſtantia , nō facit
de veniali mortale peccatum. Præ-
terea. Nullus tenetur ad aliquid prę
ciſe,niſi ex præcepto vl' voto. ſed nō
mentiri perfectus non habet ſpeciali-
ter in præcepto vel in voto,ergo nō
tenetur ad non mentiendum plus q̄
alii. Reſpond. Dicendum ꝙ nihil
viro perfecto eſt peccatū mortale qđ
non eſt viro imperfecto,niſi ſit cōtra
eius votum,quia ad hoc vltra virum
imperfectum tenetur. Perfectio enim
genus peccati non mutat, ſed quanti
tatem auget,Vnde cum ad non men-
tiendum non obligauerit ſe ex voto,
ideo mentiri ei non ſemper peccatū
eſt mortale,ſicut nec viro impfecto,q̄
uis grauius peccatum ſit ei menda-
cium. Ad primum de Auguſt. Di-
cendum ꝙ perdere vitam dupliciter
eſt,vel per cauſam immediatam,& ſic
perditur per quodcunq; mortale,vel
diſpoſitionem propinquam,& ſic per
graue veniale. Ad illud magiſtri,
Dicendum

Dicendum ꝙ mendacium viri perfecti eſt dānabile per diſpoſitionem,nō per cauſam. Ad tertium de ſcandalo:Dicendum ꝙ ſi per mendaciū ſcandalum facit quod ſit mortale peccatum,eius mendacium eſt mortale, ratione annexi,& ſimiliter eſſet ſi ex mēdacio imperfecti ſcandalum eſſet,ſed non ita facile poteſt eſſe annexum ꝙ faciat ipſum eſſe mortale, quia non ſemper,quantum in ſe eſt,prębet occaſionem ruinæ.

Expoſitio tex.

Præcipue ſi iteretur.

Hoc dicit,inquantum multiplicatio venialium diſponit ad mortale. Vt ab immunditia corporali aliquē tueatur.Sed quid faciendum eſt ipſi mulieri ſi propter immunditiam quæratur? Quidam dicunt quòd ſi propoſitum non conſentiendi habet, nō debet venialiter peccare, ſed debet ſpem ſuam in Deum ponere,qui non patitur temptare ſupra poſſe. Alii autem dicūt quòd debet veniale peccatum committere maxime ſi ſentit ſe imperfectā, potius quàm incurrat mortalis peccati periculum.Sed hoc eſt contra rationem peccati quòd ſit debitum vel eligibile. Vnde in ſe cōtradictionem implicat.Nec omne mēdacium iſto præcepto prohiberi.Intelligendum eſt directe, ſicut contrarium præcepto.Nec prædicta deſcriptione mendacium ioci includi. Verum eſt ſi intelligatur intentio fallendi, ſecundum quòd fallacia eſt, non tantum in dicente,ſed etiam in audiēte qui fallitur.

Diſtinct. Trigeſimanona.

Nunc de periurio

videamus &c.

Quæſtio prima.

Articulus primus.

Hic primo quęritur, & videtur quòd omne periurium ſit mortale.Quod eſt directe contra Dei præceptū eſt mortale peccatum.ſed omne periuriū eſt huiuſmodi,quia eſt contra illud præceptum:Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.ergo omne periuriū eſt peccatum mortale. Pręterea. Aug. in quodam ſermone dicit ꝙ falſa iuratio eſt pernicioſa . ſed nihil dicitur pernicioſum niſi peccatum mortale. ergo omnis falſa iuratio eſt peccatū mortale. Pręterea. Maius peccatum in genere eſt periurium q̄ mēdacium.ergo cum mendacium ſemp ſit ad minus veniale peccatum, periuriū ſemper erit mortale peccatum. Contra. Sicut contingit mentiri iocoſe, ita periurare.ſed mendaciū iocoſum eſt veniale peccatū.ergo a ſimili, periuriū iocoſum poteſt eſſe veniale peccatum: Præterea. Non impletio iuramenti periurium eſt.ſed non omnis qui non implet peccat mortaliter,vt ſi habeat legitimum impedimentum. ergo non omne periurium eſt peccatum mortale. Reſpon. Dicendum ꝙ periurium dicitur iuramentum inordinatum.Aut ergo iuramentum eſt ſolēnizatum,vt illud quod ſit coram iudice ſupra ſacroſancta,& ſic periurium eſt graue,& mortale, aut nō ſolēnizatum,& tūc aut eſt deliberatum cum debita deliberatione,& tūc ſi falſum iurat percipiēs eſſe falſum & percipiens ſe iurare,peccat mortaliter. Si autem non eſt ſolēne, nec cum deliberatione, vt accidit in cōmuni ſermo-

In alio ſcrip. vt hic.art.5. ſecunda ſcdę.q 98 art.3.0.

ne,tunc dicitur eſſe graue veniale, & hoc ideo, quia actus moralis non perfecte habet ſuam ſpeciem ante delibe rationem rationis. Ad primum ergo ꝙ omne periurium eſt contra Dei præceptum, Dicendum ꝙ non eſt verum de quolibet,ſed de illo ſolum qd cū plena deliberatiōe & conſenſu ꝑfertur,ſicut etiam delectatio cōcupiſcentię præueniens deliberationē nō eſt contra præceptum non concupiſcendi. Ad ſecundum de pernicioſa iuratione,Dicendū ꝙ falſa iuratio nō dicitur pernicioſa,niſi quando eſt cū plena deliberatione iurantis. Ad tertium,Maius peccatū in genere eſt periurium,Dicendum ꝙ quāuis ſit maius peccatum in genere,nō tamen oportet ꝙ in qualibet ſpecie.Vñ q̄uis genus periurii peius ſit genere mēdacii, tamen aliqua ſpecies periurii non eſt peior aliqua ſpecie mendacii.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ maius ſit peccatū periurare per creaturam q̄ per Deum. Matth.23.Qui iurat in templo, iurat in templo,& in Deo.ergo qui periurat per templum, periurat per templum,& per Deum. ſed peius eſt duo contemnere q̄ vnum ſolum.ergo maius eſt peccatum. Pręterea. Vbi eſt maior ſolēnitas in iurando,maius eſt peccatum in periurando. ſed maior eſt ſolēnitas in iurando per creaturā, vtputa per euangelium,vel reliquias, q̄ per Deū.ꝙ &c. Pręterea. Maior reputatur blaſphemia iurare per oculos Dei q̄ per Deū.ergo maior eſt cōtemptus periurare per oculos Dei q̄ per Deum.ergo maius periurium. Contra. Maius eſt peccatum contēnere veritatem increatam q̄ creatā. ergo Deum q̄ creaturam.ergo periurare per Deum q̄ per creaturam.

Pręterea. Illud quod eſt magis cōtra pręceptū diuinum eſt maius peccatum.ſed periuriū per Deum eſt magis contra præceptum diuinum,quia ibi directe & immediate aſſumitur nomen Dei in vanum, in periurio vero per creaturam nō.ergo & maius peccatum eſt periurium per Deum q̄ per creaturam. Reſpon. Dicendum ꝙ maius eſſe peccatum vnum altero poteſt eſſe dupliciter,aut per ſe & ſecundum naturam proprii generis, aut ꝑ accidens propter aliquid additum. Primo modo periurium per Deū eſt maius peccatum,vt ait hic Chryſoſto. Secundo modo poteſt eſſe aliquādo maius peccatum periurare per creaturam,vt per euangelium, vel corpus Chriſti, ratione ſolēnitatis,vel ratione cōtemptus maioris, vel rōne ſcandali.vel conſcientiæ,vel alicuius huiuſmodi. Ad primum de templo, Dicēdum ꝙ quāuis iurans in templo iuret in Deo tacite, non tamen expreſſe.Vel dicendum ꝙ qui iurat in templo iurat in eo vt eſt Dei veſtigium. Vnde nihil aliud cōtemnit in eo niſi Deum.Vel dicendum ꝙ quia creatura reſpectu Dei nihil eſt,ideo nihil addit vltra Deum,neq; ſupra. Vnde nō duo,ſed vnum cōtēnitur. Ad ſecundum de maiori ſolēnitate, dicendum ꝙ tale periurium eſt maius peccatum per accidens propter ſolēnitatem,nō per ſe. Ad tertium de blaſphemia: Dicendum ꝙ in creaturis illis magis cōtemnitur Deus a blaſphemantibus q̄ in ſeipſo:Cōtēnitur.n. incarnatiōis beneficium in quo maxime Dei bonitas & charitas nobis oſtenditur.Vnde maior eſt blaſphemia per accidens ratione contemptus. Ad duo argumenta contraria reſpondetur ꝙ peius eſt periurium per Deum, per ſe loquendo,& cęteris paribus.

Secunda ſecūdę.q. 98.art.3. ad 3m.& q.89.art. 10.ad 3m

Quęſtio

Quæſtio ſecunda.

Circa ſecūdū quæruntur tria. Primo ſic proceditur,& videtur ꝙ iurare non ſit per ſe bonū & arguitur ſic. Omnis actus cuius conſuetudo mala eſt, malus eſt. ſed conſuetudo iurandi mala eſt. Eccleſi. 23. Iurationi non aſſueſcat os tuum. ergo iurare malum eſt. Preterea. Iurare ſimpliciter ſine additione cauſæ, eſt iurare pro nihilo, & hoc eſt aſſumere nomen Dei in vanum. ergo, cū hoc ſit per ſe malum, iurare eſt malū per ſe. Præterea. Videtur quod in nullo caſu ſit licitum iurare: Iurare enim vniuerſaliter eſt prohibitum. Matth. 5. Ego autem dico non iurare omnino. ergo vniuerſaliter eſt illicitum. Preterea. In ſortibus,& iudicijs quę fiunt per ignem & aquam, vel per duellum, expectatur diuinum teſtimonium, & propter hoc ſunt prohibita, quia ibi videtur eſſe quędam Dei temptatio. ſed iuramentum eſt inuocatio diuini teſtimonii. ergo eſt illicitum. Contra. Iurare eſt, vt ait Auguſt. ius veritatis Deo reddere: Et alibi dicit ꝙ iurare eſt Deum teſtem veritatis adhibere. ſed horum vtrūq; eſt bonum. ergo iurare eſt bonum. Præterea. Angelus iuraſſe legitur Apoc. 10. Iurauit per viuentem in ſæcula ſæculorum &c.& ſimiliter Apoſtolus. 2. Cor. 1. Ego teſtem inuoco Deum in animā meā &c.& tamen nō peccauerunt. ergo iurare nō ſemper eſt peccatum. Reſpond. Sicut in genere boni naturalis duo ſūt bonorum genera, quædam. ſ. propter ſe appetenda, vt ſanari, quædam vero propter aliud tantum, vt mederi, ita in genere boni moralis, quædam ſūt bona quæ propter ſe appetenda ſunt, vt actus virtutum, quædam non niſi propter aliud ex aliqua neceſſitate, vt cura animarum, non quia malę, ſed qa periculoſę. Ex hoc genere eſt iuramētum: Eſt enim bonum quoddam periculoſum propter lubricum linguę,& facilem contemptum,& irreuerentiā nominis diuini,& iō per ſe non eſt appetendum, ſed propter alterum. ſ. propter aliquam neceſſitatem, vel vtilitatem, non quia ſit in ſe malum, ſed qa eſt occaſio propinqua mali. i. periculoſum. Quia ergo ſe exponere rei periculoſæ paſſim & indifferenter malū eſt, ſed cum debita cautela & ex neceſſitate aliqua nō eſt malum ſed bonū, ideo, ǭuis iurare non ſit malum, quia tamen eſt periculoſum, ideo paſſim & ſine cauſa iurare eſt malum, cū debita aūt cautela & neceſſitate nō eſt malū, ſed bonum & licitum. Ad primum ꝙ conſuetudo iurandi eſt mala: Dicendum ꝙ hoc non eſt quia iurare ſit in ſe malum, ſed quia eſt periculoſum,& ideo per accidens conſuetudo iurandi eſt mala. Ad ſecundum, Iurare ſimpliciter ſine additione cauſæ eſt iurare pro nihilo: Dicendum ꝙ nō eſt verum: Nam iurare ſimpliciter, ǭuis nō ponat de ſe cauſam iurādi, non tamē excludit eam. Iurare vero pro nihilo excludit cauſam iurandi. Vnde vbicunq; contingit iurare, contingit ſimpliciter iurare, non tamē pro nihilo iurare. Ad tertium Matth. 5. Non iurare omnino: Dicendum ꝙ hic prohibetur facilitas iurandi propter periculum, vt. ſ. quis non ex quacūq; cauſa iuret,& non ſimpl'r iuramentū. Ad quartum de ſortibus dicendū ꝙ non eſt ſimile, quia ibi inducitur diuinum teſtimonium ad rem omnino incertā & determinatur ei modus teſtificādi: ſed in iuramento certus eſt is qui iurat, licet non is cui iuratur.

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar. 2. ſcda ſcdę. q. 89 art. 2. o.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic. q.1. ar.3. ſcda ſecundæ q.89. art. 7.o.

AD ſecũdum ſic proceditur,& videtur ꝙ omne iuramentum etiã illicitum ſit ſeruãdum. Dicit Auguſt. ꝙ meretrix quæ iurat ſe ſeruaturam fidem peccatori mala eſt ei adhærendo,ſed peior fidem non ſeruãdo. ergo videtur ꝙ iuramentum illud,licet illicitum,ſit ſeruandum. Præterea. Ioſue ſeruauit iuramentum factum Gabaonitis contra præceptũ domini. tale eſt illicitum. ergo ſeruãdum eſt iuramentum illicitum. Præterea. Videtur ꝙ non omne iuramẽtum licitum ſit ſeruandum. Qui iurat ſe nunquã intrare religionem, iurat licitum,& nihilominus poteſt intrare ſine peccato. ergo non omne iuramentum licitum eſt ſeruandum. Præterea. Qui iurat ſe nunquã futurum Epiſcopum,nihilominus pro neceſſitate eccleſiæ & mandato ſuperioris tenetur ſuſcipere epiſcopatũ. ergo non omne iuramentum, quãuis licitum,eſt ſeruandum. Contra. Dicit canon. Iuramentum non eſt vinculum iniquitatis. ergo non ligat ad illicitum. Præterea. Dicit Iſido. ꝙ omne iuramentum eſt ſeruandum,qđ ſeruatum non vergit in interitum ſalutis æternæ. ergo ſi vergit nõ eſt ſeruandum. ergo iuramentum illicitum non eſt ſeruandum. Reſpon. Dicendum ꝙ duplex eſt iuramentum, quoddam aſſertorium de præterito, quoddam promiſſorium de futuro. Sicut autem materia debita iuramẽti aſſertorii eſt verum & non falſum, ita materia iuramẽti promiſſoru bonum & non malum: Qui enim iurat malũ obligatur quidem ad peccatum male iurando,ſed non obligatur ad implendum illud quod male iurauit. Notãdum ergo ꝙ illud quod iurando promittitur, aut eſt totaliter & aperte malum,& tunc authoritate propria eſt frangẽdum: Si totaliter & aperte bonum, nullatenus eſt frangendũ: Si partim bonum partim malũ, partim eſt tenendum partim frangendum: Si vero dubium, non eſt authoritate propria, ſed ſuperioris interpretatione frangendum. Ad primum de meretrice, Dicendum ꝙ in iuramento meretricis duo ſunt, vnum quod adhære bit iſti,& hoc eſt malũ, alterum ꝙ nõ alteri,& hoc eſt bonum,& in hoc, frãgendo iuramentum, peccat grauius quàm ſeruando, quia dum ſeruat peccat fornicando,& non periurando, ſed dum adhæret alteri peccat vtroq; modo. Ad ſecundum de Gabaonitis, Dicendum quòd Ioſue ſeruauit vtrunq;,& præceptum,& iuramentum. Iuramentum quidem in hoc ꝙ non eos iterfecit morte naturali, præceptum vero in hoc ꝙ eos interfecit morte ciuili redigendo in ſeruitutẽ. Vnde dicit Ambroſi. ꝙ mulctauit eos meliori morte. ſ. ſeruitute diuini miniſterii. Seruauit quippe intẽtionem præcipientis, licet non omnino ſufficiem verborum præcepti ipſius. Ad illud de ingreſſu religionis, Dicẽdum ꝙ quãuis licitum ſit non intrare, non tamen eſt licitum obligare ſe ad nunquã intrandum, quia religio eſt de perfectione vitæ. Ad quartum de epiſcopatu, Dicendum ꝙ q̃uis expediat ſubterfugere, tamẽ pertinaciter excuſare non eſt bonum. Vnde obligare ſe ad nõ recipiendũ, malum eſt. Vnde q̃uis oblatum recipere non debeat, tamen debet recipere iniunctum, vel pro neceſſitate eccleſiæ impoſitum, alioqn iam vergeret in deteriorẽ exitum.

quol.3.artic.14.o. quol.5.arti.27.o.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ iuramentum coactum ſit

In alio ſcrip. vt hic. quæſt uncula pria. o.

ſit obligatoriū. Aug. ex conſilio Ambro. cuidā qui coactus iurauerat quādam ducere in vxorem, reſpondit ꝙ matrimonium teneret. ergo coactum iuramentum eſt obligatorium. Præterea. Iſido. dicit. Omne iuramentum eſt ſeruandum quod ſeruatum non vergit in peiorem exitum. ergo iuramentum coactum licitum, eſt ſeruandum. Contra. Dicit lex ciuilis. Quod vi vel metu geſtum eſt, ratum non habeo, ait prætor. Præterea. Secundum philoſophum, coactum eſt inuoluntarium. ſed inuoluntariū nō obligat. ergo nec coactum. Præterea. Matrimonium vel votum coactum non eſt obligatorium. ergo nec iuramentum. Reſpon. Duplex eſt iuramētum, Aſſertoriū, & in hoc coactio non poteſt eſſe ſufficiens vt falſū iuretur, quia nihil poteſt ſufficienter cogere ad hoc ꝙ homo mortaliter peccet, Vnde tale iuramentum, quātumcunq; coactum, eſt obligatorium ad peccatum. Aliud eſt iuramentum promiſſoriū, & in hoc poteſt eſſe coactio ſufficiens vt vitetur maius periculum, vt mortis vel alicuius huiuſmodi, quod ſine peccato contingere poteſt, & tūc talis coactio, ſi poſſit in cōſtātem virum cadere, tollit obligationem iuramenti in foro contentioſo, ſed in foro conſcientiæ eſt obligatorium, quia magis debet homo ſubire damnum temporale q̄ frangere fidē. Habet tamē remedium vt in iudicio ab eo repetat quod perdidit, quod ſi iurauerit ſe non repetiturum pōt iudici denunciare qui ex officio debet raptorem ad reſtituendum cogere. Si autem iurauerit ſe non denunciaturum, contra charitatem fraternam iurauit, qua quis tenetur ad correptionem fratris operam dare, & non tenetur obſeruare. Ad illud de lege ciuili, Dicendum ꝙ intelligitur hoc in iudicio fori contentioſi, non conſcientiæ. Ad ſecundum ꝙ coactum eſt inuoluntarium, Dicendum ꝙ non eſt inuoluntarium ſimpliciter, cum voluntas non poſſit cogi abſolute, ſed ſub conditione, & ideo eſt voluntarium ſecundum quid. Magis enim vult tantum ſoluere & aliquid huiuſmodi facere, q̄ mori vel peccare. Ad tertiū de voto & matrimonio: Dicendum ꝙ non eſt ſimile de matrimonio, quia liber conſenſus ad hæc requiritur, ad iuramentum autem tale ſufficit cōditionatus: Nec eſt ſimile de voto, quia per votum obligatur homo Deo, cui non placet coactum ſeruitium, per iuramentum obligatur homo homini, cui tantum valet aliquid coacte ſolutum vt pecunia, ſicut ſpontanee.

Secunda ſecūdę. q. 89. art. 8. ad ter.

Expoſitio tex.

Infirmis ergo illud

prohibuit propter duo. Prio ne creaturis crederent aliqd numen ineſſe. Secundo ne tali iuramento ſe obligari non credētes, fidem frangerent. Sancta ſynodus decreuit. Excipiūtur tamē caſus illi in quibus mora traheret periculum, ſicut pro pace faciēda, vel aliquid huiuſmodi.

Diſtin. Quadrageſima.

Sextum præceptū

eſt.

Quæſtio vnica.

Articulus primus.

Hic primo quæritur, & videtur quòd hæc duo pręcepta incōuenienter aſſignentur arguendo ſic. Vnum peccatum vno pręcepto debet prohiberi. In alio ſcrip. vt hic.

ſed vnum & idē eſt peccatum cordis & operis.ergo eadem debet eſſe prohibitio vtriuſq;. Pręterea. Sicut in furto & męchia contingit peccare corde & opere,ita & in cęteris peccatis.ſed alia pręcepta non variantur p concupiſcentiā & opus.ergo nec præceptum de cōcupiſcentia, & męchia. Præterea. De differenti peccato differēs debet dari præceptum ſiue prohibitio.concupiſcentia autem curioſitatis & ambitionis quæ eſt peccatū differt ab alijs.ergo aliud pręceptum dari debuit de prohibitione curioſitatis,& ambitionis. Præterea. Omne quod fit contra prohibitionē, peccatum mortale eſt.ſed cōcupiſcere peccatū veniale eſt, vt patet in primis motibus.ergo non debuit prohiberi. Reſpon. Dicendum ꝙ duplex eſt concupiſcentia:quędam coniuncta operi,& illa prohibetur eodē præcepto cum ipſo actu, quædam ſeparata,& hæc prohibetur ſeparatim reſpectu quorūdam actuum, & reſpectu quorūdam non: Sunt enim actus quidam quorum obiectum eſt bonū aliquod cōcupiſcibile,vt furari & męchari,& hi non ſolum vt ſunt in actu ſed vt in appręhenſione mouent delectationem.Quidam vero ſunt quorū obiectum eſt nocumentum aliquod, vt homicidium,& hi non mouent de ſe cōcupiſcentiam ſed potius horrorem & fugā,& ideo illorum oportuit prohiberi actum per ſe,& concupiſcētiam per ſe,horū vero non, ſed ſimul vtrūq;. Ad primum, Vnum & idem eſt peccatum cordis & operis, Dicendum ꝙ quāuis concupiſcentia cōiuncta operi ſit idem peccatum cum opere exteriori,tamen concupiſcentia ſeparata aliud peccatum eſt.Hoc autē illis duobus præceptis prohibetur. Ad ſecūdum de duplici furto & adulterio,Dicendum ꝙ nō eſt ſimile, quia nō eſt ſimilis inclinatio,& delectatio in opere & appetitu homicidij ſicut in opere& appetitu furti & adulterij, immo magis eſt ibi horror naturalis, quia hic mouet aliquod concupiſcibile bonum,ibi mouet nocumētum, & malum. Ad tertium de differenti peccato,Dicendum ꝙ concupiſcētia curioſitatis quæ fit per oculos pertinet ad delectationem ſenſuum,& ideo reducitur ad prohibitionem cōcupiſcentię carnalis. Cōcupiſcentia vero ambitionis,honorum, & dignitatum ad prohibitionem cōcupiſcentię poſſeſſionis quę talibus occaſionem pręſtat. Ad quartum de primis motibus,Dicendum ꝙ non quęlibet cōcupiſcentia prohibetur illis pręceptis, ſed illa ſola quę conſiſtit in conſenſu rationis prout conſentit vel in opus vel in delectationem: Lex enim hominibus datur non brutis.Vnde prohibet motus humanos,nō brutales.

pria ſcda ſecūdæ.q. 100.ar.5. adqntum

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic.

AD ſecundum ſic proceditur , & videtur ꝙ lex vetus non prohibeat animum.Exo. 20. dicit gl. quòd lex vetus prohibebat manum, non animum. Præterea. In euangelio facta eſt additio perfectionis Mat. 5.Omnis qui viderit mulierem ad cōcupiſcendum eam &c. hoc autem nō eſſet ſi prohiberetur in lege actus exterior,& concupiſcentia interior. ergo non prohibebatur ibi. Pręterea. Nihil prohibet animum niſi gratia. ſed lex vetus non dabat gratiā. ergo non prohibebat animum , ſed tātum manum. Contra. Roma.7. Cōcupiſcentiam neſciebam,&c.vbi glo. Bona eſt lex quæ dum concupiſcentiā prohibet,omnia mala prohibet. ergo lex cohibet animum interiorē, & non tantum manum. Præterea.

Leui.

Leuit. 19. dicitur. Ne oderis fratrem tuum in corde tuo, vbi manifeſte cordis odium prohibetur. Reſpon. Lex Moiſi & diuina erat ordinans hominem ad Deum, & ciuilis ordinans hominem ad proximum ſm ſtatū rei publicę. Dico ergo ꝙ inquantū diuina & ſpiritualis prohibebat concupiſcentiam non ſolum progreſſiuam in exteriora ſigna opis, vt i ſolicitatiōe mulieris, ſed interiorem prohibitiōe morali, transgreſſoribus infligēdo pęnam ęternam, Sed inquātum ciuilis, prohibebat cōcupiſcentiam progreſſiuam ſolum prohibitione iudiciali trāſgreſſoribus infligēdo pœnā tēporalē. Inquantū ğ diuina, prohibebat quidem manum & animum, inquantū vero ciuilis, manum non animum, cohibitione iudiciali. ſ. infligēdo pęnā. Ad primū ꝙ lex prohibebat manū, Dicendum ꝙ loquitur de lege, inquātum ciuilis quo ad prohibitionem iudicialem, non inquātum diuina & ſpiritualis. Ad ſecundum de additione in euangelio dicendum ꝙ additio euangelii dicitur fieri ad legem ſecundum intellectum legis literalem non ſecundum ſpiritualem, vel ad ipſam inquantum lex ciuilis, non inquantū ſpiritualis: Sic enim euangelium erat in lege, non ſecundum verborum expreſſionem, ſed ſecundum legis intentionem. Ad tertium, Nihil prohibet animum niſi gratia, Dicendum cohiberi animum dupliciter eſt, vel per modum inclinantis, & ſic prohibet gratia, vel per modum iubentis, & ſic lex.

1. ſecūdę. q. 98. art. 1. c.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ lex vetus iuſtificabat. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. ergo obſeruantia mandatorum moralium legis, de quibus loquitur, vitam præſtabat. ergo iuſtificabat. Præterea. Roma. 3. Ex operibus legis nō iuſtificabitur. glo. Aug. loquitur ſecundum cęremonialia, nō ſecundum moralia quę iuſtificabāt. ergo lex vetus iuſtificabat. Præterea, Beda dicit ꝙ iuſtitia legis ſuo tempore cuſtodita nō ſolum bona temporalia ſed etiam vitam cōferebat æternam. ergo vere iuſtificabat. Contra. Super illud Pſal. 18. Lex domini immaculata, glo. Lex vetus non faciebat animas immaculatas. ergo non iuſtificabat. Præterea. Super illud. 2. Cor. 3. Litera occidit. glo. Litera, inquit, occidens, eſt decalogus. ergo lex occidebat quātum ad moralia etiam, & non iuſtificabat. Reſpond. Iuſtificari dupliciter cōtingit, Vel iuſtitiam conferēdo, vel ad iuſtitiam diſponendo. Contingit aūt dupliciter iuſtificare conferendo iuſtitiam, quia aut iuſtitiam politicam acquiſitam, & ſic opera legis iuſtificabāt, quia bonos habitus relinquebāt: Sed de hac iuſtitia nō loquimur hic. Aut iuſtitiam gratuitā infuſam. Hoc autem modo lex vetus non iuſtificabat ſed noua, quia gratiam & iuſtitiā in ſacramentis miniſtrat. Ad iuſtitiam diſponendo dupliciter contingit iuſtificari. Aut iuſtitiam promerēdo, ſic opera legis iuſtificabant, quia augmentum iuſtitiæ apud Deum promerebantur. Aut etiam docendo, ſic etiam lex iuſtificabat declinationem mali & operationem boni docendo. Sed quia magis docebat declinationem in qua conſiſtit inchoatio iuſtitiæ, lex vero noua magis operationē boni in qua complementum iuſtitię, ideo lex vetus dicebatur docendo iuſtificare imperfecte, euangelium vero perfecte, & ſic patet ſolutio ad quatuor prima. Ad vltimum litera oc-

In alio ſcrip. vt hic.

1. ſcdæ. q. 107. ar. 2 c. Ro. 3. fi.

1. ſecūdæ. q 98. ar. 1. ad 3m & q. 99. art. 2. ad ter. de ver. q. 23. arti. 2. ad 3m.

cidit, Dicendū ꝙ lex dr̄ dupliciter occidere. Vno modo per cauſam, morte temporali in præceptis iudicialibus. Altero modo p occaſionē, mortē etiam ęterna in pręceptis moralibus, & hoc triplici ratione. Vna ratio ſumitur ex parte rei cōcupiſcibilis quā oſtendendo nec gratiam ad cauendū dando concupiſcētiam excitabat, ſicut aqua viſa ſitim. Altera ex parte concupiſcentiæ quę naturaliter in vetitum quaſi in arduum tēdit. Lex autem prohibendo ſiue vetando rem vetitam quaſi arduam conſtituebat. Tertia ex parte actus cōcupiſcendi cuius inordinationi per quam legi naturali repugnat, circunſtantiam præuaricatiōis legis ſcriptæ peccatum aggrauantem addebat.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ lex non promittebat tēporalia, & ſic nō differat ab euāgelio promittente ęterna. Quod promittitur in lege eſt præmium virtutis. bonum temporale nō poteſt eſſe præmium virtutis, quia pręmium melius eſt merito. ergo non eſt promiſſum in lege. Præterea. Videtur ꝙ male aſſignetur differentia legis & euangelii pęnes timorem & amorem. Multi in veteri teſtamēto obſeruabant legem ex amore, multi in nouo ex timore obſeruant eam. ergo nō eſt differentia legis vtriuſq;. Præterea. Videtur ꝙ nulla ſit differentia hæc, Lex eſt grauitatis, euangelium ſuauitatis. Dicitur. n. Matt. 5. Iota vnū &c. vbi dicit glo. ꝙ omnia legalia in euāgelio recapitulantur: Et Chryſo. dicit ꝙ mandatum Chriſti legem tenet incluſam. ſed onus quod continet aliud in ſe grauius eſt illo. ergo grauius eſt onus euangelii onere legis. Reſpō. Differētia legis & euāgelii multiplex

In alio ſcrip. vt hic.

In alio ſcrip. vt hic, quæſtiúcula. 1.

In alio ſcrip. vt hic qſtiuncula. 2.

eſt. Vna ſecundum cauſam efficientē, quia lex per Moiſen data eſt, ſed gratia & veritas per Ieſum Chriſtum Filium Dei. & dominum noſtrum Io. 1. Secunda pęnes cauſam finalē, & quo ad finem proximum; quia finis legis iuſtitia imperfecta in declinatiōe mali, quod contrariatur præceptis eſt: finis vero euangelii perfecta iuſtitia in operatione boni perfecti, quod cōtinetur in præceptis & conſiliis, & quo ad finem vltimum, quia euangelium aperte promittit, & confert bona æterna: Lex vero non niſi ſub figura tēporalium promittebat ęterna, eo ꝙ nondum poterant æterna dari. Tertia pęnes cauſam materialem, q a lex continebat pręcepta multa carnalia, & cęremonialia, & ſacramenta inefficacia, ſed euangelium præcepta ſpiritualia, & ſacramenta efficacia. Quarta pęnes cauſam formalem, quia lex data eſt per modum timoris ſub cōminatione pęnarum, Vnde eam dedit Deus de cęlo terribiliter tonādo; ſed euāgelium per modum benignitatis, & ſub promiſſione præmiorum. Vnde ipſum Dominus dedit de terra inter diſcipulos ſedendo, & dulciter colloquendo. Ad illud quod obiicitur contra primam differentiam, Dicēdū ꝙ quāuis expreſſe lex promitteret tēporalia, tamen figuratiue promittebat æterna. Promiſſa vero temporalia non ponebātur in lege vt pręmia virtutum, ſed vt excitātia ad virtutē, ſicut diſtributiones quotidianæ quæ fiunt in eccleſia nō ponuntur vt pręmium venietis ad eccleſiam, ſed vt incitamentum veniendi. Ad ſecundū quod obiicitur contra ſecundā differentiam de obſeruantibus legem ex amore, Dicendum ꝙ in veteri lege, ſecundum Aug. quidam erant pertinētes ad nouam legem, vt perfecti qui legem

1. ſcdæ. q. 114. arti. 10. ad pri.

1. ſcdę. q. 91. ar. 5. o. legem ſeruabant ex amore, & ecōtrario in noua ſunt multi pertinētes ad veterem, qui euangelium ſeruant ex ſeruili timore. Hæc autem differentia datur ſecūdum cōmunem ſtatum, nō quantum ad perſonas ſingulares. Ad illud quod obiicitur de tertia differētia, Dicendum ꝙ de comparatione legis & euangelii in grauitate eſt loqui dupliciter, ſicut de grauitate alicuius oneris, aut ſecundum ſe, aut in comparatione ad vires portātis. Secundū ſe dupliciter, aut ſecundum quantitatem præceptorū, & ſic lex vetus grauior, aut ſecūdum qualitatem, ſic lex noua, quia perfectiora præcepta dantur in ea. Mat. 11. ſi. In comparatione vero ad vires portantis lex noua leuior: eſt propter gratiā quę confertur in eius ſacramentis, ex qua gratia fluunt virtutes quæ ſunt onus leue. Ad illud, Euangelium continet legem: Dicendum ꝙ cōtinet eam in ſenſu legis ſpirituali, ſed nō in ſenſu literali ex quo habebat maximam grauitatem.

Expoſitio tex.

Non ancillam.

Sciēdum ꝙ ancilla dupliciter poteſt concupiſci. Vno modo ad concubitum, & ſic pertinet ad ſextum præceptum. Alio modo ad dominium, & ſic pertinet ad ſeptimum pręceptū. Ieſu Chriſto filio Dei incarnato & paſſo, ſicut ſuperius eſt oſtenſum, ſit honor & gloria per infinita ſęcula ſæculorum amen.

Explicit ſcriptum D. Tho. de Aquino Ordinis prædicatorum ſuper tertio Sententiarum, ad Hannibaldum Epiſcopum Cardinalem.

ſtina tempus.ſ.gratiç in quo ſacramẽta dantur,& memẽto finis.ſ.perfectionis gloriç:Et ideo dicitur Amos.4.Et annuncians homini colloquium ſuũ, faciens nebulam matutinam.i.ſacramenta quæ ſunt tempore gratię, qđ eſt quaſi matutinum reſpectu plenæ claritatis, quæ erit in patria. Sic ergo ex verbis præmiſſis accipi põt materia huius quarti libri in quo magiſter agit de ſacramẽtis.& gloria reſurgentium, quæ per ſacramenta inchoatur,& præſignatur.

Diſtin. Prima.

Samaritanus &c.

Quæſtio prima.

Hic quæruntur quinq;.
Primo de diffinitione ſacramenti.
Secundo de eius neceſſitate.
Tertio vtrum conſiſtat in verbis, & rebus.
Quarto de effectu ſacramẽtorum nouæ legis.
Quinto de effectu ſacramentorum veteris legis.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q.60.art. 1.0. AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ magiſter non bene diffiniat ſacramentũ,cum dicit ꝙ eſt ſacræ rei ſignum: Hoc enim quod dico,Deus,vel Spirituſſanctus, ſignũ eſt rei ſacræ, non tamen ſacramentum.ğ etc. Præterea. Agnus paſchalis,Exo.12.& ſerpens,Nu.21.& colũba, Luc.3.& petra fundens aquas.1. Cor.10.ſigna fuerunt rerum ſacrarũ, non tamẽ dicuntur eſſe ſacramẽta.ğ Ad ſecundam diffinitionem Auguſtini poſitam in litera, Sacramẽtum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, ſic opponitur.Corpus Chriſti in altari, In alio ſcript. vt hic, qſtiũcula.2. & character in baptiſmo,& inſeparabilitas matrimonii non ſunt formæ viſibiles,& tamen ſunt ſacramenta.ergo male dicit ꝙ ſacramentum eſt viſibilis forma. Præterea. Gratia quędam forma eſt. Forma vero non eſt forma.ergo &c. Contra expoſitionẽ huius diffinitionis a magiſtro in litera poſitam talem,vt ipſius ſimilitudinem gerat,& cauſa exiſtat,ſic opponitur. Aqua benedicta ſignum eſt & cauſa alicuius gratiæ quæ ibi confertur, per quam fit remiſſio venialis, & tamen non eſt ſacramẽtum. Pręterea. Epiſcopalis cõſecratio ſignum eſt alicuius gratiæ quæ ibi confertur.ſ.poteſtatis epiſcopalis, & tamen non eſt ſacramentum. Reſpond. Dicendum ꝙ ſacramentum dicitur a ſacrando actiue.Hoc autem poteſt fieri tripliciter.Aut efficiendo tantum, & ſic res ſacra dicitur ſacramentum, vt dicit magiſter,ſicut chri. paſſio,quę ẽ cã meritoria ſanctificationis noſtræ.Aut ſigñando tantum,& ſic diffinitur primo a magiſtro,Sacramẽtum eſt ſacrę rei ſignum.Aut vtroq; modo,& ſic diffinitur ab Auguſt. ſecundum expoſitionem magiſtri in litera poſitam, Sacramentum eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma,cuius ſimilitudinem gerit & cauſa exiſtit. Ad illud quod contra primam diffinitionem obiicitur de hac voce,Deus,vl' Spirituſſanctus: Dicendum ꝙ huiuſmodi voces ſigna ſunt rei ſacræ,inquantum res eſt, nõ inquantũ nos per eam ſanctificamur. Similiter omnis effectus cauſatus a Deo.Sacramentum autem eſt ſignum rei ſacræ inquantum ſacra eſt,& ſanctificãs nos.Vel dicendũ ꝙ ſacramentum dicitur id quod habet ſignificare rem ſacram,vt dicit Hug.de ſan.Vic. ab aptitudine naturalis ſimilitudinis, & ab actu inſtitutionis & ex eo ꝙ ſpiritualem gratiam ſanctificantem continet.Primũ,& tertium deficiunt in hu

iuſmodi ſignis. Ad ſecundū de agno paſchali,& reliquis aliis, Dicēdum, ꝙ omnia illa large accipiendo nomē ſacramenti ſecundum primā diffinitionem ſacramēta dici poſſunt, qa ſunt ſacræ rei ſigna, non tamen proprie. Ad tertium quod obiicitur cōtra diffinitionem Augu. de corpore Chriſti & characteris baptiſmi, & inſeparabilitate matrimonii: Dicendum ꝙ hæc non dicūtur ſacramenta niſi inquantum ſunt coniuncta aliquibus viſibilibus formis. Ad quartum ꝙ formæ non eſt forma, dicendum quòd hoc verū eſt de forma intrinſeca, quæ eſt pars rei, non de extrinſeca, quæ eſt potius expreſſio, ſeu ſimilitudo, ſicut figuræ animalis poteſt eſſe aliqua forma repręſentatiua extrinſeca.

Ad quod obiicitur contra expoſitionem magiſtri de aqua benedicta, dicēdum ꝙ quāuis venialia ibi remittātur non tamen oportet ꝙ ibi noua gratia conferatur, quia ad remiſſionem venialis non requiritur nouus habitus gratiæ, ſed nouus motus ſufficit. Vel dicendum ꝙ illa remiſſio fit non per modum ſacramenti, ſed per modum meriti ratione noui actus lib. arbi. gratia informati. Ad ſextum qđ obiicitur de conſecratione epiſcopali, Dicendum ꝙ gratia, quæ ibi cōfertur non eſt gratia gratum faciēs, quæ ex hoc ineſſe incipat, niſi forte ratione deuotionis ſuſcipientis quæ debet ineſſe: Poteſtas vero epiſcopalis non eſt gratia ſacrans ſubiectum propriū, ſed eſt gratia gratis data. Vel poteſt dici ꝙ conſecratio epiſcopalis, q̄uis non ſit ſacramentum, eſt tñ qđ ſacramentale: Ordinatur enim ad ſacramētum ordinis conferendum, & ſic nihil prohibet q̄n in ea gratia detur.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſacramenta nō debuerunt inſtitui, nec ex parte Dei, nec ex parte, ſacramenti, nec ex parte ęgroti. Quòd nō ex parte Dei ꝓbatur. Maius eſt recreare q̄ creare, quia ſecundum Aug. Maius eſt iuſtificare impium q̄ creare cœlum & terrā. ſed Deus creauit hominem ſine omni medio. ergo & recreare debuit, & ita ſine ſacramentis. Præterea. Videtur ꝙ nec ex parte ſacramēti: Contraria. n. contrariis curantur. ſed homo morbum peccati icurrerat ſe per affectū rebus terrenis ſubiiciendo. ergo non conuenienter curatur per hoc quòd ſubiicit ſe corporalibus elementis in ſuſceptione ſacramentorum. Præterea. Videtur quòd nec ex parte ægroti. Quanto magis arctata eſt via veniendi ad ſanitatem, tāto peius eſt ægro. ſed additis ſacramentis ipſis mandatis arctata eſt via, quia prius ꝑ obſeruantiam mandatorum ſine ſacramentis habebatur ſalus. ergo inſtitutio ſacramentorum mala eſt ęgroto. Contra. Ad habendum ſanitatem plura neceſſaria ſunt infirmo q̄ ſano. ſ. medicamenta. ergo licet fides & opera ad ſalutem ſufficere poſſent ante peccatum, tamen poſt peccatum oportuit addi medicamenta, ergo ſacramenta. Pręterea. Tanto efficacior eſt medicina ſpiritualis, quāto infirmus ad eam deuotius afficitur. ſed ſpiritus in corpore ad ſpiritualia i corporalibus magis afficitur q̄ ad pure ſpiritualia. ergo talem fuit vtile eſſe medicinam. ſed huiuſmodi ſunt ſacramenta. ergo. Reſpond. Dicendum ꝙ gratia donorum, & virtutum in hoc differt a gratia ſacramentorum, ꝙ prima eſt ad perfectionem, & expeditionem potētiarum reſpectu

In alio ſcrip. in hic. 3. ꝑ. q. 61. art. 1. 0. 3. c. tra. c. 1. li. 4. c. 5. ſi. et. c. 5.

ſpectu ipſorum actuum, ſecunda vero eſt ad curationem morbi, ſiue ad integrationem potentiarum, propter vulnerationem ipſarum per peccatum. Quia ergo curatio morbi, & reintegratio potentiarum neceſſaria eſt, iō poſt peccatum neceſſarium fuit inſtitui ſacramenta, vt in elementis corporalibus gratiam curationis homo quæreret ex quibus occaſionem morbi accepit. Ad primum quod obiicitur de creatione: Dicendum, ꝙ non eſt ſimile, quia creatio eſt de nihilo, & iō in creando non poteſt eſſe diſpoſitio ad creationē. Sed recreatio eſt prius exiſtētis, et ideo poteſt eſſe diſpoſitio in recreato. Vnde q̄uis Deus ſine medio creet, tamen in recreatione pōt aliquod medium diſponens interuenire, & huiuſmodi ſunt ſacramenta quæ ſunt cauſæ diſponentes ad gratiam. Ad ſecundum dicendum ꝙ homo morbum peccati incurrit ſe ſubiiciendo rebus terrenis propter ipſas: ſed econtrario curatur ſubiiciēdo ſe eis propter Deum. Ad tertium, ꝙ quāto magis arctata eſt via ad ſanitatem &c. dicendum, ꝙ verum eſſet, ſi plures viæ eſſent ita efficaces, & expeditæ, & bonæ ſicut vna. Sed non eſt ſic in propoſito, quia ſacramenta valent ad debilitationē fomitis, & ad remiſſionem pœnæ, vel pro toto, vel pro parte.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q. 60. art. 5. 6. 7. 0.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ſacramenta no. le. non conſiſtant in rebus & verbis: Ex duobus enim quæ non poſſunt coniungi non poteſt aliquid vnum fieri. ſed res & verba non poſſunt coniungi. ergo non poteſt ex eis vnum ſacramentum fieri. Præterea. Sicut in ſacramentis requiruntur verba, ita facta quædā, vt dicit Hugo in litera de ſacramentis. ſed facta non ponuntur de integritate ſacramenti. ergo nec verba debēt poni. Præterea. Pœnitentia, & matrimonium ſunt quædā ſacramenta. ſed de integritate eorum non ſunt verba aliqua. ergo non eſt verum de omnibus ſacramentis, ꝙ cōſiſtant in rebus & verbis. Contra. Medicina debet proportionari morbo. ſed morbus peccati hominē quantum ad animam & corpus infecerat. g̃ in medicina debet eſſe aliquid ad corpus, & aliquid ad animam pertinens. oportet ergo eſſe rem corporalem, & vocem ſignificatiuam, & ſic in ſacramento, cum ſit quædā medicina contra peccati mobum inſtituta, & res, & verba oportet eſſe. Præterea. Sacramenta ex naturali ſimilitudine repræſentant, ſecundum Hug. cum g̃ repræſentent ea quæ geſta ſunt circa authorem ſuum .ſ. Chriſtum, in quo fuit verbum vnitum rei ſenſibili. ſ. carni, in ſacramentis debet eſſe res, & verbum. Reſpon. Dicendum ꝙ commune eſt omnibus ſacramentis ꝙ conſiſtant in rebus ſenſibilibus inuiſibilē gratiā ſignificantibus, ſed ſpeciale eſt ſacramentis no. le. ꝙ conſiſtant etiam in verbis, triplici rōne. Vna eſt ex parte cauſæ, vt .ſ. pfectius repræſentent authorem ſuum, in quo fuit vnio verbi & carnis. Altera eſt ex parte ſigni, quia expreſſiora debent eſſe ſigna, q̄to propinquiora ſunt ſignatis. Huiuſmodi ſūt aūt verba, quæ iter ſigna obtinent principatum, vt dicit Auguſt. in lib. de doctri. chriſtiana. Tertia eſt ex parte virtutis ſacramenti, quia habet efficaciam ratione ſignificationis: Sanctificatio vero creaturæ fit per verbum Dei, & orationem, vt dicitur primæ Timo. 4. Ad primum quod opponitur de duobus quæ non poſſunt coniungi: Dicendum ꝙ q̄uis nō

poſſit ex ſeparatis fieri vnum vnitate abſoluta in eſſendo, poteſt tamen ſecundum quid fieri vnum vnitate relatiua per comparationem ad aliquid vnum.ſ.in cauſando, vel ſignãdo, ſicut pater & mater ſunt vnum principium completum generationis: Sacramentum vero vnum dicitur, non vnitate abſoluta, ſed relatiua in ſignificando vnum, & cauſando. Ad ſecundum de factis, Dicendum ꝙ facta non pertinent ad eſſentiam ſicut res & verba, ſed ad vſum ſacramenti. Vel dicendum ꝙ facta continentur ſub rebus. Ad tertium de pœnitentia & matrimonio, dicendum ꝙ matrimonium, ſecundum ꝙ eſt in officium, & pœnitentia, ſecundum ꝙ eſt virtus, nõ habent aliquam formam verborum, ſed ſecundum ꝙ vtrũq; eſt ſacramentum in diſpenſatione miniſtrorum eccleſiæ conſiſtens, vtrũq; habet aliqua verba, ſicut in matrimonio ſunt quædam de præſenti exprimentia conſenſum, & benedictiones ab eccleſia inſtitutę: in pœnitentia autem eſt abſolutio ſacerdotis verbotenus facta. Vel dicendum, quòd in his, vt ſacramenta ſunt, requiruntur aliqua ſigna loco verborum.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 62. art. 1. o. 4. cõtra. c. 57. et. 74. de ver. q. 27. arti. 4. o. quol. 12. ar. 15.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſacramenta nouæ legis non ſint cauſa gratiæ: Dicit enim Bernar. in ſermone de cęna domini. Sicut inueſtitur canonicus per librum, Abbas per baculum, Epiſcopus per anulum, ſic diuiſiões gratiarum ſunt diuerſis traditę ſacramẽtis. ſed liber non cauſat canonicum, nec anulus epiſcopatum. ergo nec ſacramenta gratiam. Pręterea. Nobilius eſt agens patiente, ſecundum Auguſt. 12. ſuper Gen. & Ariſto. 3. de anima, & cauſa dignior ē effectu. ſed tam anima rõalis quàm grã pręualent ſenſibilibus elementis. ergo ſacramentũ quod eſt materiale elementum, nõ poteſt agere in animam ad cauſandã gratiam. Præterea. Sacramenta nõ cauſant gratiam in anima per modũ influentię, quia ſic facerent ipſam, nec iterum educunt eam de potentia materiæ, quia gratia non eſt in potentia materiæ. ergo nullo modo gratiam cauſant. Pręterea. Nihil agit effectũ ſpirituale, niſi per aliquam ſpirituale virtutem. ſed in ſacramẽtis non eſt aliqua ſpiritualis virtus, cum ſint materialia elementa. ergo videtur ꝙ ſacramentum non ſit cauſa gratiæ. Contra. Auguſt. dicit. Aqua baptiſmatis corpus tangit, & cor abluit. ſed cor non abluitur niſi per gratiam. ergo ſacramenta no. le. gratiam cauſant. Præterea. Quãuis ſcientia ſit res ſpiritualis, tamen ſignum exterius, vt doctrina, poteſt eſſe cauſa ſcientię in anima. ergo, a ſimili, quãuis gratia ſit res ſpiritualis, tamen ſignum exterius poteſt eſſe cauſa gratiæ in anima. Reſpond. Circa hoc duæ ſunt opiniones: Quidam enim dicunt ꝙ non ex virtute aliqua quæ ſit in ſacramentis, ſed per modum cuiuſdam pactionis & ordinationis, virtute diuina eis aſſiſtente, ſunt cauſa gratiæ: Deus enim ſic ordinauit ꝙ illi ſic infunderet gratiam qui ſe ſubiiceret ſacramento, ſicut denarius plũbeus dicitur eſſe cauſa collationis centum librarum, quia Rex ſic ordinauit vt habenti talem denarium darentur centum libræ. Sed contra hoc eſt ꝙ ſecundum hæc, ſacramenta non eſſent cauſa gratiæ, ſed ſignum gratiæ conferendæ ſuſcipienti ſacramentum, ſicut nec denarius plumbeus eſt cauſa, ſed ſignum tãtum collationis centum librarum.

vnd

Vnde hæc poſitio eſt directe contra dicta ſanctorum dicentium, ꝙ ſacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant, & Auguſt. dicentem. Quæ eſt tanta vis aquæ, vt cor abluat: Et ideo alii dicũt ꝙ duplex eſt cauſa gratiæ. Vna principalis, quæ cauſat & efficit gratiam. Alia miniſterialis, quæ diſponit ad gratiam, & ſic ſacramentum, vt eſt inſtrumentum diuinæ miſericordiæ, eſt cauſa gratiæ, quia inſtrumẽtaliter cauſat diſpoſitionem neceſſariã, quantum eſt de ſe, vt characterem, vel aliquem ornatum animæ ad gratiã agẽdo in corpus naturali actione, vt puta abluẽdo vel tergendo, ſicut etiam quodlibet aliud inſtrumentum ad actionis principalis agentis effectũ peruenit actione naturali. Ad primum Bernar. dicendum ꝙ ſimilitudo attenditur q̃tum ad figurationem eorũ de quibus loquitur, ſed nõ quantum ad cauſalitatem. Ad illud ꝙ nobilius eſt agens patiẽte, & cauſa ſuo effectu, dicendum, ꝙ verum eſt, inquantum agens, nõ tamen ſimpliciter, ſicut ferrum, inquãtum agit in corpus humanum, nobilius eſt eo, non tamen ſimpliciter. Propoſitio autem ſecunda veritatem habet de cauſa principali, non de inſtrumentali. Ad tertium, Aut ſacramẽta influunt vel educunt gratiam, dicendum ꝙ cauſant non influendo, ſed diſponendo vt dicantur gratiam influere ſicut influunt inſtrumenta aliquam formam, quia per ea Deus gratiam influit, vt in corpore dictum eſt.

In alio ſcrip. vt hic. prĩa ſecũdæ. q. 103. ar. 2 o. 3. p. q. 62. art. 6.

Articulus quintus.

AD quintum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſacramẽta veteris legis iuſtificabant: Dicit enim Hug. in libro de ſacramentis. Sacramentorũ autem alia fuerunt ante legẽ, alia ſub lege, alia ſub gratia, ſpecie quidẽ differentia, ſed eundem effectum ſanctificationis habentia. ergo iuſtificabant. Pręterea. Dicimus in canone, Reſpicere digneris, & accepta habere ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel. cum ergo ita placeat ſacrificium vt faciat nos placentes, & ſic Deo placuit ſacrificiũ Abel, ſequitur, a ſimili, ꝙ legis ſacrificia Deo placuerint & per conſequẽs homines iuſtos fecerint. Præterea. Impoſſibile eſt ſine gratia ſatisfacere. ſed ſacramenta veteris legis erant ſatisfactoria, vnde pro diuerſis peccatis diuerſa ſacrificia iniungebantur, vt patet in lib. Leui. 2. ergo gratiam cõferebant. Sed cõtra. Heb. 10. dicitur. Impoſſibile eſt ſanguine hircorum, & taurorum auferri peccata. ſed gratia tollit peccatum. ergo antiqua ſacramenta gratiam non conferebant. Præterea. Eſaię primo. Holocauſta nolui. glo. Præterito vtens, oſtendit ſe ſacrificia Iudęorum, nunquã amaſſe. ergo non iuſtificabant. Reſpon. In ſacramentis legalibus duo eſt reperire. ſ. opus operans. i. vſum ſacramẽti, & opus operatum. i. ipſum ſacramẽtum. Vtrum autem iuſtificarent quo ad hæc duo, vel alterum illorum, triplex legitur opinio. Vna Hug. de ſancto Vict. ꝙ vtroq; modo iuſtificabãt, & quo ad opus operans per modum meriti, quando fiebant ex charitate, & quo ad opus operatum per modum ſacramenti, inquantum erant ſigna Chriſti, & ſacramentorum eius. Vnde eorum ſuſceptio erat quædam Chriſti profeſſio, & ideo mediantibus noſtris ſacramẽtis directe & indirecte habebant iuſtificare. Sed hæc opinio contrariatur dictis ſanctorum, qui dicunt ꝙ lex erat occaſio mortis, inquã tum oſtendebat peccatum, & gratiam adiutricẽ non conferebat: Nec differt

vtrum eam directe vel indirecte conferrent. Secunda autem opinio contraria huic eſt opinio magiſtri dicentis, ꝙ nec quo ad opus operans, nec quo ad opus operatum gratiam conferebant, eo ꝙ opus operans erat inſtitutum in onus, non in meritum, & opus operatum in ſignum, non in cauſam. Sed contra hoc eſt, ꝙ actus virtutis, ſi ſit gratia iformatus, eſt meritorius. Vnde opus operans in his ſacramentis, cum eſſet actus virtutis .i. latriæ, quia exhibitione talium ſacramentorum Deus colebatur, ſi erat gratia informatus erat meritorius, iō tertia opinio communis dicit, ꝙ iuſtificabant quo ad opus operãs per modum meriti, non quo ad opus operatum per modum ſacramenti. Ad primum de Hugo. Dicendum ꝙ opinio eius fuit illa quã nos non ſequimur. Ad ſecundum de canone dicendum ꝙ petimus vt placeat ſimiliter quo ad deuotionem ſanctificationis, non quo ad efficaciam ſacrificii. Ad tertium ꝙ erant ſatisfactoria, Dicendum ꝙ verum eſt quo ad opus operans, nō quo ad opus operatum.

Fuit tamē inter illa.

Quæſtio ſecunda.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrū ante circūciſionē paruuli ſaluarentur in fide informi parentum.

Secundo an ſufficeret fides ſine aliquo exteriori ſigno.

Tertio de neceſſitate inſtitutionis circūciſionis.

Quarto de effectu circūciſionis.

Articulus primus,

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ ante circūciſionē paruuli in fide informi parentum nō potuerint ſaluari: Fides enim iformis eſt mortua, vt dicit. Ia. ſed quod mortuum eſt, nec ſibi, nec alteri prodeſt. ergo nec fides informis ſubiecto proprio, vel alieno prodeſt. Præterea. Quod Deo non placet, neminem iuſtificat. ſed fides informis Deo nō placet. ergo neminem iuſtificat. Præterea. Efficacior eſt charitas ꝙ̃ fides. ſed charitas aliena nunꝙ̃ ſufficit ad meritum. ergo nec fides ad iuſtificationem. Contra. Nunquam poteſt conſtare de fide formata patris. ğ ſi illa requirebatur, nunquam poterat cōſtare de ſalute paruuli, quod eſt inconueniens. Præterea. Peccatum actuale parentis non debet nocere paruulo. noceret autem, ſi fides parentis efficaciam ſaluandi paruulū perderet ex peccato adiuncto. ğ non perdit, ſed ſaluat. Reſpon. Fides operatur ad ſubiectum, & ad obiectū. Ex parte ſubiecti non habebat fides virtutem ſaluandi paruulum, ſed ex parte obiecti, cum virtus ſubiecti particularis ſit, & determinata ad vnum, virtus autem obiecti, quod Deus eſt, vniuerſalis & infinita. Cum autem informitas inſit fidei ex parte ſubiecti, non tamen ex parte obiecti, informitas fidei non tollebat fidei virtutem ſaluandi paruulum. Ad primum ꝙ fides informis mortua eſt, Dicendum ꝙ quãuis ſit mortua quo ad meritum de condigno, non tamen de cōgruo. Vel quãuis ſit mortua quo ad ſubiectum proprium, non tamen quo ad obiectum. Ad ſecundum, fides informis Deo non placet, Dicendum ꝙ falſum eſt: Nam fides informis, cum ſit a Deo, placet tanquã meritoria ex congruo, & vt diſponens ad charitatem, ſed non ex condigno. Ad tertium dicendum ꝙ ſecus eſt de fide & charitate: Nam fides eſt primum per quod homo

3.p.q.70 arti.4.ad ſm.

homo Deo coniungitur, & ipſa fides
cum ſit in cognitione reſpicit ſuũ ob
iectum in quadam vniuerſalitate: ſed
charitas in relatione ad propriũ ſub
iectum, ſecundum ꝙ affectus tendit in
proprium bonum.

Articulus ſecundus.

Vbi ſup. AD ſecundum ſic proceditur, &
videtur quod paruulis non ſuffi
ceret fides ſine ſigno exteriori:
Non enim erat fides tunc maioris vir
tutis q̃ modo. ſed modo non ſufficit
ſaluare paruulum fides ſine exterio
ri ſigno. ergo nec tunc. Præterea.
Si ſola fides ſufficiebat tunc, paruuli
nati de fidelibus non poterant dãna
ri. ſed modo, & tempore legis dãnari
poſſunt. ergo peioris cõditionis ſunt
nunc q̃ tunc. Præterea. Actus fi
dei interior ęque ſe poteſt extende
re ad iam natos & conceptos. ergo ſi
non requirebatur aliquod ſignum ex
terius circa paruulos, æque bene po
terat ſaluari paruulus conceptus per
motum fidei intrinſecũ, ſicut iam na
tus. Contra. Sola fides paruu
lis ſufficiebat, ſecundum Grego. non
ergo requirebatur aliquod ſacramen
tum vel ſignum. Pręterea. Hugo.
dicit ꝙ tempore legis naturæ nõ fue
runt aliqua ſacramẽta in præcepto.
ſed ſine eo quod non eſt in pręcepto
eſt ſalus, & cum originali nõ eſt ſalus.
ergo ſola fide ſine aliquo ſacramẽto
poterat tolli originale, & ſalus eſſe.
Reſpond. Circa hæc eſt duplex opi
nio. Vna dicentium ꝙ nunquam ſuffi
ciebat fides ſine exteriori ſigno, i quo
eſſet fidei profeſſio. Sed paruulis ſuffi
ciebat fides aliqua, & aliena profeſſio,
adultis propria. Sed quia non vi
detur conſonare verbis Greg. in lite
ra poſitis, ideo alii probabilius di
cunt ꝙ cum ad remedium originalis
nulla ſigna vel ſacramenta forent ad
huc inſtituta, ſufficiebat profeſſio fi
dei directa ad ſalutem paruuli in ſolo
motu interiori, ſine vl.o exteriori.
Ad primum ḡ, nõ minoris efficaciæ
erat fides, Dicendum ꝙ hoc nõ cõue
nit propter minorẽ efficaciam fidei,
ſed propter obligationem ad plura,
ſine quorum obſeruantia non eſt ſa
lus. Ad ſecundum ꝙ peioris condi
tionis ſunt nunc quàm tunc, Dicẽdũ
ꝙ verum eſt quantũ ad aliquid, quia
illi tunc facilius curabantur, ſed ſim
pliciter melioris cõditionis ſũt nũc,
quia in baptiſmo multo maior datur
gratia q̃ tunc, & eſt modo maior cer
titudo ſalutis. Ad tertium de par
uulo concepto, dicendum ꝙ puer ad 3.p.q.68.
huc in vtero matris exiſtens, quantũ ar.11. o.
ad humanam cognitionem pertinet, & contra
non habet eſſe diſtinctũ a matre, & io Caiet ibi
per actum hominis gratiam conſequi dem.
non poteſt, nec nunc vt mundetur ab
originali per baptiſmum, nec tunc vt
mundaretur per fidem parentum.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & vi
detur ꝙ non fuerit neceſſarium
circũciſionem dari: Sapientis. n. In alio
eſt facere aliquid quanto breuius po ſcrip. vt
teſt. ſed per fidem ſufficienter origina hic. pria.
le purgabatur in lege naturæ. ergo ſecundæ.
non oportuit in remedium origina q.102.ar.
lis circũciſionem dari. Præterea. 5.c.et; ad
Peccato originali non debetur pęna pri. 3.p.
ſenſibilis. ergo non congruit ei medi q.70.art.
cina pęnalis, & ſic nec circũciſio. 1.o. Ro.
Præterea. Infirmo debili nõ debet 2.l.2.et.4
dari medicina grauis. ergo paruulis
dari non debuit medicina circũciſio
nis. Contra. Contraria contra
riis curãtur. ergo morbo qui per de
lectationem generatiuę contrahitur
congrue applicatur medicina inferẽs
dolorem membro generationis.
Præterea. Circunciſio eſt ſignaculũ

fidei, quę eſt in præputio patris noſtri Abrahę. Ro. 4. Sed conueniens fuit illam fidem ſignari, cuius nos oportet omnes imitatores exiſtere. ergo congruit circūciſionem dari. Reſpon. Circūciſiōis inſtitutionis duplex fuit cauſa. Vna expreſſa ſignatio ablationis originalis, vt ſicut explicatio fidei creſcebat ſecundum proceſſum tēporis, ita creſceret diſtincta ſignatio ſacramētalium ſignorum. Hanc autem circūciſio repręſentat q̃tum ad quatuor. Primo quantum ad membrum generationis in quo fiebat, per quam originale transfunditur. Secundo q̃tum ad figuram circularem in qua ſignatur circulus qui eſt in proceſſu originalis infectionis, ſecūdum quòd perſona corrumpit naturam, & natura perſonam. Tertio quantum ad pœnam quæ erat in circūſione cōtra delectationem concupiſcentiæ, in qua præcipue viget fomitis virtus. Quarto q̃tū ad ſanguinis effuſionē in quo ſignatur paſſio Chriſti per quā ꝓ originali ſatisfaciendum erat, & quantū ad hāc virtutem diffinitur circūciſio, quòd eſt ſignaculum curatiōis ab originali. Secunda cauſa fuit diſtinctio fidelis proprie ab infideli, propter fidem eius cui data fuit circunciſio. ſ. Abrahę, & quantum ad hāc vtilitatē diffinitur a Damaſce. Circūciſio eſt ſignum determinans Iſrael a gentibus cum quibus conuerſabatur. Ad primum ꝙ breuius erat remedium in lege naturę, dicendum quòd verum eſt, ſed non vtilius, quia & ſi morbum tollebat, non tamen notificabat. Ad ſecundum de pœna ſenſibili, dicendū quòd intelligitur hoc de pœna æterna, quæ eſt inutilis ad ſalutem ſuam, non de temporali, quæ eſt vtilis.

Ad tertium de infirmo debili, dicendum ꝙ eſt grauitas importabilis quæ non debet imponi infirmo, & eſt grauitas tolerabilis quæ poteſt imponi & debet, ratione annexę vtilitatis, qa non imponitur vt pœna, ſed vt medicina.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ in circūciſione non cōferatur gratia: In ſacramēto. n. æque vel amplius ſe extendit ratio ſignandi q̃ efficiendi. ſed ratio ſignandi in circūciſione ſolum eſt in ablatione, non in collatione. ergo & ratio efficiendi. ergo ſolum aufert originale, & non confert gratiam. Preterea. Baptiſmus non amplius nūc facit niſi quòd aufert culpam, & confert gratiam. ſi ergo hoc ipſum circūciſio faciebat, baptiſmus in nullo circūciſionem excedit. Præterea. Ad Ro. 4. vbi Apoſtolus ait, Signaculū iuſtitiæ fidei dicit glo. In circūciſione tantum peccata remittebantur, & nō dabatur gratia. Contra. Tenebra nō expellitur niſi per lucis introductionem. ſed circūſio tenebram ſpiritualē .i. culpam expellebat. ergo lucem ſpiritualem .i. gratiam introducebat. Præterea. Beda dicit quòd idem remedium conferebat circūciſio cōtra onus peccati originalis quod cōfert baptiſmus, qui ianuam regni cęleſtis aperit. ſed baptiſmus gratiam cōfert, & non ſolum culpam aufert. ergo circūciſio idem facit. Reſpon. Circa hoc quadruplex legitur opinio. Vna dicentium quòd circūciſio tollebat peccatum, ſed non conferebatur ibi gratia. Sed contra eſt. Nam ſi decedebat ſtatim poſt circūciſionem paruulus, aut ibat in īfernum ſine culpa aut in paradiſum ſine gratia, quorum neutrum dicendum eſt. Alia eſt dicētium ꝙ tollebatur culpa, & ibi conferebatur gratia, nō per vim circūciſionis,

In alio ſcrip. vt hic q̃ſtiuncula. ſcda 3. p. q. 70 ar. 4. o.

nis,ſed ſolo beneplacito diuino. Sed contra eſt q̄d non tollitur culpa niſi per gratiā. Quod ḡ tollit culpā oportet q̄ conferat gratiam per quā tollit culpam. Altera eſt dicentium quòd tollit culpam,& cōfert gratiam quo ad effectus gratiæ priuatiuos, vt priuare peccato,& huiuſmodi, non poſitiuos. Sed contra hoc eſt q̄ non poteſt eſſe gratia ſine effectu,qui eſt facere gratum Deo,& dignum vita æterna. Hic vero effectus poſitiuus eſt, nō priuatiuus:Et ideo aliorum verior ē opinio dicentium quòd dabat grām quantum ad effectus priuatiuos culpæ & reatus,& quantū ad effectus gratię poſitiuos,ſicut ordinare animā,& habilitare potentias ad agendum, & huiuſmodi,quāuis gratia baptiſmalis hoc perfectius facit, quia gratia baptiſmalis reprimit concupiſcentiam vt non ſit difficile contra eam agere, ad quod nō ſufficiebat gratia per circūciſionem collata. Ad primum,Nō extendit ſe amplius ratio ſignandi in ſacramento quàm efficiendi: Dicendum quòd hoc verum eſt quātum ad effectum ſacramenti principalem, & non ſecundarium. Circūciſionis autē pricipalis effectus eſt remotio culpę, ſed ex conſequenti collatio gratiæ. Ad ſecundum quod obiicitur de baptiſmo,dicendum quod amplior gratia datur in baptiſmo,vt dictum eſt. Ad tertium de glo,dicēdum quod cōferebatur gratia ex intentione, non principali ſed ſecundaria,quia circūciſionis ſignatio eſt in auferēdo,& nō in conferendo.

De ver.q. 28.art.2.

Diſtin. Secunda.

Iam ad ſacramenta

nouę legis &c.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo de tempore inſtitutiōis ſacramentorum nouę legis.

Secundo de numero ſacramentorū.

Tertio vtrum baptiſmus Io. fuerit ſacramentum.

Quarto vtrum baptizati baptiſmo Io. fuerint rebaptizandi baptiſmo Chriſti.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur quod ante lapſum debuiſſent inſtitui ſacramenta: Quia.n.diabolus peccauit irremediabiliter,ideo cum ipſo fuit creatus locus ſuæ pœnę,ergo quia homo remediabiliter, ideo cum ipſo debuit inſtitui eius remedium.ſed eius remedia ſunt ſacramenta.ergo ſimul cum creatione hominis debuerunt inſtitui ſacramenta. Ad idem,Matrimonium,quod minus habet de efficacia, ante lapſum fuit inſtitutum.ergo ſimiliter & cętera ſacramenta cum plus habeant de efficacia. Pręterea. Videtur quòd tempore legis naturæ ſtatim poſt caſum debuerint inſtitui. Ex quo enim eſt morbus,debet eſſe medicina. cum ergo omnia ſacramenta no.le. ſint quędam medicinæ peccatorū,ex quo peccata fuerunt,debuerunt eſſe ſacramēta. Pręterea. Videtur quòd tempore legis moſaicæ.Sacramenta iſta inſtituta ſunt ad eruditionem,exercitationem,& habilitationem.ſed iſtis indigebat homo maxime illo tēpore. ergo debuerunt inſtitui. Præterea. Videtur quòd ſemper eadem ſacramenta debuerunt inſtitui, quia idem eſt inſtitutor.ſ. Chriſtus, idē morbus contra quem ſunt inſtituta.ſ.peccatū ab eodem habent efficaciam.ſ. a paſſione Chriſti,& eadem virtute.ſ.fidei. ergo ſacramēta ſemper ſunt eadem.

In alio ſcript. d. 1.q.1.ar. 2. quęſtiūcula. 1.3. p.q.61.arti. 2.o.

In alio ſcript. vt hic.q.1.arti.4. quæſtiūcula.1 3.p.q.61. ar.3.o.

Reſpon. Sacramenta no. leg. ſunt. inſtituta in remedium contra morbũ ſpiritualem. Ad curam autem morbi ſpiritualis exiguntur ad minus tria: Duo ex parte infirmi.ſ. cognitio infirmitatis, & cognitio impotentiæ propriæ vt quęratur medicus. Tertia ex parte medici, cognitio videlicet eius potẽtiæ. Cum ergo tempore legis naturæ nõdum cognoſceretur morbus, vnde bene ob eius cognitionem inſtituta eſt lex, tempore autem legis ſcriptę & ſi cognitus eſt morbus nondum cognita erat hominis impotẽtia: dicebat enim ꝙ nõ deerat qui faceret, ſed qui præciperet, ideo poſt hæc tempora in aduentu medici debuerunt medici ſacramenta gratiam cõferentia inſtitui a quo habent efficaciam. Ad primum, cum Diabolo paratus eſt locus ſuæ pœnę, Dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia facilius permittit ſe cadere qui videt medicinam præparatam ante morbum. Pœna autem a culpa detinet, ideo bonum fuit tũc inſtituere pœnam, non tamen medicinam. Ad ſecundum de matrimonio, dicendum quòd nõ eſt ſimile de eo & de reliquis ſacramentis, quia ſacramẽta inſtituta ſunt in remedium, in quo matrimonium communicat cum aliis ſacramentis, tamen ante lapſum inſtitutum eſt in officium naturæ. Ad tertium, ex quo morbus eſt, Dicendum ꝙ ſemper fuit medicina, non tamẽ medicina perfecta, ſed ſufficiens pro ſtatu morbi, & infirmi. Ad quartum, ꝙ his ad quæ inſtituta ſunt ſacramenta tempore legis moſaicę indigebat homo, Dicendum ꝙ non tantum ad hoc ſed ad gratiæ collationem ſacramenta no. le. valent, & ſic ſunt medicina. Medicina autem non debet inſtitui niſi aſſit cognitio infirmitatis, & impotentiæ infirmi, & potentiæ medici, vt dictum eſt. Ad quintum, Idẽ eſt inſtitutor &c. Dicendum ꝙ non ſequitur, quia ſapiens inſtitutor inſtituit vnicuiq; conuenientia tempori ſacra ſm ꝙ oportet ſimpliciter, licet interſit morbus, non tamen ſimpliciter cognitus, licet etiã ab eodem habeant virtutem.ſ. a paſſione, quę nũc eſt exhibita, ſed tunc erat promiſſa.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter aſſignentur ſeptem ſacramenta: Sacramenta enim efficaciam habent a paſſione Chriſti. ſed paſſio Chriſti ſufficienter operatur in euchariſtia, in cuius cõmemorationem offertur, vt patet Matth. 26. ergo non debuit eſſe aliud ſacramentum. Præterea. Lex noua minus habet de figuris q̃ lex vetus vel naturæ. ſed lex naturæ habebat tantum tria ſacramẽta.ſ. oblationes, decimas, & ſacrificia, vt dicit Hugo. de ſanct. Vict. In leg. etiam vet. non erat aliquod ſacramentum reſpondens cõfirmationi, & extremæ vnctioni. ergo nõ debẽt eſſe tot ſacramenta. Sed contra videtur ꝙ deant eſſe plura: Eſt enim vnum ſacramentũ contra peccatum originale.ſ. baptiſmus, aliud contra actuale mortale.ſ. pœnitentia. ergo ẽt debet eſſe aliud contra veniale. Præterea. Sacramenta magis ordinantur contra defectus ſpirituales q̃ corporales. eſt autẽ aliquod ſacramentum contra pœnã corporalem.ſ. extrema vnctio. ergo debet eſſe aliquod ſpecialiter contra pœnam ſpiritualem. Pręterea. Sacramenta ad ſanctificandum ordinantur. ſed multæ aliæ ſunt ſanctificationes quæ inter illa ſeptem nõ computantur, ſicut patet de conſecratione aquę benedictæ, templi, altaris, & aliorum huiuſmodi. ergo ſunt plura quam

In alio ſcrip. vt hic .13. p. q. 65. art. 1. o. 4. cõtra. c. 58.

quàm ſeptem ſacramenta. Reſpō. Dicendum ꝙ numerus ſacramentorū ſic accipi poteſt: Sacramenta enim ordinantur contra defectus qui in nobis ſunt ex peccato, ad quod ordinantur dupliciter. Vno modo auferendo cauſam defectus. ſ. peccatum, vel impediēdo ne fiat, ad quod ordinatur matrimonium, vel expiādo iam factum, & ſic contra originale ordinatur baptiſmus, contra actuale pœnitentia. Alio modo ordinantur contra defectum ſupplendo id quod deeſt ad perfectionem. Eſt autem duplex perfectio. Vna in ordine ad operationem, & ad hanc ordinatur ordo, quantum ad executionem bonorum, confirmatio vero q̄tum ad perpeſſionem malorum: Per ordinē enim redditur homo idoneus diſpenſator ſacramentorum, & per cōfirmationem fortis confeſſor Chriſti nominis inter aduerſa. Alia perfectio eſt in ordine ad finem, & ad hanc ordinatur extrema vnctio, reſpectu finis intra: per eam enim præparamur ad gloriam reſurrectionis, & eucharistia reſpectu finis extra, quia per eam Chriſto capiti vnimur. Poteſt & aliter accipi, quia ſacramentum ordinatur, vel contra culpam, vel contra pœnam. Secundū quoſdā cōtra culpā originalē baptiſmus, cōtra mortalē pnia, cōtra venialē extrema vnctio. Contra pœnam infirmitatis confirmatio, malitiæ eucharistia, ignorantiæ ordo, concupiſcentiæ matrimonium. Ad primum ergo dicendum quòd eucharistia quāuis totum Chriſtū contineat, & ſit paſſionis memoriale, non tamen ordinatur ad omnes effectus paſſionis, ſed ad principalem, qui eſt vniri Chriſto.

Vnde alia ſacramenta requirūtur ad eam vt diſpoſitiones quædam. Ad ſecundum dicendum ꝙ in lege naturæ non erant ita ſigna expreſſa, ſicut in no. lege. Vnde non erant diſtincta ſecundum determinatos effectus gratię, ſed in quadam generalitate: Sic enim per ſacrificia figurabatur Chriſti paſſio, per oblationes, patiētis charitas qua paſſioni ſe obtulit, per decimas, paſſionis neceſſitas, quia in eis ſignatur imperfectio noſtra quæ indiget perfici a Chriſto. In ve. tamen leg. fuerunt plurimæ figuræ vt imperfectę, non tamen confirmationis & extremæ vnctionis propter hoc quòd in eis perfectio requiritur gratiæ, quę leg. ve. non competebat. Ad tertiū dicendum ꝙ quidam dicunt aliqua ſacramenta in remedium venialis dari, ſicut eucharistiam, & extremā vnctionem. Sed hoc non videtur cōueniēs, quia non exiſtentibus venialibus adhuc prædicta ſacramenta neceſſaria eſſent: Et ideo dicendum quòd pœnitentia ordinatur contra omne actuale, tam mortale, quàm veniale. Ad quartum dicendum ꝙ ſacramentum non datur contra pœnam principaliter, ſed ſecundaria intentione. Ideo ibi datur contra illam pœnam quæ ex peccato immediate conſequitur, & ad peccátum inclinat, non autem ad ea quæ pro peccato infligitur. Vnde extrema vnctio per prius reſpicit ſpiritualem pœnam quàm corporalem. Ad quintum dicendum quòd aqua benedicta non ordinatur directe in remedium, ſed magis ad remouendum prohibens. ſ. poteſtatem inimici. Sanctificationes vero aliæ, de quibus obiectio tangit, ordinātur ad ſacramentum eucharistiæ. Vnde magis ſunt ſacramentalia q̄ ſacrm.

In alio ſcrip. vt hic. art. 1. quęſtiūcu lis. 2. et. 3. o.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ar ti. 1.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ baptiſmus Io. non fuerit ſacramentum. Ioā. n. 3. vbi dr, Erat

Ioan.baptizans,&c.dicit glo. Quantum catecumenis nondum baptizatis prodeſt doctrina fidei,tantum profuit baptiſmus Ioan. ante baptiſmum Chriſti. ſed catechiſmus eſt ſacramentale,non ſacramentum. ergo baptiſmus Ioan. non erat ſacramentum,ſed ſacramentale. Præterea. Omne ſacramētum eſt alicuius legis. ſed baptiſmus Ioan.non fuit ſacramētum ve.le.quia terminata fuit in Ioā. ſecundum illud Matth.11.Lex & prophetæ vſq; ad Io.nec fuit ſacramentū no.le.quia non fuit inſtitutū a Chriſto. ergo non fuit ſacramentum. Præterea. Omne ſacramentum no. legis gratiam cauſat. ſed baptiſmus Io.gratiam non conferebat.ergo nō eſt ſacramentum no. leg. Nec iterum ve.leg.quia in ve.leg.non fuit inſtitutum.ergo nullo modo eſt ſacramentum. Contra. Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum. ſed baptiſmus Io.erat ſignum baptiſmi Chriſti.ergo & ſacramentum. Præterea. Auguſt.dicit. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum.ſed in baptiſmo Ioan. accedebat verbum ad elemētū aquę: Baptizabat enim in nomine venturi, vt dicitur Act. 19. ergo baptiſmus eius fuit ſacramentum. Reſpon. Sacramentum poteſt accipi dupliciter.ſ.aut cōmuniter prout dicitur ſacræ rei ſignum,aut proprie prout dicitur ſignum ſacræ rei & cauſa. Primo modo baptiſmus Ioā. ſacramentum fuit.i.ſignum baptiſmi Chriſti. Secundo modo non. Hoc autem ſacramentum erat quodāmodo mediū inter ſacramenta vet.& no. leg. ſicut diſpoſitio quodāmodo media eſt inter priuationem & formam, quia viā præparabat ad baptiſmum Chriſti. Conueniebat enim quodammodo cū ſacramentis ve.leg.in hoc quòd erat ſignum tantum cum ſacramentis no. leg.in materia,& quodāmodo in forma,quia dabatur in nomine venturi. Ad primum de catechiſmo, dicendū ꝙ non eſt ſimile, quia ſacramentalia manent cum ipſis ſacramentis quoꝝ ſunt diſpōnes, & poſteriora ſunt inſtitutione,licet priora executione,ſed baptiſmus Ioā.nō ſic ſe habuit ad baptiſmum Chriſti,& ideo fuit ſacramētum per ſe. Ad ſecundum, Omne ſacramentum eſt alicuius legis: Dicendum ꝙ ſicut diſpoſitio formæ reducitur ad genus formæ ad quam diſponit,ita baptiſmus Ioā. reducitur ad ſacramenta no.leg.ad quæ diſponebat. 3.p.q.38 arti.1.ad primum. Ad tertium dicendum ꝙ baptiſmus Ioā.gratiam non conferebat,qa per ipſum non fiebat aliquid qđ non eſſet ab homine tantum,a quo gratia dari non poteſt: Erat enim ablutio, per quam ipſe Ioā.aſſuefaciebat homines ad ritum baptiſmi Chriſti, ideo non erat completum ſacramentū,ſed diſpoſitio quædam ad ſacrm Chriſti. 3.p.q.33. ar.3.o.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ baptizati baptiſmo Ioā.non erant rebaptizandi baptiſmo Chriſti:Hiero. ſuper Iohel. dicit. Baptizati a Ioan. in nomine venturi, qa dixerūt neq; ſi Spiritusſanctus eſt audiuimus. iterum baptizati ſunt. ſed ſi hæc eſt cauſa ſufficiens cum multi audiuiſſent qa Spiritusſanctus eſt illi multi non erant rebaptizandi. Præterea. Act.8.dicitur quòd Apoſtoli in Samariam venientes illos qui baptizati erant in nomine Ieſu non baptizabant, ſed tantum manus imponebant. cum ergo baptiſmus Ioan.in nomine Ieſu fuit ſine collatione Spiritusſancti datus, videtur quòd baptizati baptiſmo Ioan.non rebaptizabantur. Præterea. In ſacramen-

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q.33, art. 6. o.q.66 ar.9.

tis

tis quod datur non eſt iterandum,ſed quòd omittitur eſt ſupplendum.ergo in baptizatis baptiſmo Ioã.nõ oportebat ablutionẽ exteriorem iterari, ſed tantum Spiritusſancti dationem ſuppleri. hoc autem fiebat p manuũ impoſitionem.ergo non oportebat iterum baptizari,ſed tantum manuũ impoſitione confirmari. Contra. Auguſt. ſuper Ioã.dicit. Dedit Iudas baptiſmum,& non eſt baptizatũ poſt Iudam.Dedit Ioan.& baptizatum eſt poſt Io.ergo poſt baptiſmum Ioã. eſt baptizandus baptiſmo Chriſti. Præterea. Character baptiſmalis eſt fundamentum omnium ſacramentorum.ergo nullum ſacramentũ poteſt accipi niſi poſt ſuſceptum baptiſmi ſacramentum,& ita confirmationem debite ſuſcipere non poterant illi qui tantum a Ioã.baptizati erant. Reſpond. Circa hæc fuit duplex opinio.Vna quòd baptiſmus Ioan.in nomine Chriſti ſuſceptus cũ fide Trinitatis,& impoſitione manuum ęquipollebat baptiſmo Chriſti, quæ videtur fuiſſe opinio magiſtri. Altera eſt verior quòd baptiſmus Ioã.cum nunquam imprimeret characterẽ,qui eſt de neceſſitate ſalutis,nec gratiam cõferret, baptiſmo Chriſti nunquã ęquipollebat,ſed tãtum ad Chriſti baptiſmum pręparabat,quo ſuſcepto nihilominus baptiſmum Chriſti ſuſcipere oportebat. Ad primum de Hiero. Dicendum quod Hiero. non poſuit totam cauſam ſed partem: Cauſa enim erat multiplex. Vna quia non habebant fidem Trinitatis, Spiritumſanctum ignorantes. Altera qa non erant baptizati in nomine Trinitatis.Tertia quia non habebant impreſſionem characteris. Ad ſecundum de Samaritanis,Dicendum ꝙ baptizati erant baptiſmo Chriſti, quia in nomine domini Ieſu: Hæc enim fuit forma baptiſmi in principio ſuæ inſtitutionis:Baptiſmus vero Ioã.fiebat in nomine venturi: Dicuntur tamen Spiritumſanctum nondum recepiſſe ad iſtum effectum ad quem recipitur in confirmatione. Ad tertiũ de ſacramentis non iterandis, Dicendum quòd hoc intelligitur quãdo id quod ſuſcipitur eſt aliquid ſacramenti percipiendi,ſed ablutio quę fiebat in baptiſmo Ioã.non erat aliquid baptiſmi Chriſti,ſed alia erat Chriſti ablutio quæ fiebat in Chriſti baptiſmo.

Diſtin. Tertia.

Poſt hæc videndũ eſt &c.

Quęſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.
Primo quid ſit baptiſmus.
Secundo de forma ipſius.
Tertio de materia eius.
Quarto de ceſſatione circũſionis, & aliorum legalium.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter ſit aſſignata diffinitio baptiſmi quæ in litera ponitur.ſ. Baptiſmus eſt ablutio corporis exterior facta ſub forma pręſcripta verborũ: Secundum enim Hugo.de ſanct.Vict. Sacramentum eſt materiale elementum,ablutio autem non eſt materiale elementum,ſed elemẽti vſus.ergo baptiſmus,cum ſit ſacramentum, nõ eſt ablutio. Præterea. Manente diffinito manet diffinitio. ſed trãſeunte ablutione manet baptiſmus.ergo nõ eſt ablutio. Præterea. Ante baptiſmũ requiritur imerſio:Sic.n.per baptiſmum cõfiguramur ſepulturę Chriſti, vt dicitur Ro.6.ergo baptiſmus non

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q.66.art. 1.0.4.cõtra.c.59.

eſt ablutio, ſed magis immerſio. Præterea. Ablutio in qualibet parte corporis fieri ꝑôt. Si ergo baptiſmus eſſet ablutio ſine alicuius partis determinatiõe, ſequeretur quòd qualibet parte pueri nata poſſet puer baptizari, quod a quibuſdam non côceditur. Præterea. In baptiſmo fit triplex immerſio. ſi ergo baptiſmus eſt ablutio ſiue immerſio, videtur ꝙ non ſit vnus baptiſmus, ſed plures.

Reſpon. Dicendum ꝙ circa hoc videtur eſſe diuerſitas inter magiſtrum ſententiarum, & Hug. de ſanct. Vict. Hugo enim videtur ponere ipſa elementa eſſe ſacramenta, vtpûta aquã conſecratam, & alia huiuſmodi, Magiſter autè videtur ponere ipſum vſum elementorum eſſe ſacramentum. Primum autem non eſt verum, niſi in ſacramento euchariſtiæ, quod realiter continet rem viuentem in qua eſt gratia. ſ. Chriſtum. Alia vero ſacramẽta ſolummodo ad rem viuentem applicantur. ſ. ad hominem qui gratiam recipit: De ratione enim ſacramẽti eſt vt gratiam côtineat, & cauſet, ſignificãdo: Nec tamen ipſe vſus elementi complete habet rationem ſacramenti, qa multi poſſunt exterius ablui qui tamen non baptizantur, puta ſi deſit intentio quæ refert ſacramẽtum ad effectum. Sic ergo ea quæ ſunt in baptiſmo, hñt hûc ordinem, vt ipſum elemẽtum ſit materia reſpectu formæ per quam ſanctificatur, & hæc duo ſint materia reſpectu vſus per quem ſacramentum ad hominem applicatur, & hæc tria ſint materialia reſpectu intentionis per quam ſacramẽtum efficitur. Sic ergo magiſter diffinit baptiſmum materialiter tangens materiam, & formam, & vſum, prætermittens intentionem, vt per ſe patet. Ad primum ergo dicendum ꝙ Hug. ſimpliciter ſacramẽtum materialiter diffinit, ſed per materiam magis remotam, Vnde dictum magiſtri eſt conuenientius. Ad ſecundum dicendum ꝙ licet ablutio exterior tranſeat, quæ eſt tantum ſacramentum, manet tamen character interius, qui eſt res & ſacramentum, ratione cuius dicitur baptiſmus manere. Ad tertium dicendum ꝙ immerſio non eſt de neceſſitate baptiſmi, ſed ablutio quocunq; modo, vel per aſperſionem vł immerſionem, & ideo ſine imerſione poteſt baptiſmus celebrari, quando cõſuetudo patitur eccleſiæ, vel neceſſitas incumbit, ſiue propter penuriam aquę, ſiue propter infirmitatem baptizãdi, ſiue propter impotentiam baptizantis: Et quocunque modo fiat ablutio, ſeruatur aliqua ſimilitudo ſepulturæ, inquãtum corpus ponitur ſub aqua vel ſecundum totum, vel ſecundum partem. Ad quartũ dicẽdũ ꝙ qa a capite oẽs operationes animales principium habent, ideo debet baptiſmi ablutio fieri in capite, quãuis ſi neceſſitas immineret poſſet in alio membro fieri, vel in puero non pfecte nato, vel in quocunq; alio. Ad quintum dicendum ꝙ trina immerſio congruit in baptiſmo ad exprimendum fidem Trinitatis, & triduum dominicæ ſepulturæ, non tamẽ eſt de neceſſitate baptiſmi, quia non ſignificat aliquem baptiſmi effectum, & ideo ſi contra conſuetudinem eccleſiæ omittatur, graue peccatum eſt, nihilominus eſt baptiſmus.

Cum vero ſeruatur trina immerſio eſt vnus baptiſmus, quia eſt vna ablutio quæ in vltima immerſione perficitur & non in prima, quia de eſt intentio baptizantis, qui non intendit in prima immerſione totum facere.

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q.66. art. 5. o. 1. Cor. c. 1. l. 2.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ integritas formę baptiſmalis non cōſiſtat in his verbis, Ego te baptizo in nomine Patris & Filii, & Spirituſſancti amen, quia Ioā. 1. dicitur. Hic eſt qui baptizat. non ergo debet dici ex perſona miniſtri, ego te baptizo, & præcipue cum græci hanc formam ſeruent, Baptizetur ſeruus Chriſti &c. Præterea. Ad eum qui non intelligit non debet ſermo dirigi. ſed baptizandus quandoq; non intelligit. ergo non debet dici, ego te baptizo . ſed baptizetur v.g. Nicolaus. Præterea. Baptiſmus a paſſione Chriſti efficaciam habet. ergo in forma baptiſmi potius debet fieri mentio de Chriſto paſſo q̄ de Trinitate, vt diceretur, Ego te baptizo in nomine Chriſti, præcipue cū Apoſtoli ſic baptizaſſe legantur. Præterea. Verba in forma baptiſmi non tenentur materialiter, ſed ſignificatiue, quia non inquantum ſonant ſed inquantum credūtur verba ſacramenta ſanctificant, vt dicitur in glo. Rom. 10. ſed genitor idem ſignificat quod Pater, & genitus quod Filius, & paracletus idē quod Spiritusſanctus. ergo ſub iſtis nominibus poteſt fieri baptiſmus, ſicut & ſub primis, & ſic prima non ſunt de neceſſitate baptiſmi. Præterea. Qui credit Patrem, credit & Filium. ſed verbo ſanctificatur ſacramentum, inquātum creditur, ſicut in litera dicitur. ergo ſi nominetur vna perſona, & aliæ taceātur, plenum erit baptiſma. Præterea. Ad formam poteſt aliquid addi, ſicut hoc quod dicitur, amen. ergo & aliquid diminui poteſt. Item quęritur ſi interpoſitio vel tranſpoſitio verborum prædictorum impediat ſacramenta. Reſpond. Dicendum ꝙ in forma baptiſmi, aliqua ſunt de neceſſitate ſacramenti, vt expreſſio actus baptiſmalis per quē determinatur materia, & deſignatur intentio, & expreſſio Trinitatis a qua primo ſacramentum efficaciam habet. Quædā vero ſunt quæ non ſunt de neceſſitate formę, ſicut hoc qd additur, amen, & vt quidam dicunt, hoc quod additur, ego, quod additur ad maiorē expreſſionem intentionis. Vnde nec tutum eſt vt remoueatur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ principale agens ſignificatur in Trinitatis inuocatiōe: Et ideo oportebat vt deſignaretur ēt miniſter ſacramenti quantum ad actū exteriorē, quod fit cū dicitur, ego te baptizo. Chriſtus aūt agit vt principale agens. Sed vtrū expreſſio perſonæ miniſtri, quæ fit ſecundum nos, ſit de neceſſitate baptiſmi apud quoſdā dubium eſt. Probabilius tamē dici poteſt ꝙ non ſit, ne cogamur totam græcorum eccleſiam abſq; baptiſmo ponere, qui perſonam nō exprimunt baptizātis, quod dicitur ſanctorum patrum conſilio factum cōtra errorem eorum qui in baptizantis ꝑſona ſpē ponebant, de quo habetur 1. Cor. 1. Ad ſecundum dicendum ꝙ verba formæ non proferuntur cauſa ſignificationis tantum, ſed magis cauſa efficiēdi. Vnde proferuntur ad non intelligentem in quo efficaciam habere poſſunt. Ad tertium dicendum quòd paſſio Chriſti operatur in baptiſmo ſicut cauſa ſecundaria, Trinitas autē ſicut cauſa prima, cui magis eſt actio attribuenda. Apoſtoli vero baptizauerūt in nomine Chriſti conſilio Spirituſſancti ad hoc vt nomen Chriſti venerabile redderetur. Ad quartū dicendum ꝙ genitor, cum ſit nomen verbale, non ſignificat perſonam vt hypoſtaſim ſubſiſtētem, ſed magis per

modum actus. Vnde ſi dicatur in nomine genitoris, & geniti, non erit baptiſmus, & ſimiliter quęcunq; alia nomina ponãtur præter ea quibus principaliter in vnaquaq; lingua perſonę diuinę ſigñantur. Circa mutationem vero formę generaliter ſciendum eſt ꝙ tribus modis fieri contingit. Vno modo totaliter quantum ad ſignificationem, quando dictio pro dictione ponitur, & tunc nõ eſt baptiſmus, quia determinatis verbis Deus efficaciam tribuit. Secundo quãtum ad ſignificationem, & ſic erit baptiſmus, ſi ſeruetur principalis ſignificatio formę, alias non. Vnde dicitur eſſe baptiſmus ſi dicatur, Ego baptizo vos, nõ autem ſi dicatur, Nos baptizamus te, tum quia nõ ſeruatur vnitas miniſtri, qui requiritur ad vnitatem ſacramenti, tum quia ly vos, eſt idem quod te, & te, nos autem non eſt idem quod ego, & ego, ſed idem quod ego, & tu, vel ego, & ille. Tertio per corruptionem, & tunc dr̃ ꝙ corruptio in principio dictionis corrũpit formã, qa mutat ſigñationẽ, nõ aũt corruptio circa finem dictionis, ſi fiat ex ignorãtia vl' defectu linguę: Secus autem eſſet ſi fieret ex induſtria, quia non intenderet facere quod facit eccleſia. Ad quintum dicendum ꝙ ſi ſubtrahatur aliquid quod ſit de ſubſtantia formę, nõ eſt baptiſmus. Vnde ſi vna perſona tãtum nominetur, baptiſmus non erit: oportet enim fidem eccleſiæ ĩ forma exterius exprimere, quia voces non tenentur tantum ſignificatiue, ſed effectiue. Verbum autem Ambro. intelligitur, in caſu: quãdo vna perſona nominata ſacerdos vel puer moritur: Tunc enim inuiſibilis ſacerdos creditur ſupplere defectum. Ad ſextum dicẽdum ꝙ additio dupliciter poteſt corrumpere formam. Vno modo ſi addatur quaſi exiſtens de forma: Sic enim addens non intenderet facere quod facit eccleſia. Alio modo ſi adderetur contrarium fidei, ſicut in nomine Patris maioris, &c. vt Arriani faciebant. Aliter additio formam nõ corrumpit. Ad ſeptimum dicendũ ꝙ ordo varians intellectũ formæ corrumpit formam, vt ſi dicatur, In nomine Pr̃is baptizo te, & Filii, & Spiritusſancti. Non autem ſi intellectus nõ mutetur, vt ſi dicatur, In nomine Pr̃is & Filii, & Spũſſancti baptizo te, & ſil'r ſi fiat interruptio tanta quæ intellectum auferat formę, non erit baptiſmus, alias erit.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ baptiſmus non debeat fieri in aqua. Rom. 6. Conſepulti ſumus cũ illo .i. Chriſto per baptiſmum. baptiſmus igitur repræſentat ſepulturam Chriſti. ſed eius ſepultura fuit in terra. ergo & baptiſmus debet fieri in terra. Pręterea. Apoca. 1. dr̃ de Chr̃o. Lauit nos a pec. no. in ſan. ſuo. ſed baptiſmus ſignificat hanc lotionẽ. ergo debet fieri in ſanguine. Pręterea. Baptiſmus, ſecundum Damaſce. eſt principium vitę ſpiritualis. vita vero maxime conſiſtit in calido & humido. aer igitur, cum ſit calidus & humidus, maxime cõuenit ad ſignificationem ſpiritualis vitę, igitur baptiſmus maxime debet fieri in aere. Con. Io. 3. dicitur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto non poteſt introire in regnum Dei. Præterea Reparatio debet creationi reſpondere. Sed in creatione mundi Spiritus domini ferebatur ſup aquas, vt dicitur, Gẽn. 1. ergo in reparatione debet dari in aqua. Iuxta hoc quæritur an poſſit fieri baptiſmus in aqua permixta. Reſpon. Dicendum ꝙ baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis,

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q. 66. art. 3. o. 4. cõtra. c. 59. Io. c. 3.

tis,& omnibus cõmune,ideo inſtitutũ eſt in aqua,quę omnibus eſt cõmunis, & de facili poteſt haberi. Item fit in aqua propter conuenientiam conditionum aquæ cum gratia quæ datur in baptiſmo,quia in aqua eſt diaphaneitas,quę eſt diſpoſitio ad ſuſceptionem luminis, ſic baptiſmus diſponit ad ſuſceptionem gratiæ. Item aqua lauat ſordes corporis,ſimiliter gratia in baptiſmo collata ſordes mentis. Item aqua refrigerat carnem,ſic gratia baptiſmalis concupiſcentiæ ardorem. Ad primum de terra, dicendũ ꝙ per qualitates terræ non ſignificatur gratia quæ confertur in baptiſmo,cum ipſa ſit mundans,terra autẽ ſit fex elementorum,ſed per qualitates aquæ ſic. Vnde quãuis in terra & aqua ſignificetur ſepultura dominica,tamẽ cõuenientius fit baptiſmus in aqua. Ad ſecundum de ſanguine, dicendum ꝙ non ita conuenienter ſignificat effectum gratiæ ſiue lotionẽ illam,quia potius inquinat corporaliter q̃ lauet. Ad tertium de vita ſpirituali dicendum ꝙ baptiſmus eſt principium vitæ ſecũdario,ſed primo & principaliter munditiæ quæ ſignificatur per lotionem aquę ad quam vita ſpiritualis conſequitur. Ad ſecũdam quęſtionem dicendum ꝙ mixtio aquæ dupliciter poteſt fieri. Aut tanta quæ non tollit ſpeciem, ſed accidẽtaliter alterat, & in omni tali poteſt fieri baptiſmus. Aut tanta quæ ſoluit ſpeciem,& in alteram ſpeciem alterãdo trãſmutat,& in tali aqua non poteſt fieri baptiſmus.

In alio ſcript. vt hic.d.1.arti.5.q̃ſtiũcula.1. et. 2 quol.2. art.8.c.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ baptiſmo inſtituto, circũciſio & alia legalia non ceſſauerint: Baptiſmus enim ante paſſionẽ videtur inſtitutus quia Dominus tactu carnis ſuæ vim regeneratiuam cõtulit aquis,quod factum eſt ante paſſionem,& ſimiliter ante paſſionem dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aq̃ &c. Ioan.3. Legalia autem ante paſſionẽ non ceſſauerũt,vt ſancti dicunt. ergo poſt baptiſmi inſtitutionem circũciſio,& alia legalia non ceſſauerunt. Pręterea. Æternum eſt quod nullo fine clauditur. ſed circũciſio data eſt in fędus ęternum,ſicut dicitur Geneſi.17. ergo ceſſare non debuit. Præterea. Tempore gratiæ quædam legalia obſeruabantur,ſic patet Act. 16. de Paulo qui circũcidit Timo. ergo adhuc ſeruari deberet. Præterea. Ad ſeruanda præcepta no. teſta. tenemur. ſed quædam præcepta Apoſtolorum fuerunt de quibuſdam legalibus ſeruandis. Vnde dicitur Act.15. Viſum eſt Spirituiſancto,& nobis vt abſtineatis ab imolatis ſimulachrorũ, & ſanguine,& ſuffocatis. ergo ſaltem ad iſta ſeruanda tenemur. Sed contra. Ad Gal.5. dicitur. Si circũcidimini Chriſtus nihil vobis proderit, & ita circuncíſio,& alia legalia ceſſauerunt. Præterea. Veniente veritate debet ceſſare figura. ſed legalia fuerunt figura Chriſti,& ſacramentorum eius. Col.ii. Quæ ſunt vmbra futurorum corpus autem Chriſti. ergo veniẽte Chriſto,& eius ſacramentis, legalia ceſſauerunt. Reſpond. Dicendum ꝙ circũciſio,& alia legalia conſiderari poſſunt quantum ad duo. ſ. quantũ ad effectum,& quãtum ad vſum. Quãtum ad effectũ ceſſauerunt in ipſa paſſione Chriſti in qua impletę ſunt omnes figurę vete. teſta.& ideo dicuntur a paſſione Chriſti mortua fuiſſe,quaſi effectum non habentia. Sed de vſu eſt differentia inter Auguſt.& Hiero. Nã Auguſt. dicit ꝙ poſt paſſionem Chriſti ante tempus euangelii diuulgati

manſerunt quantum ad vſum, ſed nō
quantum ad effectum, ne lex tāquam
idololatria abiiceretur: Poſt diuulga-
tionem vero euangelii ceſſauerunt, &
quantum ad effectum, & quantum ad
vſum. Vnde inter paſſionem Chriſti,
& euangelii diuulgationem fuerunt
mortua, & non mortifera, poſtea ve-
ro, & mortua, & mortifera. Secūdum
Hiero. vero ſtatim poſt paſſionē Chri
ſti ceſſauerunt, & quantum ad effectū,
& quantum ad vſum, vt eſſent & mor
tua & mortifera omnibus obſeruanti
bus. Apoſtoli tamen quadam pia ſi-
mulatione diſpēſatorie obſeruare vi
debantur, vt ſe Iudęis conformantes
eos lucrifacerent: Sententia tñ Aug.
ꝓbabilior eſt, & cōmuniter tenetur.
Ad primum ergo dicendum ꝙ multi
plex fuit baptiſmi inſtitutio. Primo
quantum ad materiam in baptiſmo
Chriſti. Secundo q̃tum ad neceſſitatis
declarationem, Ioan. 3. vbi dixit. Niſi
quis renatus fuerit &c. Tertio quantū
ad vſum in Iudæis quando miſit diſci
pulos ad prædicandum & baptizan-
dum. Matth. 10. Quarto quantum ad
efficaciam in Chriſti paſſione. Quinto
quantum ad eius diuulgationem in
gentes poſt reſurrectionem, Matth. vl
Prima ſecundę .q. 103. ar. 3. ad primū 4. contra. c. 57. prima ſecundę .q. 103. ar. 4. pri. ſ ni. ti. Ad ſecundum dicendū ꝙ æternum
accipitur ibi pro ſæculo qd habet fi-
nem, ſed nobis indeterminatum. Vel
dicitur circūciſio in fędus ęternū ra-
tione ſignificati. Ad tertium dicē
dum ꝙ ſecundum Augu. Apoſtoli ve
re & licite legalia obſeruabant ante
diuulgationem euangelii, quia ex Iu-
dęis erant. Vnde & Pau. circūcidit Ti
mo. qui erat filius Iudæę, Act. 16. Titū
vero qui omnino gentilis erat, nō eſt
cōpulſus circūcidere, vt habetur Gal.
2. Secundum Hiero. vero non obſer-
uabant, ex veritate, ſed quaſi ex pia
ibi. ad ter. quadam ſimulatione. Ad quartum
dicendum ꝙ quidam dixerunt præce
ptum Apoſtolorum ad literam intel
ligendum eſſe, & vſq; nunc obligare.
Sed hoc eſt contra ſententiam Pauli,
Rom. 14. vbi dicit ꝙ nihil eſt cōmune
.i. immundum per Chriſtum niſi ei q
exiſtimat aliquid eē cōmune: Et ideo
alii dixerunt ꝙ intelligendum eſt my
ſtice de prohibitione homicidii, & ſuf
focatione violentiæ. Sed hoc eſt con
tra Hierony. qui ad literam exponit,
Ezech. 18. Et primo quantum ad my
ſterium ſimiliter omnia legalia præci
pi potuiſſent: Et ideo aliter dicēdum
ſecundum alios ꝙ epiſtola Apoſtolo-
rum non erat præceptoria ſimplici-
ter, ſed erat quędam prouiſio ad con
ſeruationem pacis & cōmunis vitę in-
ter Iudęos, & Gentiles, & ideo prohi
buerunt fornicationem quaſi per ſe
malum, quod gentiles nō reputabāt,
idolothytum ad remouendum ſuſpi-
tionem idololatrię, ſanguinem & ſuf-
focatum, propter hoc ꝙ Iudęis ex diſ
ſuetudine erant abhominabilia.

Diſtin. Quarta.

Hic dicēdū eſt etc.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrū baptiſmus imprimat cha
racterem.
Secūdo vtrū tollat culpam, & pęnā.
Tertio vtrum cauſet gratiam, & præ
cipue in pueris.
Quarto vtrum effectus baptiſmi poſ-
ſit suppleri per baptiſmum ſangui
nis & flaminis.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & vi
detur ꝙ baptiſmus characterem
in anima non imprimat. In ani-
ma enim, vt dicit Philoſophus in 2. In alio
Ethi. non ſunt niſi tria. ſ. potentiæ, ſcrip. vt
paſſiones,

hic. 3. p. q. 63. art. 1. o. paſſiones,& habitus.ſed character nō eſt potentia,quia non ineſt omnibus a natura,nec paſſio,quia ſecundū ipſum nihil patividemur,nec gaudium, nec dolorem,nec ſpem,nec timorem, nec habitus,quia ſcdm ipſum nihil agimus, habitus autem eſt quo quis agit cum voluerit.ergo &c. Præterea. Quicquid eſt in anima,aut eſt in aliqua potentiarum eius,aut in eſſentia,ſicut in ſubiecto. ſed character ſi eſt in anima per baptiſmū eſt in pluribus potentiis,quia imago ſecūdum quam homo configuratur Deo p characterem,plures potentias colligit,ergo character non imprimitur in anima per baptiſmum. Præterea. Sicut per baptiſmum diſtinguitur baptizatus a non baptizato,ita & p qdlibet ſacramētū diſtinguitur recipiēs a non recipiente.ſed quædā ſacra characterem non imprimunt,vt extrema vnctio,& euchariſtia.ergo nec baptiſmus. Con. Aug.in lib.de bap. paruulorum dicit. Character diuinitus cum ouis errans ad Chriſtianam vnionem rediens ab errore liberatur agnoſcitur,non improbatur. ergo in baptiſmo per quem ad chriſtianā vnitatem perducimur character permanens imprimitur. Præterea. In eodem. Characterem quidem multi lupi imprimunt qui videntur eſſe intus. Verumtamen ad ouile Domini non pertinere morum ſuorum fructibus cognoſcūtur.ergo in ſacramentis malorum miniſtrorū eccleſiæ character imprimitur. Reſpon. Dicendum ꝙ omnes concedunt characterem ab aliquibus ſacramētis in anima imprimi,& importare relationem, cum ſit ſignum diſtinctiuum,& cōfiguratiuū. Differunt tamē in hoc,ꝙ quidam ponunt iſtis relationibus non ſubeſſe aliquod accidens abſolutum,ſed immediate in anima fundari iſtas relatiōes. Sed quia de natura relationis eſt vt ſemper fundetur in aliquo alio genere entis, vt vult Philoſophus, iō alii dicunt ꝙ fundantur tales relationes ſuper qualitate. Hæc autem qualitas, ſecundum quoſdam,eſt in quarta ſpecie. Sed hoc non poteſt eſſe, quia figura in ſpiritualibus non niſi metaphorice dicitur,Et ideo alii dicunt ꝙ eſt in tertia ſpecie, quia infert quādam paſſionem animæ,inquantum eam ornat, & decorat. Sed hoc eſt contra Philoſophum in 7.phi. qui tertiā ſpeciem qualitatis ſolum in parte animę ſenſitiua ponit:Nec iterum poteſt dici,vt alii dicūt,ꝙ ſit in prima ſpecie, quia habitus diſponit ad operādum bene vel male, non autem character, ſed ad operādum aliquid ſpūale ſimpliciter,& ideo reducitur ad ſecundā ſpeciem qualitatis:Eſt enim quędā ſpiritualis potentia data ad cōmunicandos actus ſpirituales, ſicut potentia corporalis,ad corporale. Et ſicut habitus infuſi reducuntur in eādem ſpeciem cū habitibus innatis, ita hęc potētia ad eādē cum potentia naturali. Ad primum qd opponitur in contrarium,dicendum ꝙ qualitas ſuper quā fundatur relatio characteris eſt in ſecunda ſpecie qualitatis:Reducitur.n. potētia infuſa ad eādem ſpeciem qualitatis cum naturali potētia,ſicut habitus infuſus ad eādem ſpeciem cum innato. Ad ſecundum dicendum 3.p.q.63. ar.4.c. ꝙ characteris ſubiectum eſt potentia animæ,non eſſentia,eo ꝙ ad aliquam operationem ordinatur. Reſpicit autem plures potentias,ſed non æqualiter,ſed vnam per prius.ſ.intellectiuā, ſicut & rō imaginis ab ea deriuatur. Ad tertium dicendum ꝙ non omnia 3.p.q.63. ar.1.o. ſacramenta imprimunt characterem, ſed illa tantum quibus homo manci-

patur ad aliquod ſacrum ſpirituale exercendum, quia ad hoc requiritur aliqua ſpiritualis poteſtas: Et iō character imprimitur in baptiſmo, per quem homo fit potens ſuſcipere euchariſtiam, & alia ſacramenta, & in ordine per quem homo ſacramentorū fit diſpenſator, & in confirmatione p quam homo inſtituitur quaſi pugil Chriſti ad confitendum Chriſtum corā perſequutoribus, ſi ſit opus.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. 'o. 3. p. q. 69. arti. 1. 2. 3. 'o. 4. contra c. 59. 7 2. Ro. 11. le. 4.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ baptiſmus nō tollat omnem culpam & pœnam: Baptiſmus enim non tollit actualem culpam, niſi aſſit contritio, quia nullus arbiter ſuæ vo'untatis conſtitutus, in quo ſolum poteſt eſſe actualis culpa, poteſt inchoare nouam vitam niſi pœniteat eum veteris vitæ, vt dicit Aug. in litera. contr tio autem per ſe ſine baptiſmo delet culpam actualem. ergo baptiſmus nihil facit ad deletionē culpæ actualis. Præterea. Vitium voluntatis humanæ non poteſt diuinum effectum impedire. ſi ergo baptiſmus eſſet a Deo ordinatus ad culpæ deletionem, non poſſet per fictionem voluntatis impediri, quod falſum eſt. Præterea. Aliquis qui eſt in propoſito peccandi non poteſt conſequi pec cati remiſſionem. ſed cōtingit aliquē, cum baptizatur in propoſito peccandi venialiter remanere. ergo prædicti peccati non poteſt conſequi remiſſionem. Præterea. Videtur ꝙ non tollat omnem pœnam temporalem debitam actuali peccato, quia, ſicut Auguſt. dicit, peccatum aut homo punit, aut Deus. ſi ergo homo in ſeipſo non puniat peccatum quod cōmiſit, a Deo punitur, & ita per baptiſmum actualis peccati pœna non tollitur. Contra. Roma. 11. vbi dicitur Sine pœnitentia ſunt dona Dei, dicit glo. Gratia Dei in baptiſmo non requirit gemitum, neq; planctum, neq; aliquid huiuſmodi, ſed omnia gratis condonat. ergo tollit omnem pœnā. Præterea. Quod tollat omne peccatum actuale. Dicit Aug. in enchi. Baptizati non vni tantum peccato, ſed multis magis, aut omnibus moriūtur quæcunq; iam propria commiſerunt, vel cogitatione, vel locutione, vel opere. ſed hæc omnia ſunt actualia peccata. ergo &c. Reſpon. Cum baptiſmus ſit principium vitæ ſpiritualis tam gratiæ q̄ gloriæ, ſcdm Dama. omne illud tollit quod retardat vel excludit a vita: Et ideo tā peccatum originale quàm actuale mortale aufert, quia excludit a vita, & veniale quātum eſt de ſe, quia retardat a vita gl'iæ. Sed pp indiſpoſitionem ſubiecti aliquando illud non tollit, cum poſſit ſtare cum gratia baptiſmali. Pœna autem eſt triplex. Quædam æterna, quæ omnino excludit a vita, & ideo hanc tollit. Quædam eſt tēporalis quam homo meruit per peccatum, quod retardat a vita, vnde poſt mortem i purgatorio pro eo homo punitur, ideo etiam hanc tollit. Quædam vero temporalis contracta quā homo naſcendo contrahit. Hæc a vita, nec retardat, nec excludit morientem, nec hāc ſtatim baptiſmus tollit, quia non opponitur effectui eius. Tollit autem eam cauſaliter, in quantum eſt cauſa gloriæ, in qua omnis pœnalitas auferetur. Ad primum, Sine contritione non poteſt deleri culpa actualis in baptiſmo, dicendum ꝙ contritionem peccati nō requirit baptiſmus, vt cauſam ad deſtructionem peccati actualis, quaſi ad hoc de ſe ſit inſufficiens, ſed ſolum ad remouendā fictionem, quæ eſt contraria diſpoſi- 3. p. q. 68. arti. 6. ad tertium.

tio impediens effectum eius,& tamen ipſa contritio non poteſt iuſtificare ſine baptiſmo, ſaltem in propoſito exiſtente. Ad ſecundum dicendũ ꝙ
3.p.q.69. ar.9.c.10. c.et.q.63 ar.9.o. Deus operatur in rebus ſecundum earum conditionem. Vnde in voluntatem effectum non inducit cogendo: Et ideo ſi aliquis habeat voluntatem repugnantem ſacramento, non recipit characterem: Si autem habet voluntatem repugnãtem gratiæ ſed nõ ſacramento, recipit characterem, ſed non gratiam per quã culpa remittitur,& talis dicitur fictus, quia oſtendit ſe gratiam velle, ſaltem dum ſacramẽtum ſuſcipit, quã tamen nõ vult. Sed hęc fictio non eſt ſpeciale peccatum, niſi ſpecialiter oſtentatio intẽdatur. Recedẽte autem fictione, virtute characteris, baptiſmus ſuum effectum cõſequitur. Ad tertium. Peccatum veniale non remittitur exiſtenti in ꝓpoſito ipſius in baptiſmo, dicendum ꝙ hoc non eſt ratione gratiæ baptiſmalis, cum quantum eſt de ſe, remoueat omne retardans a vita ſpirituali, ſed eſt ex indiſpoſitione ſubiecti.

Ad quartum, Peccatum aut homo punit aut Deus, dicendum ꝙ per pœnam quã Chriſtus ſubſtinuit, cui homo incorporatur per baptiſmum punitur peccatum baptizati. vnde Eſai. 53.dr. Poſuit Deus in eo iniquitatẽ omniũ noſtrum.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur,& videtur ꝙ per baptiſmum nõ cõferantur pueris gratia, & virtu-
In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ar.2.3..p. q.69. art. 4.o. tes. Dicit enim Auguſt. in lib. de paruulorum baptiſmo. Paruulos fideles facit, non fides quę conſiſtit in credentium voluntate, ſed fidei ſacramentũ. ſed fides, quę eſt virtus conſiſtit in credentium voluntate. ergo paruuli baptizati non habent fidei virtutem. Præterea. Nullus effectum baptiſmi ſuſcipit, niſi ſecundum Chriſti ordinationem baptiſmum ſuſcipiat. ſic autẽ paruuli non ſuſcipiunt, cum non credant. Dicitur. ii. Mar. vlti. Qui cred. & baptizatus fuerit ſaluus erit. ergo virtutes in baptiſmo non conſequũtur. Pręterea. Sicut pueri nõ habent lib. ar. ita nec amentes, vel dormientes. ſed in amentibus non videtur baptiſmus effectum habere, cum quandoq; repugnent, nec in dormientibus, cum ſomnus ſit dimidium vitę ſecundum Philoſophum. ergo nec in pueris. Pręterea. Si aliquid de nouo recipiatur in aliquo, oportet ꝙ recipiens & influens alio modo ſe habeant nunc ꝗ prius. ſed anima pueri baptizati non alio modo ſe habet dum baptizatur ꝗ prius, cum proprio motu lib. arbi. careat, nec Deus qui eſt influens gratiam & virtutes. ergo pueri in baptiſmo gratiam & virtutes non recipiunt. Con. Fidei in via ſuccedit viſio in patria, ſpei tentio, ſiue compręhenſio,& charitas vtrobiq; manet. ſed & ſi paruuli decederent ſtatim poſt. baptiſmum, viderent Deum in patria, haberent, & diligerent. ergo in via habuerũt fidẽ, ſpem,& charitatem. Præterea. Aug. dicit. Fides datur,& nutritur in baptiſmo: datur quantum ad paruulos, nutritur quantum ad adultos.

Reſpond. Circa hæc eſt triplex opinio: Quidam enim dixerunt ꝙ pueris in baptiſmo virtutes non dantur, ſed ſolum ab originali peccato mundantur. Sed contra hoc eſt ꝙ ſi puer poſt baptiſmum moreretur non ſaluaretur, cum non ſit ſalus ſine virtute & gratia: Et ideo alii dicunt ꝙ pueris in baptiſmo dantur virtutes, nõ in ſeipſis, ſed in radice ſua. ſ. gratia. Sed quando ſoluũtur potentiæ, perfectis

organis effluunt virtutes in ipſas ab eſſentia gratiæ. Sed contra hoc eſt quia ligatio potentiarum non impedit habitum, ſed actum: Dormientes enim & vinoléti habẽt habitus, ſed ligatos: Et ideo alii melius dicũt ꝙ pueris in baptiſmo dantur gratia & virtutes, ſed habitus illi ligati ſũt propter pueritiam. Pueritia autem diſcedẽte, inclinant ad bene operãdum, niſi aliquis Spirituiſancto reſiſtat. Ad primum de Auguſt. Dicendum quod loquitur de fide actuali quæ in pueris eſſe non poteſt. Ad ſecundum dicẽdum ꝙ gratia Dei nulli indigenti debet denegari: Et quia pueri indigent, vtpote originale peccatum habẽtes, debent baptizari, & quàm citius commode fieri poteſt, tum propter mortis periculum, tum propter nocumẽta dęmonum vitanda, tum propter vſum ſpiritualium acquirẽdum, qui maxime valet quando eſt a pueritia. Nec hoc eſt contra ordinationem domini, quia pueri quãuis non credant actu, credunt tamen habitu. Ad tertium dicendum ꝙ de amẽtibus, & dormientibus diſtinguẽdum eſt, quia aut ab initio natiuitatis cõtinue in amentia fuerunt, & tunc de talibus idem iudicium eſt qd de pueris. Aut in amentiam poſt ſanam mentem inciderũt, vel etiam habent lucida interualla, & tunc ſi quando ſani fuerunt, vel quando habẽt lucida interualla baptiſmũ voluerunt, poſſunt tempore amentię baptizari, ſi neceſſitas requirat, & ſic ſacramentum, & rem ſacramenti recipiunt: Si aũt contradixerunt, nõ ſunt baptizãdi, & ſi baptizãtur, nec ſacrm nec rem ſacramenti recipiunt: Et ſil'r dormientes non ſunt baptizandi, niſi periculum mortis immineat, & tunc ſi baptizentur iudicandum eſt de effectu baptiſmi ſecũdum voluntatẽ quã in vigilia habuerunt. Ad quartum quod in anima pueri non eſt aliqua mutatio, dicendum ꝙ falſum eſt, quantum ad eſſe primũ .ſ. ſpirituale quod conferunt gratia & virtutes ipſi animæ, quãuis non ſit ibi aliqua mutatio quantum ad eſſe ſecundum, qd eſt operari, ſiue agere.

3.p.q.68. art. 12.c. de ver.q. 28.arti.3. ad ſm.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ nihil poſſit ſupplere effectum baptiſmi aquę. Baptiſmus enim eſt ſacramentum primæ neceſſitatis. Vnde Ioã. 3. dicitur. Niſi quis renatus fuerit, &c. ergo ſine eo non eſt ſalus alicui. Præterea. Sicut pœnitentia data eſt in remedium actualis, ita baptiſmus in remedium originalis. ſed non poteſt aliquis ſaluari ab actuali mortali, niſi per pœnitentiã. ḡ nec ab originali niſi per baptiſmũ. Præterea. Baptiſmus ſanguinis habet efficaciam ſolum ex opere operãte, vnde ſine charitate nõ prodeſt. ſed in pueris nihil habet efficaciã ex opere operante, quia vſum lib. a'b. non habet. ergo in eis baptiſmus sãguinis non ſupplet vicem baptiſmi aquę. Contra. Dicit Amb. de Valentino ꝙ gratiam regenerationis quam poſcebat non amiſit, licet morte preuẽtus baptiſmum non accepit. ergo ſine ſacramento baptiſmi ſaluari potuit. Præterea. Auguſt. quærit qd ſit maius, fides, an aqua, non dubitando quin reſpondeam, fides. ſi ergo qd minus eſt ſãctificare poteſt, multomagis quod maius eſt. ergo poteſt fieri ſanctificatio per fidem, ſine aqua. Reſpon. Baptiſmus aquę eſt in remedium, & eſt in præceptum affirmatiuum. Remedium aũt hoc aliter ſuppleri poteſt, quia per baptiſmum ſanguinis & flaminis in adultis, in quibus eſt ablutio interior, per baptiſmũ autem

In alio ſcript. vt hic .q. 3. ar. 3. ter. p.q.66.ar ti.11.o.q. 68 .art.1. o. quol. 6.ar. 4.o.

tem ſanguinis in pueris quia habent corpus ſuſceptibile martyrii. Pręceptum vero non ligat, niſi quando habetur opportunitas loci, & tẽporis. Sic ergo dicẽdum eſt, ꝙ ſine baptiſmo poteſt eſſe ſalus, quando illud articulus neceſſitatis excludit, non contemptus religionis: Sciendum tamen ꝙ quis prædicta duo ſuppleant vicem baptiſmi, quantum ad vltimum effectum, qui eſt gratię infuſio, & culpę remiſſio, non tamen quantum ad primum qui eſt characteris impreſſio, alias contritus nõ idigeret baptiſmũ ſuſcipere. Pœnam etiam baptiſmus ſanguinis totaliter tollit, ſicut & baptiſmus aquæ, non autem contritio quælibet, niſi ſit valde intenſa. Ad primum, Baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, dicendum ꝙ hoc verum eſt in habentibus opportunitatem. Ad ſecundum de pœnitentia, dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia ad pœnitentiæ virtutem obligatur quis de iure naturali, ſed ad baptiſmum de iure inſtituto. Vel dicendum ꝙ ſicut ſine propoſito ſuſcipiendi ſacramentũ pęnitentiæ, nõ remittitur peccatũ mortale, ſic ſine propoſito recipiendi baptiſmum, cum facultas aderit, non remittitur peccatum originale. Ad tertium de baptiſmo ſanguinis, dicendũ ꝙ baptiſmus ſanguinis nõ habet ſupplere effectũ baptiſmi fluminis ex opere operante, ſicut obiiciebatur, ſed ex imitatione paſſionis Chriſti. Vnde de martyribus dicitur Apoc.7. Lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni.

Diſtin. Quinta.

Poſt hæc ſciẽdum eſt.

Queſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo quam poteſtatem Chriſtus in baptiſmo habuerit.

Secundo quam miniſtris contulerit.

Tertio quam conferre potuerit, ſed non contulerit.

Quarto qui poſſunt miniſtrare ſacramentum baptiſmi.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ Chriſtus homo, habuerit poteſtatem dimittendi peccata. In alio ſcrip. vt hic. Matth.9. dicitur. Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata dixit paralitico. &c. ergo Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, habet poteſtatem dimittendi peccata ſiue baptizandi interius. Pręterea. Non minus eſt eſſe Deum, & æternum, & huiuſmodi, immo magis, q̃ peccata dimittere. ſed primum concreatum eſt Chriſto homini. ergo multomagis ſecundum. Præterea. Maius eſt imperium, q̃ inuocatio nominis eius. ſed ad inuocationẽ nominis Chriſti dabatur baptiſmus, & remiſſio peccatorum in primitiua eccleſia. ergo & chriſtus ſuo iperio poterat peccata dimittere. Contra. Aug. lib. octogintatri. q. dicit, ꝙ qdã Deus per creaturam facit, quædã ſibi retinuit, vt illuminare animas. ſ̃ hoc chriſto homini nõ dedit. ergo nec poteſtatem baptizandi interius, ſiue remittendi peccata. Præterea. Nulli remittitur peccatum niſi per Spiritumſanctum. ſed chriſtus ſecũdum ꝙ homo, non poterat dare Spiritũſanctum, vt d.15. pri.li. dicitur. ergo nec poteſt dimittere peccatum, ſecũdum ꝙ homo. Reſpond. Dicendum ꝙ in baptiſmo duplex effectus conſideratur. Vnus per quem aliquis dicitur ſacramentum ſuſcipere .ſ. character baptiſmalis. Alius ratione cuius aliquis dicitur ſuſcipere rem ſacramen-

ti.ſ.gratiam,& remiſſionem peccatorum. Ad vtrũq; autem effectũ chriſtus habuit poteſtatem, ſed diuerſimode: Ad effectum nãq; remiſſionis peccati operabatur p modum meriti, ſed ad primum effectũ operabatur per modum principalis miniſtri: Nam ſacrm baptiſmi, quod inſtrumentaliter hũc effectum operatur, efficaciam habet a Chriſti humanitate, ita quòd chriſtus ad hoc operatur virtute propria, baptiſmus autẽ quadam virtute a chriſto participata, & ſic patet ꝙ chriſtus ratione vtriuſq; effectus, inquantum homo, habet minorem poteſtatem
3.p.q.16. ar. 11. ad ſecũdum de ver. q. 29. art.4. ad primũ q̃ Deus q effectiue, & authoritatiue vtrũq; effectum perficit, & maiorem q̃ alius homo, qui nec gratiam ex condigno mereri poteſt, nec efficaciam ſacramento præſtare. Ad primum Matth.9. Vt autem ſciatis &c. Dicendum ꝙ non erat intentio eius probare ꝙ inquantum filius hominis haberet poteſtatem dimittendi peccata, ſed quod ipſe filius hominis hanc haberet per hoc quod eſſet Deus. Ad ſecundum, Nõ minus eſt eſſe Deũ &c. Dicendum ꝙ eſſe Deum per naturam non minus eſt q̃ peccata dimittere p modum authoritatis, ſed eſſe Deum p gratiam vnionis minus eſt. Sic autem conuenit chriſto homini eſſe Deum. Vel dicendum ꝙ chriſto homini non conuenit eſſe Deum, & peccata dimittere ratione naturæ humanæ, ſed ratione ſuppoſiti ęterni. Ad tertium. Ad inuocationem eius nominis cõferebatur baptiſmus, dicendum ꝙ hoc pertinet ad poteſtatem excellentiorẽ qua chriſtus efficaciam præſtabat baptiſmo.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ aliis hominibus dederit poteſtatẽ cooperandi ad interiorem mundationem: Miniſtris eni ſacramẽtorum data eſt aliqua virtus, non corporalis ſed ſpũalis. ergo ad effectum ſpiritualem non corporalem. ergo ad emundationem interiorẽ non exteriorem. Præterea. Secundum Diony.6.c. Eccleſiaſt. Hierar. ad miniſtros eccleſiæ ptinet purgare, illuminare, perficere. ſed nõ corporaliter. ergo ſpiritualiter. Præterea. Sicut ſanctificantur ſacramenta, ita & miniſtri ſacramentorum. ſed ſacramenta per ſanctificationem accipiunt vim ſpiritualem in ſpiritum inſtrumentaliter operandi. ergo & miniſtri. Contra. Auguſt. Maius eſt iuſtificare impium, q̃ creare cœlum & terram. ſed in creatione cœli & terrę. nihil Deo cooperatur. ergo nec in iuſtificatione impii. Pręterea. Emũdatio iterior fit per Spiritum ſanctũ. ſed miniſtri eccleſiæ non dant Spiritũ ſanctum. ergo non poſſunt cooperari ad emundationem interiorem. Reſpon. Aliquis dicitur alicui cooperari quatuor modis. Vel auxiliando, vel conſiliando, & de his duobus modis creatura non poteſt cooperari Deo, ſm illud Eſa. 40. Quis adiuuit Spiritum domini, aut quis conſiliarius eius fuit, vel inſtrumentaliter operando, & ſic natura creata cooperatur naturæ increatę in producẽdo effectus naturales, & ſacramenta producendo in animam aliquos effectus ſacramentales, vt characterem, ſeu aliquem ornatum. Vel materiam diſpõnendo, & hoc modo creatura cooperatur creatori, vt generans corpus, ad ſuſceptionem animæ diſponẽdo, & miniſtrans ſacramentũ ad ſuſceptionem gratiæ diſponendo animam mediante ſacramento. Ad primum de virtute ſpirituali, dicendum ꝙ virtus eorum ſpiritualis eſt miniſterii, nõ authoritatis,

hic. 3. p. q.64. art. 1.0.

In alio ſcrip. vt

thoritatis, quo miniſtrant ſacramẽta diſponendo ad gratiam, non ipſam efficiendo. Ad ſecundum de Diony. dicendum quòd purgatio, de qua hic Dion. loquitur, eſt a tenebris ignorantiæ, ſicut ipſemet dicit, quæ non cooperantur ad productionem gratię. Ad tertium de ſanctificatione, dicendum ꝙ vtraq; ſanctificatio vim ſpiritualem confert, ſed vna vim inſtrumentalẽ, altera vim amminiſtratiuam, poſtea actiuã mediante inſtr̃o.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 64. art. 4. o.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ miniſtris conferri potuerit poteſtas cooperatiõis ad emundationem interiorem: Sup illud Io. 1. Hic eſt qui baptizat. dicit Aug. ꝙ Io. didicit, ꝙ poteſtatem mũdandi a peccatis Chriſtus dare potuit, ſed non dedit. dedit autem poteſtatẽ miniſterii. ergo videtur ꝙ potuit poteſtatem dare cooperationis. Præterea. Non minor eſt poteſtas creãdi, q̃ poteſtas cooperationis. ſed poteſtas creandi, ſecundum magiſtrum, potuit creaturis conferri, ſecundum aũt aliquos philoſophos, collata fuit. ergo & poteſtatem cooperationis conferre potuit. Præterea. Super illud primæ Cor. 1. Diuiſus eſt chriſtus, dicit glo. ꝙ potuit dare authoritatẽ baptiſmi quibus contulit miniſteriũ. ergo magis poteſtatem cooperatiõis. Contra. Omne agens ſuperius eſt, & nobilius patiente. ſed natura mentis humanæ nihil eſt ſupius, præter Deũ, vt dicit Aug. ẽ tm̃ Deus põt agere in aĩam, & ſic remittere pc̃m. Pręterea. Oẽ agens oportet ꝙ ſit ſil' cum patiẽte, vt probatur in. 8. phy. ſed non poteſt conferri alicui creaturæ ꝙ illabatur in animam rationalem. ergo nec cooperatur ad emundationem interiorem. Reſpond. Dicendum ꝙ Chriſto aliquid conueniebat tripliciter, Vno modo ratione diuinitatis, & huiuſmodi aliis hominibus cõmunicari non potuit. Sic autem conuenìebat ei poteſtas effectiue, & authoritas dimittẽdi peccata. Alio mõ rõne vnionis naturæ humanę ad diuinam, & huiuſmodi etiam cõmunicari non potuit alii homini, niſi ſimiliter ab aliqua perſona diuina aſſumeretur, & huiuſmodi eſt poteſtas merẽdi aliis gratiam, quod eſſe non poteſt niſi per meritum infinitum, in totam naturam potens, quod eſt Dei, & hominis. Tertio ratione humanitatis abſolute, & huiuſmodi potuit aliis cõmunicare: Sic autem cõuenit ei poteſtas operandi in baptiſmo miniſterialiter, ſiue inſtrumentaliter. Sciẽdum tamen ꝙ hanc poteſtatem quantum ad aliquẽ modum cõmunicauit, quantum ad aliquem modum nõ. Cõmunicauit quidem ad hoc ꝙ aliis dedit quòd eſſent miniſtri ſalutis, ſacramenta diſpenſando, nõ autẽ vt eſſent miniſtri ſalutis, quaſi ex propria virtute, qd ſibi ſoli reſeruauit, & ex hoc poteſtatem excellentiæ habuiſſe dicitur in ſacramentis, quæ conſiſtit in quatuor. Primo in hoc ꝙ ſacramẽtis efficaciam præbet: Secundo in hoc ꝙ ſine ſacramentis effectum ſacramẽtorum præbere potuit. Tertio in hoc ꝙ ſacramẽta pro ſuo libito inſtituit. Quarto in hoc ꝙ in eius nomine ad tempus ſacramenta ſanctificabantur. Ad primum de Auguſt. dicendum ꝙ hoc intelligitur de poteſtate excellẽtiæ quam chriſtus habuit, etiam ſcd̃m ꝙ homo, quæ includit poteſtatẽ cooperationis primo modo dictæ, nõ autem de poteſtate cooperationis ſecũdo modo dictę. Ad ſecundum de poteſtate creandi, Dicẽdum ꝙ de hoc ſunt duæ opiniones: Quidam enim

De ver. q. 29. art. 4. ad ſcdm et. 5. ad tertium.

3. p. q. 64. ar. 3. c.

ꝑpter infinitã extremorum diſtantiam, dicunt poteſtatem creandi eſſe infinitam, Vnde non poteſt cadere in eſſentiam finitam, & ſic non poſſe cõmunicari creaturæ. Aliorum, vt magiſtri, opinio eſt ꝙ poteſt cõmunicari creaturæ creatiõis miniſterium, & nõ authoritas. Sed prima opinio ſecurior eſt, & cõmunius tenetur. Ad tertium de glo. 1. Cor. 1. Dicendum ꝙ non loquitur de authoritate prima, ſed de ſecunda, quod patet ex eo ꝙ ſequitur in glo. ita. ſ. ꝙ ille principalis author exiſtat.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ar. 1. 3. p. q. 67. art. 1. 2. 3. 4. 5. 6. ſecũda ſecũdæ. q. 100. ar. 2. ad primũ.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ non quilibet homo poſſit baptizare: Sicut enim ad baptiſmũ requiritur materia & forma, ita & miniſter, ſed ſi non ſit debita materia, vel forma, non erit baptiſmus. ergo cum peccator ſit indebitus miniſter baptiſmi, videtur quòd baptiſmum conferre non poſſit. Præterea. Homo vicinior eſt ſibi q̃ alii. ſed non baptizatus non poteſt ſeipſum baptizare. ergo nec alium. Præterea. Sicut abſoluere in foro pęnitentiali eſt actus hierarchicus, ita & baptizare, vt per Diony. patet. ſed primũ nõ habet laicus, quia nõ eſt in aliquo ordine, & per conſequens nec alicuius particeps hierarchiæ. i. ſacri principatus. ergo nec ſecundũ. Præterea. Eiuſdem eſt baptizare & docere, vt patet Matth. vlti. Docete omnes gentes baptizantes eos &c. ſed mulier nõ poteſt docere vt. 1. Cor. 14. dicitur. ergo nec baptizare. Sed contra, videtur ꝙ etiã angeli baptizare poſſint: Quicquid enim poteſt facere inferior, põt & ſuperior in actibus hierarchicis, vt patet per Diony. ſed angelus eſt ſuperior quolibet eccleſię prælato, vt idẽ dicit. 12. ca. cœleſtis hierar. ergo angelus poteſt baptizare cum prælati eccleſiæ hoc poſſint. Præterea. Auguſt. dicit ſuper Ioan. Talis eſt baptiſmus, qualis ille in cuius poteſtate datur. ſed diabolus aſſumens ſpeciẽ hominis, põt inuocare poteſtatẽ diuinã. ergo poteſt verum baptiſma præbere. Reſpond. Dicendum ꝙ circa exhibitionem baptiſmi conſiderandum eſt aliquid ex parte ſacramenti, aliquid ex parte recipientis, & aliqd ex parte conferentis. Ex parte quidẽ ſacramenti hoc inuenitur, ꝙ quilibet homo cuiuſcunq; conditionis poteſt ſacramentũ baptiſmi præbere, & hoc propter neceſſitatẽ baptiſmi, ſine quo paruulis ſubueniri non poteſt, miſericorditer eſt prouiſum. Ex parte vero conferentis conſiderandum eſt, ꝙ quicunq; non eſt idoneus miniſter baptiſmi, vel propter defectum characteris baptiſmalis, ſicut paganus, vel iudęus, vel propter defectum ordinis, ſicut laicus, aut mulier, vel propter hoc ꝙ eſt ab eccleſia præciſus, vt hæreticus, aut ſchiſmaticus, vel excõmunicatus, vel propter hoc ꝙ eſt imundus, vt quilibet peccator, peccat baptizando extra articulum neceſſitatis, in quo cuilibet prędictorum licet baptizare, tamen ſi extra hunc articulum baptizet in forma eccleſię, baptiſmus eſt. Ex parte vero recipientis cõſiderãdum eſt, ꝙ quandocunq; aliquis ſuæ arbitrio voluntatis baptiſmum præter articulum neceſſitatis ſuſcipit ab aliquo qui non eſt eccleſiæ miniſter, vt puta paganus, vel laicus, vel ab eccleſia præciſus, peccat, & ita ſacramentum recipit, ſed nõ rem ſacramẽti, non autem ſi recipiat a peccatore ſacerdote, quãdiu ab eccleſia toleratur: Si vero non ſit ſuæ arbitrii volũtatis, vt puer, vel ſi ſit in articulo neceſſitatis ſacramentum, & rem ſacramenti

menti accipit,a quocũq; prædictorũ
3.p.q.64. baptizetur. Ad primum dicendũ ꝙ
ar.5.o.4. peccator baptizare poteſt,& non ſo-
contra.c. lum ſacramentum,ſed rem ſacramen
76. ti conferre,quia non operatur ꝓpria
virtute ſed chriſti,vt dictum eſt. Vnde
nec per meliorem miniſtrum melior
baptiſmus datur. Peccator autem di-
citur indebitus miniſter,ſecundum ꝙ
indebitum opponitur debito cõgrui
tatis,non debito neceſſitatis. Ad ſe
cundum dicendum ꝙ non baptizatus
poteſt alium baptizare,non autem ſe
ipſum,cum baptiſmus ſit quædam ge
neratio ſpiritualis. Nulla autem res
generat ſeipſam,vt ait Auguſt. Quod
autem dicit Hiero. ꝙ iudæus,qui ſeip
ſum in aquam imerſit dicens,Ego me
baptizo &c.ſi deceſſiſſet, ad patriam
euolaſſet,intelligẽdũ eſt propter vim
contritionis,& deuotionis,& nõ pro-
pter baptiſmum ſuſceptum. Ad ter
tium dicendum ꝙ pœnitentia nõ eſt
tantę neceſſitatis ſicut baptiſmus, qa
nullus eſt pęnitentię capax, qui non
poſſit abſq; abſolutione ſacerdotis
ſalutem conſequi per contritionem
in articulo neceſſitatis , & iterum
pœnitentia non totaliter liberat a
pœna. Pueris autem ſolus baptiſ
mus eſt remedium ſalutare,& ab om
ni pœna liberat adultum:Et ideo cui
libet homini hunc actum hierarchicũ
qui eſt baptizare,Deus conceſſit,non
aũt actum abſoluendi. Ad quartũ
dicendum ꝙ mulier in neceſſitate po
teſt baptizare,ſicut & laicus. Quãuis
autem ad eam non pertineat in eccle
ſia docere,poteſt tamẽ priuata exhor
3.p.q.64. tatiõe docere,& hoc ſufficit in neceſ-
ar.7. o. ſitate. Ad quintum dicendum quòd
Angelo bono nõ eſt collata poteſtas
baptizandi,tum quia non habet con-
uenientiam in natura cum chriſto q
eſt ſacramentorum author, tum quia
per hoc neceſſitati baptiſmi non ſub
ueniretur,cũ non ſit nobis in prom-
ptu. Poſſet tamen Deus hanc poteſta
tem ei conferre, Vnde ſi baptizaret
aliquem ille non eſſet rebaptizãdus,
dummodo conſtaret quòd bonus An
gelus eſſet:Conſtat enim quòd bonus
angelus non faceret niſi eſſet ſibi con
ceſſum. Ad ſextum dicendum quòd
dæmon baptizare non poteſt,cum ſi-
bi prædicta cõuenientia deſit, et ſi ba
ptizaret reprobandus eſſet,quia intẽ
tione decipiendi feciſſe videretur, nõ
autem ex cõmiſſione, qua ſuppoſita,
authoritas Aug. loquitur.

Diſtin. Sexta.

Nũc quibus liceat baptizare &c.

Quæſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.
Primo vtrum natiuitas exigatur ex
vtero ad baptiſmum.
Secundo vtrum intentio.
Tertio de catechiſmo puerorum.
Quarto de exorciſmo: De baptizanti
bus enim ſupra ſatis dictum eſt. In alio

Articulus primus. ſcript. vt

AD primum ſic proceditur, & vi hic. 3.p.
detur quòd natiuitas ex vtero q.68.art.
non ſit expectanda: Dicit enim 11.o.
Apoſtolus ad Ro.5. Sicut per vnius
delictum &c.ſed delictum Adę tranſit
ad paruulum nondum natum. ergo
& gratia chriſti. Præterea. Pronior
eſt Deus ad miſerandum q̃ ad condẽ
nandum.ſed ex condẽnatione tranſit
morbus peccati originalis ad paruu
lum nondum natum.ergo multoma
gis miſeratione diuina debet tranſire
medicina. Præterea. Gratia ba
ptiſmalis,& culpa originalis ſunt op
poſita,oppoſita vero nata ſunt fieri
circa idem ſuſceptibile.cumq; paruu-

lus in vtero ſit ſuſceptibilis culpę ori ginalis, videtur quòd ſit ſuſceptibilis gratiæ baptiſmalis. Contra. Auguſt. dicit. Paruulus quãdiu ad maternum vterum pertinet, baptizari non poteſt. Prętereà. Vt dr. 1. ad Cor. 16. Non prius quod ſpirituale eſt, ſed qđ animale. ſed baptiſmus eſt quędam regeneratio ſpiritualis. ergo prius homo animali & carnali natiuitate naſci debet q̃ baptizetur. Iuxta hoc quęritur, an ſi aliquis ſanctificetur in vtero ſit poſtea baptizandus. Reſpon.

Dicendum quòd triplex eſt ſtatus in homine poſt animæ infuſionem. Primus in vtero. Secundus extra vterum in ſtatu infantiæ. Tertius in adulta ętate. In primo notus eſt Deo, ignotus eccleſiæ & ſibiipſi, in ſecundo manifeſtus eccleſiæ, in tertio ſibiipſi. Vnde in primo ſtatu ſolum diuina operatiõe per priuilegium gratiæ poteſt renaſci, vt ſanctificati in vtero, in ſecundo per miniſterium eccleſiæ, quia iam circa ipſum poteſt operari, in tertio per operationem propriam, vt in pœnitentia apparet. Quia ergo baptiſmus ſacramentum eccleſiæ eſt, cuius circa paruulum non poteſt in vtero operatio adhiberi, ideo nõ poteſt paruulus in vtero baptizari. Ad 1. Rom. 5. Dicendum ꝙ ſimilitudo eſt quantum ad gratiæ Chriſti ſufficientiam, non quantum ad efficientiam: Non enim gratia tranſit in omnes ſicut culpa, nec in quocũq; ſtatu, ſed ſecundum exigentiam ordinis diuini. Ad ſecundum, pronior eſt Deus &c. Dicendum quòd verum eſt, quantum eſt de ſe, ſed nos non ita ſumus ſuſceptibiles in vtero remedii ſicut morbi, quia cauſa morbi coniuncta eſt. ſ. ſemen infectum, ſed cauſa remedii non poteſt coniungi. ſ. ſacramentum. Ad tertium oppoſita nata ſunt fieri circa idem, dicendum quòd verũ eſt, ſed non ſemper, immo in tempore determinato. Ad ſecundam quæſtionem, dicendum quòd ſanctificatus in vtero, debet baptizari propter tres rationes. Primo propter acquirendum characterem, quo annumeretur in populo Dei, & quo deputetur ad percipienda diuina ſacramenta. Secundo vt per baptiſmi ſuſceptionem paſſioni Chriſti etiam corporalr̃ conformetur. Tertio propter bonum obedientiæ, quia præceptum de baptiſmo omnibus datũ eſt, & ab omnibus eſt implendum, niſi articulus neceſſitatis ſacramentum excludat.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ intentio nõ exigatur in baptizante. Intentio miniſtri eſt incerta. ergo ſi requiritur ad baptiſmum incertũ eſt homini an ſit baptizatus. g̃ ſemper eſt rebaptizãdus. Præterea. Dicit Aug. ꝙ ſi ebrioſus baptizet aliquẽ, ille baptizatus eſt. ſed ebrioſus, cum habeat ligatũ vſum rationis, non habet intentionem. ergo &c. Prętereà. In agente inſtrumentali non requiritur intentio, ſed in agẽte principali, miniſter vero eſt agens inſtrumentale: ergo &c. Præterea. Intentio effectus ſacramẽti dependet ex fide. ſed infideles poſſunt baptizare. ergo intentio non requiritur ad baptiſmum. Contra. Lu. 12. ſup illud: Si oculus tuus, dicit gl. Quantum intendis, tãtum facis. g̃ qui nihil intendit, nihil facit. ergo intentio requiritur ad baptiſmum. Præterea. Ea quæ ſunt præter intẽtionem, ſecũdum Philoſophum, ſunt caſualia. ſed ſacramenta non ſunt caſualia. ergo non ſunt præter intentionem. Iuxta hoc quæritur an intẽtio, & volũtas requirantur in baptizato. Reſpon.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 64. art. 10. c.

Reſpon. Dicendum ꝙ ad eſſe cuiuſlibet ſacramenti tria ſunt neceſſaria, materia elementi, forma verborum, & intentio coniungens hæc,& applicans ad effectum: Nam multæ cauſæ diuerſæ non producũt vnum effectũ, niſi aliquo modo coniungantur in vnum,coniunctio vero diuerſoꝝ,quę dependent a voluntate humana,non fit niſi per intentionem ordinantẽ ea ad vnum. Ad primum de incertitudine intentionis,dicendum ꝙ ſecũdum quoſdam, ſi deſit intẽtio baptizantis, adultus non recipit ſacramentum baptiſmi,ſed fides,& deuotio effectũ baptiſmi ſupplent in eo:Si aũt ſit puer creditur pie ꝙ ſũmus ſacerdos chrũs defectũ ſuppleat. Secũdũ alios, dicendum ꝙ in baptiſmo,& in aliis ſacramentis quæ habent in forma actũ exercitum, non requiritur mentalis intentio,ſed ſufficit expreſſio intẽtionis per verba ab eccleſia inſtituta.

Ad ſecundum de ebrioſo, dicendum ꝙ talis,aut habet oĩno ligatum vſum rationis,& tunc non intendit, nec ſacramentum baptiſmi cõfert, aut nõ, & tunc intendit,& baptizat. Vel dicẽdum ꝙ ebrioſus non ſemper eſt actu ebrius,& ideo intentionem baptizandi habere poteſt. Ad tertium de inſtrumento,dicendum ꝙ ſecũdum Philoſophum.8.Ethic.duplex eſt inſtrumentum,quoddam inanimatum, vt ſecuris,& in hoc non requiritur intẽtio,quoddam animatum,vt ſeruus,& in hoc requiritur.Agit enim ſecundũ imperium voluntatis. Ad quartum dicendum ꝙ infidelis,aut errat in effectu ſacramenti,& ſic,licet non poſſit habere expreſſam intẽtionem de effectu ſacramenti,poteſt tamen habere in generali,vt.ſ.intendat facere quod facit eccleſia,aut non errat circa hęc, ſed circa alia,& tunc in nullo impeditur eius intentio,& poteſt baptizare: baptizat enim in fide eccleſię,& nõ in fide propria. Ad ſecundam quęſtionem,dicendum ꝙ ſuſcipientium baptiſmum tres ſunt differentiæ: Quidã enim nũꝗ habuerunt vſum rationis, vt paruuli, & perpetuo furioſi, & in his voluntas non requiritur, nec intentio. Quidam vero aliquando habuerunt,licet tunc non habeant,& in his requiritur intẽtio,& voluntas antecedens,licet non concomitans,& in his intentio,& voluntas aliqua requĩritur,aliqua non:Sufficit enim volũtas conditionata,nec requiritur abſoluta ad ſacramenti ſuſceptionem,ſed ad rem ſacramenti.Cum ergo quis ad baptiſmũ cogitur,aut eſt coactio omnimoda per vim abſolutam,quia violenter immergitur,& tunc non recipit ſacramentum,nec rem, aut conditionata,quæ per metum inducitur,& tunc recipit ſacr̃m,ſed non rem.

3.p.q.67. arti.5. ad 5m.

3.p.q.68. ar.7.o.12. o.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur,& videtur ꝙ paruulus catechizãdus non ſit:Fruſtra .n. adhibetur inſtructio ei qui non eſt perceptiuus diſciplinæ.huiuſmodi ſunt paruuli, qa non habent vſum liberi arbitrii.ergo non debet eis inſtructio adhiberi. Præterea. Ibi ſit profeſſio Dei,& obligatio.ſed paruulus non poteſt per ſe profiteri,nec per alterum poteſt ꝓfitendo obligari.ergo fruſtra fit catechiſmus paruulis. Præterea. Propter adultos a principio fuit inſtitutus catechiſmus. ergo cauſa ceſſante debet ceſſare effectus. Contra hoc, eſt eccleſiæ generalis conſuetudo. Præterea. Vnum & idem eſt baptiſma paruulorum,& adultorum. ergo vnus & idem debet eſſe ritus eius in vtriſq;. Reſpon d. Dicendum ꝙ catechiſmus eſt quædam diſpoſitio

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar.2.3. p. q.71.arti. 1.o.

ad baptiſmum: Diſpoſitiones autem proportionari debent illis ad quæ diſponunt. Vnde in adultis, in quibus eſt propria fides, & propria voluntas, requiritur ꝙ ipſe per ſe catechizetur, & per ſe confiteatur & chriſtianam religionem profiteatur. In puero autē, cuius baptiſmus operatur tantum ex fide eccleſiæ, & Chriſti merito, fit inſtructio mediante alio. Vnde ea quibus inſtruendus eſt proponuntur pręſente patrino, cui cōmittitur in his inſtruendus, & ipſe loco eius profeſſionem, & confeſſionem facit. Ad primum, Non eſt ſuſceptiuus diſciplinæ, dicendum ꝙ tunc nō fit inſtructio vt paruulus inſtruatur, ſed vt per alteꝝ fidem ſuſcipere, & profiteri monſtretur. Ad ſecundum de profeſſione, dicendum ꝙ ipſe paruulus, quāuis ꝑ ſe non poſſit profiteri, tamen obligatur profeſſione patrini, non quidem ſuam propriam fidem confitentis, ſed pueri, & quantum ad id quod nūc eſt, vt ſit ſenſus. Credo .i. Sacramēta fidei præſto ſum accipere, in perſona pueri loquens, vt Aug. exponit, & quantū ad id quod futurum eſt, vt ſit ſenſus, Credo .i. quando ad perfectam ætatē veniam fidei conſentiam, ſm Diony. Ad tertium, ceſſante çauſa &c. Dicendum ꝙ non fuit hęc tota cauſa, ſed vt monſtretur congruus ordo ſacramenti, & per quid habet virtutem, quia ꝑ paſſionem Chriſti, & ea quæ ibi profitetur baptiſma ſuſcipiens.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ar. 3. 3. p. q. 66. art. 11. c. q. 71 ar. 2. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ exorciſmus nihil ꝑſit. Ab exorcizato ſtatim ꝑ baptiſma diabolus pellendus eſt ſufficiēter. ergo pro nihilo ante exorcizatur. Pręterea. Si decedit paruulus exorcizatus ante baptiſmū ita damnatur, ſicut ſine exorciſmo. ergo exorciſmus in eo nihil operatur. Pręterea. Si exorciſmus efficit aliquid in exorcizato, non eſt tātum ſignum, ſed cauſa ſigni, & ſacramentum, & non ſacramentale. Contra. Aug. li. de ſymbo. dicit ꝙ paruulus exorcizatur vt diaboli poteſtas ab eo expellatur. ğ prodeſt. Pręterea. Greg. dicit. Sacerdos cum per exorciſmi gratiā manus credentibus imponit, quid aliud ǭ dęmonia eiicit? Reſpond. Dicendum ꝙ propter peccatum hominis diabolus poteſtatem in hominem accepit, & in ea quæ veniunt in vſum hominis. Ideo quia nulla eſt conuenientia Chriſti ad Belial, quicquid in vſum dedicatur chriſti, & ſanctificatur, ſiue res, ſiue perſona, prius exorcizatur, vt poteſtas diaboli ab eo pellatur. Quę autem ſit efficacia illius adiurationis, opiniōes ſunt diuerſæ: Quidam enim dixerunt quòd virtus eius eſt tantum in ſignādo ea quæ in baptiſmo chriſti ſunt. Sed authoritates Greg & Auguſt. plus ei tribuunt. Ideo alii dixerunt quòd habet effectum in corpore & anima, non aliquid conferendo, ſed prohibens remouendo, quia poteſtas diaboli minuitur, ne ita poſſit in paruulis, & in aliis baptizandis, a baptiſmo, & ſalute impedire, ſicut ante poterat. Ad primum, Sufficienter per baptiſmum pellendus eſt diabolus, dicendū ꝙ quāuis in baptiſmo ſufficienter pellatur, tamē propter baptiſmū ſuſcepturi ſecuritatem, & facilitatem, & propter baptiſmi ſolēnitatē exorciſmus cōuenienter præmittitur. 3. p. q. 71 art. 3. o. Ad ſecundum, Si decedit ita damnatur, dicendum quòd ad hoc non fit exorciſmus, vt ſine baptiſmo poſſit ſaluari paruulus, ſed ne a ſalute in baptiſmo conſequenda tam de facili impediri poſſit. Ad tertium, Si effectum habet eſt ſacramentum nouæ

legis,

legis, dicendum quòd non habet effectum aliquem in ferendo bonum, ſed in cohercendo malum, Vnde non eſt ſacramentum.

Diſtin. Septima.

Nunc de ſacramēto confirmationis.

Queſtio vnica.

Hic quæruntur quinq;.
Primo vtrum confirmatio ſit ſacramentum.
Secundo de materia.
Tertio de forma.
Quarto de effectu.
Quinto de miniſtro.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic.3.p.q.72.ar.1 o.4.contra.c.58.

AD primum ſic proceditur, & videtur quòd confir matio non ſit ſacramentum: Omne enim ſacramentum eſt ſignum diuina inſtitutione traditum. ſed non legitur cōfirmatio inſtituta eſſe a Deo. ergo non eſt ſacramentum. Præterea. Illud cuius vſus eſt in pluribus ſacramētis, non eſt ſpeciale ſacramentū. ſed chriſmatis vnctio eſt huiuſmodi. ergo &c. Præterea. Sacramentum nouæ leg. fuit præfiguratum in veteri. confirmatio præfigurata non fuit. ergo &c. Cōtra. Dicit Rabanus: Scitote vtrūq; magnum eſſe ſacramentum. ſ. confirmationem, & baptiſmum. ergo &c. Præterea. Confirmatio eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma, vt eius ſimilitudinem gerat, & cauſa exiſtat. ergo eſt ſacramentum. Reſpond. Dicendum q; de ratione ſacramēti eſt q; ſit ſignum, & cauſa gratiæ. Vnde confirmatio, cum ſit ſignū, & cauſa gratiæ: Apoſtoli enim cum cōfirmabant per manus impoſitionem ſub ſignis viſibilibus, cōferebant Spiritumſanctum, vt legitur in Act. ideo confirmatio eſt ſacramentum. Ad primum, a quo ſit inſtitutum, dicendum q; quidam dixerunt q; ab Apoſtolis qui primo leguntur confirmaſſe, Act. 8. Alii q; ab eccleſia, quæ primo legitur ipſius ritum ſolēnem inſtituiſſe, & pręcepiſſe. Sed contra hoc eſt, quia nec Apoſtoli, nec aliarum eccleſiarum prælati ſunt factores legis, ſed miniſtri, & fundamentum totius legis in ſacramētis conſiſtit. Ideo alii dicunt q; inſtitutū eſt hoc ſacramentum a Chriſto, cuius eſt dare virtutem ſacramētis, ſicut omnia alia dicuntur a Chriſto fuiſſe inſtituta. Hoc autem probant ex hoc q; ipſe Chriſtus manus pueris iponebat, vt legitur. Matth. 19. Ad ſecundum de vnctione chriſmatis, dicendum q; quāuis materia poſſit eſſe cōmunis in pluribus ſacramentis, tamē forma eſt propria. Ad tertium de præfiguratione, dicēdum q; quia effectus huius ſacramenti magis pertinet ad perfectionem ſalutis, q̄ ad neceſſitatē, ideo non fuit pręfiguratum in veteri lege: Ibi enim præfigurabantur ea quæ ſūt neceſſitatis, non autem quę perfectionis. Vel dicendum q; præfigurata fuit in vnctione Dauid in regē. 2. Reg. 2.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur q; materia huius ſacramenti non ſit chriſma: Materia enim cuiuslibet ſacramenti eſt a Domino inſtituta. ſed non legitur chriſma, nec aliquid aliud eſſe inſtitutū materia huius ſacramenti. ergo chriſma non eſt de eſſentia, ſiue materia huius ſacramenti. Præterēa. Signatum huius ſacramenti eſt ſimplex. cum ergo ſignum debeat conformari ſignato, chriſma, quod non eſt ſimplex, nō non poteſt eſſe materia ſigniſans effectum huius ſacramenti. Pręterea. Materia ſacramenti debet eſſe cōmu- In alio ſcript. vt hic, q̄ſtiuncula. 1. 3. p. q. 72. arti. 2. o. 4. contra. c. 60.

ais. oleum vero, & balſamum non eſt cōmune, quia non apud omnes inuenitur. ergo ex his non poteſt confici materia huius ſacramenti. Præterea. Videtur ꝙ nō requiratur materia ſanctificata: Non enim eſt maioris virtutis cōfirmatio ꝗ baptiſmus. in baptiſmo vero non requiritur de neceſſitate materia ſanctificata. ergo nec in cōfirmatione. Præterea. Accedit verbum ad elementum, & fit ſacramentum, vt di. Auguſt. ſi ergo ante confirmationem chriſma verbo oportet ſanctificari, ipſum eſt per ſe quoddam ſacramentum. Reſpond. Dicendum ad queſtionem primam ꝙ in materia ſacramenti effectus eius ſignatur. Sacramentum vero hoc ad duplicem effectum ſeu actum datur, quorum eſt primus, nitor fidei in firma credulitate cordis, qui ſignatur oleo oliuarum. Secūdus odor famæ in cōfeſſiōe oris, qui ſignatur in balſamo, ratione odoris. Ideo materia confirmationis componitur ex oleo oliuarum, & balſamo. Ad primum, non legitur materia ſacramenti a Domino inſtituta, dicendum ꝙ plenitudo Spiritusſancti nō erat danda añ Chriſti reſurrectionem, & aſcenſionem, ſicut dicitur Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus, quia nondum erat Ieſus glorificatus, et ideo ſecundum vnam opinionem, ea quæ ad hoc ſacramentum pertinent, nō fuerunt ante chriſti aſcenſionem inſtituenda, ſecundū vero aliorum opinionem, materiam huius ſacramenti dicitur Chriſtus per ſeipſum inſtituiſſe, ſed denunciandā Apoſtolis dereliquit, quando vſus ſacramenti competebat. ſ. poſt plenam Spiritusſancti miſſionem. Ad ſecundum, ſignatum ſimplex eſt, dicendum quòd quāuis gratia cōfirmationis ſit ſimplex in eſſentia, tamen duplex eſt in effectu. Ad tertium de cōmunitate materiæ, dicendum quòd materia debet eſſe cōmun s in ſacramentis neceſſitatis, ſed in ſacramentis dignitatis, & perfectionis non oportet. Ad ſecundam quæſtionem dicendum ꝙ quædam ſunt ſacramēta neceſſitatis, & ideo in his, licet requiratur ſanctificatio materiæ ad ſolēnitatem, non tamen ad neceſſitatem, vt in baptiſmo. Quædam vero ſunt perfectionis, & iō in his requiritur ſanctificatio ad ſolēnitatem, & neceſſitatem duplex, vna ante vſum, altera in vſu, ſicut virtutis collatio ſit alicui inſtrumento quādo figura inſtrumenti ei datur, & iterum quando a mouente in motu virtus operandi ei confertur. Ad primum de baptiſmo, dicendum quòd ideo in baptiſmo ſanctificatio non ita requiritur ſicut in confirmatione, nō quia ſit minoris ſanctitatis ſiue virtutis, ſed quia maioris neceſſitatis. Ad ſecundum, Accedit verbum &c. Dicendum quòd non intelligitur de quocunq; verbo, ſed de illo in quo conſiſtit forma ſacramenti.

In alio ſcrip. vt hic q̄ſtiuncula. 3. 3. p. q. 72. arti. 3. o.

Articulus tertius.

Ad tertium ſic proceditur, & videtur quòd hæc forma verboꝵ, Conſigno te ſigno ſanctę crucis, & cōfirmo te chriſmate ſalutis, in nomine Patris, &c. ſacramento confirmatiōis non conueniat: Forma enim dicitur eſſe eadem apud omnes. ſed hæc non eſt eadem apud omnes: Alii enim dicunt, chriſmate ſanctificationis. videtur ergo quòd non ſit conueniens. Præterea. Chriſtus nullam tradidit formam. Apoſtoli etiam nulla forma vſi leguntur. ergo videtur quòd hæc non ſit congrua forma. Præterea. Sola inuocatio Trinitatis eſt forma ſanctificationis in ſacramentis. ergo ſuperfluit totum reſiduum, excepto

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q. 72. ar. 4 o. op. 22. c. 1.

hoc

hocquod dicitur in nomine Patris & Filii,& Spiritusſancti.Amen. Præterea. Sufficit ſe,aut alium ſignare facto.ergo nõ oportet exprimere verbo. Preterea. Vnius ſacramenti vnus eſt actus. ergo male exprimitur in forma duplex actus. Reſpon. Dicendum ꝙ quia forma dat eſſe rei, & poſſe,ideo neceſſario in forma tangitur totum eſſe,& poſſe ſacramenti. Tangitur ergo primo finis ad quẽ eſt confirmatio.ſ.ad audacem confeſſionem fidei,maxime quo ad articulum erubeſcibilium.ſ.paſſionem, cum dicitur,Conſigno te ſigno crucis. Secũdo actus ipſius ſacramenti, cum dicitur,confirmo te.Tertio eius materia cum dicitur,chriſmate ſalutis.Quarto virtus ſanctificationis cum ſubiungitur,In nomine Patris &c. Ad primum,de mutatione verborum,dicendum ꝙ quædam ſunt de ſubſtãtia formæ,in quibus non debet fieri variatio, quædam de bene eſſe, in quibus non nocet variatio,maxime cum eadem res ſigñatur per id quod dicitur, ſalutis,& ſanctificationis. Ad ſecũdum,Chriſtus nullam formam tradidit,dicendum ꝙ ſecundum quoſdam, Apoſtoli confirmabant ſine materia & forma,per ſolam manuum impoſitionem. Sed contra hoc eſt ꝙ ipſi poteſtatem excellentiæ in ſacramẽtis non habebant:Et ideo ſecundũ alios, dicendum ꝙ Apoſtoli aliqua forma vtebantur,eis a Chriſto tradita, q̃uis non ſit ſcripta:Non enim omnem ritum quem in ſacramentis exercebant ſcripſerunt,ſed multa verbotenus tradiderunt.Vnde primæ.Cor.11. dicit Paulus.Cætera cum venero diſponã: Et Diony.circa finẽ Eccleſiaſticæ Hierar.ait.Conſumatiuas autem inuocationes.i.verba quibus ſacramenta pſiciuntur,non eſt iuſtum ſcripturas interpretãtibus neq; myſticum earum, aut in ipſis operatas a Deo virtutes ex occulto ad cõmune educere: ſed, vt noſtra ſacra traditio habet,ſine põpa.i.occulte eas edocens,&c. Ad tertium,in nomine Trinitatis, dicẽdum ꝙ non eſt ſola ſanctificans, ſed prædicta forma.Vel dicendum,ſecundũ aliquos,ꝙ in forma illa non tantum ponitur quod pertinet ad eſſe ſacramenti,ſed quod pertinet ad poſſe, ſiue ad efficiendum,ſiue ad deſignandum pertineat. Ad quartum,ſufficit ſignare facto,Dicendum ꝙ ſi ſufficiat ad effectum,non tamen ad euidentiam effectus,qui præcipue requiritur in ſacramentis,eo ꝙ ſigñando cauſant. Ad quintum,vnius formæ &c.Dicendum ꝙ duo actus ordinati, ſed non omnino diuerſi bene poſſunt eẽ vnius formæ.Confirmatio vero fidei in corde, & confirmatio in ſigno, ſiue in ore,actus ſunt ordinati.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ gratia gratum faciens in confirmatione non conferatur:Cõfirmatio.n.eſt remediũ cõtra pœnã.ſ. pusillanimitatis,non contra culpam. gratia vero ordinatur contra culpã, non contra pœnam. ergo confirmatio non confert gratiam. Preterea. Ad hoc quod poteſt fieri cum peccato mortali non debet dari gratia gratum faciens. ſed audax cõfeſſio fidei nominis Chriſti poteſt fieri cum peccato mortali.ergo ad hoc in confirmatione non debet dari gratia. Præterea. Gratia gratum faciens eſt illa qua reconciliatur homo Deo. ſed cõfirmatio eſt ſacramentum reconciliabiliſſimum,quia non datur peccatori.g &c. Con. Sacramentum nouæ legis eſt ſignum & cauſa gratiæ gratũ facientis.ergo dat gratiã. Præterea.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar.2. 3.p. q.72. art. 7.o.

Dicit Rabanus ꝙ per impoſitionem manus ſummi pontificis datur paracletus.ſed nõ datur niſi in gratia gratum faciente. ergo in confirmatione confertur gratia. Iuxta hęc quęritur, vtrum copioſius munus gratiæ conferatur in confirmatione q̃ in baptiſmo. Reſpon. Dicendum ꝙ ſacramenta quæ imprimunt characterẽ cauſa ſunt gratię per impreſſionem eius,quia character, quantum eſt de ſe,eſt ſufficiẽs diſpoſitio ad gratiam. Confirmatio autem imprimit characterem,quia mancipat hominem ad aliquod ſacramentum.ſ. ad conſtantem confeſſionem fidei, ideo confert gratiam. Ad primum, confirmatio eſt remedium contra pœnam, dicendum ꝙ duplex eſt pœna, quædã quæ eſt effectus culpæ tãtũ,vt pęna corporalis,quædã quæ eſt et cã,vt pęna ſpiritualis. Contra hanc oportet dari gratiam ſicut contra culpam, quia ꝑ idem habet ſanari morbi eſſentia, & cauſa. Ad ſecũdum de peccato mortali dicendum ꝙ ꝗuis poſſit audax fieri confeſſio in peccato,non tamen bene,& meritorie. Ad tertium ꝙ gratia gratum faciens reconciliat, Dicendum ꝙ hoc per accidens ẽ, inquantũ in reconciliato inuenit peccatum.

In alio ſcript. vt hic,q̃ſtiuncula.3.

Ad ſecundam quæſtionem,dicendum ꝙ gratia cõfirmationis pręſupponit baptiſmalem,ſicut bene eſſe præſupponit eſſe.Si ergo quęratur vtrũ gratia confirmationis ſit maior ea quam præſupponit,conſtat ꝙ ſic,ſicut gratia aucta, q̃ abſoluta. Si autem fiat pręciſe comparatio eius quod additur in ſacramento confirmationis ad illud quod datur in ſacramento baptiſmi,conſtat ꝙ id quod datur in ſacramento baptiſmi eſt maioris efficaciæ,quia viuificare mortuum eſt maioris potentię q̃ viuum roborare. Iõ q̃tũ ad effectũ eſt maior grã baptiſmalis,ꝗuis,q̃tũ ad eſſentiã poſſit ecõuerſo eſſe.

Articulus quintus.

In alio ſcript. [vt] hic.q.3.arti.1.q̃ſtiũcula. 1.[...] p.q.72.arti.11.o.[...] contra. [...] 60.

AD quintum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſimplex ſacerdos poſſit confirmare:quia qui poteſt quod maius eſt, poteſt quod minus eſt.ſed maius eſt corpus Chriſti conſecrare q̃ chriſmare. ergo cũ ſacerdos ſimplex poſſit primum, multofortius ſecundum. Præterea. Si ſolus epũs poteſt chriſmare,aut ergo ratiõe ordinis,aut rõne iuriſditionis. Non ꝓp primum,quia nullus maior ordo ſacerdotio.Non propter ſecundum,q̃a ſic electus nõ cõfirmatus poſſet chriſmare. Præterea. Videtur quod qlibet poſſit chriſmare:Baptiſmũ enĩ qui eſt maximę efficaciæ, poteſt quilibet dare ſine peccato in neceſſitate, & ſine neceſſitate,ſi facit,factum eſt. g̃ multo magis hoc ſacramentum.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 1.

Con. In litera dicitur quòd hoc ſacramentum a ſolis põtificibus datur. Præterea. Solis Apoſtolis in primitiua eccleſia licitum erat confirmare.Vnde & Philip.diaconus non confirmauit a ſe baptizatos ſed ad Apoſtolos cõfirmandi venerunt, Act.8.g̃ non licet confirmare niſi ſucceſſoribus Apoſtolorum.i.epiſcopis. Iuxta hæc quæritur an de mandato Papæ poſſit ſimplex ſacerdos confirmare.

In alio ſcrip. vt ſup.q̃ſtiũcula.2.

Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut in operibus artificialibus opera inferiora fiunt per artifices inferiores, ſuperiora per ſuperiores,ita in operibus ſacramentalibus opera quę non ponũt excellentiam vltra ſtatum cõmunem competunt miniſtris minoribus ideſt presbyteris, opera vero quæ ponunt perfectionem,vel excellentiam reſeruantur miniſtris ſuperioribus.i. pontificibus.Talia vero ſunt pręcipue cõfirmatio,& ordo,quæ diſtingunt fide-

les in ſtatu,& ideo reſeruantur pontificibus. Alia vero non ſic diſtingũt, ſed vnumquodq; in ſtatu ſuo perficitur,& iõ reſeruãtur miniſtris inferioribus.ſ.presbyteris. Ad id ꝙ qui poteſt maius,&c.Dicẽdum ꝙ verum eſt, quando maius includit minus, ſed ſic nõ eſt in propoſito:Chriſmatio enim non includitur in euchariſtiæ confectione. Ad ſecundum,aut ratione ordinis &c. Dicẽdum quod ratione neutrius diuiſim, ſed ratione vtriuſq; cõiũctim. Ad tertium de baptiſmo, dicendum quòd nõ eſt ſimile,quia baptiſmus eſt ſacramentum neceſſitatis, non ſic chriſmatio. Ad ſecundã quęſtionem,dicendum ꝙ de hoc ſunt tres opiniones:Quidam enim dicũt quòd pręsbyter ſimplex non poſſit ex mandato Papæ confirmare,& dictum Gregorii in litera exponunt non ꝙ pręsbyteri illi ſacramentum cõfirmationis, ſed aliquod ſacramentale ſimile ſacramento conferrent: Sed hoc non videtur conueniens vt talem ſimulationem induxiſſet Gregor. quia diſpenſatio ſacramẽtorum pertinet ad veritatem doctrinæ quæ non eſt propter ſcandalum dimittenda:Et præterea ſimplex ſacerdos ex authoritate Papę confert minores ordines,quod plus eſt q̃ confirmare: Et ideo alii dicunt ꝙ Papa poteſt committere cuilibet vt conferat ſacramentum quod accepit, nõ alterum,vt diaconus diaconatum,non presbyteratum. Sed quia aliis videtur ꝙ opinio iſta ſit nimis ampla,ideo mediam viam tenẽt: Dicunt enim ꝙ Papa põt ſimplici ſacerdoti,qui habet actũ ſuper corpus Chriſti verum cõmittere omnes operationes quę ordinantur ad corpus myſticum,non autem aliis qui poteſtatem non habent conſecrandi corpus Chriſti:Et ideo ſacerdoti, non diacono,poteſt cõmunicari collatio minorum ordinum,& confirmatio,non autem collatio ſacrorum ordinum, qui habent actus ſuper corpus Chriſti verum,vel eius materiam,& non ſolũ ſuper corpus myſticum, & hoc ideo quia a corpore vero Chriſti deriuantur omnia quę in corpore Chriſti myſtico aguntur.

3.p.q.72. art.11.ad primum.

Diſtin. Octaua.

Poſt ſacramentum baptiſmi &c.

Quæſtio vnica.

Hic quęruntur quinq;.
Primo vtrum euchariſtia ſit ſacrm̃.
Secũdo vtrum ſũmi poſſit poſt alios cibos.
Tertio de forma conſecrationis corporis.
Quarto de forma conſecrationis ſanguinis.
Quinto de virtute vtriuſq;.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ euchariſtia nõ ſit ſacramentum nouæ leg. Sacramentum nouæ leg.efficit quod figurat.ſed ſpecies exterior non efficit corpus Chriſti verum.ergo non eſt eius ſacramentum. Præterea. Sacramentum debet eſſe ſignũ viſibile. ſed corpus Chriſti ſub ſpeciebus non eſt viſibile. ergo nõ eſt ſacramentum. Præterea. Res ſacramenti eſt eius effectus. ſed corpus myſticum non eſt effectus euchariſtiæ, ergo non eſt ſacramentum. Con. Grego.Præſta,inquit,vt hoc tuum ſacramentum non ſit nobis reatus ad pęnam. Præterea. Omnis actio p miniſtros eccleſiæ diſpenſata, in qua ex opere operato gratia confertur, eſt ſacramentum. Sed euchariſtia eſt huiuſmodi.ergo eſt ſacramentum.

In alio ſcript. vt hic.3.p.q.73.ar.1.o.

Rñ. Dicendũ ꝙ euchariſtia eſt ſacrm, & modo cõi cum aliis ſacramentis.ſ.ſignificando & creando ſanctitatem, & modo ſpeciali.ſ. continendo totius ſanctitatis authorem, propter qd excellentiſſimum eſt omnium ſacramentorum. Ad primum, Non efficit qd figurat, dicendum ꝙ quãuis illud ſimpliciter non efficiat, tamen facit illud eſſe in loco iſto, virtute verborum adiuncta. Ad ſecundum de viſibilitate, dicendum quod omne ſacramẽtũ eſt viſibile, ſecundum aliquam ſui partem.ſ. ſecundum id quod eſt ſacramẽtum tantum, ſed non ſecundum omnem.ſ. ſecundum id quod eſt ſacramẽtum & res, ſicut eſt corpus Chriſti in ſacramento euchariſtiæ: Nec ſecundũ id quod eſt res tantum, ſicut eſt gratia in quolibet ſacramento. Ad tertiũ dicendum quod ſecũdum id quod eſt materialiter conſideratum nõ eſt effectus ſacramenti.ſ. ipſæ perſonæ fidelium, ſed inquantum vnitum eſt.ſ. formaliter.i. eius vnio quæ eſt per fidem & charitatem eſt effectus eius.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic.q.1.artic.4.3.p. q.80.art. 8.Io. ſcda ſecũdæ.q. 147.ar.6. ad pm.primæ Cor. 11. le. 4. co.4.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ hoc ſacramẽtum a nõ ieiunis licite ſumi poſſit: Primæ enim Cor. 11. dicitur. Cum conuenientis ad manducandum inuicem expectate. Siquis autem eſurit, domi manducet. ergo poſtq̃ domi manducauit licet cõmunicare, quia de mãducatione ſacramentali ibi loquitur. Prçterea. Apoſtoli manducauerunt poſt cœnam corpus Chriſti, vt patet Mat. 26. ergo videtur quod ſimiliter eorũ exemplo fieri poſſit. Præterea. De conſe.di.1. dicitur ꝙ ſacrm altaris non niſi a ieiunis hoĩbus cçlebretur. excepto vno die anniuerſario, quo cçna Dñi celebratur. g̃ tunc licet poſt cçnã ſumere euchariſtiã. Cõtra de cõſecra.diſt.2.dicitur. Placuit Spiritui ſancto vt in honorẽ tanti ſacramenti prius in os chriſtiani dominicũ corpus, q̃ alius cibus intraret. Præterea. Hoc ſacramentũ cum maxima ſobrietate, & reuerentia, & deuotione eſt ſumendum. non eſt autem tanta reuerẽtia, ſobrietas; & deuotio poſt cibum. ergo debet ſumi ante cibum. Reſp. Hoc ſacrm tantum a ieiunis percipi debet. In reuerentiam enim tanti ſacramẽti propter tria prçcipue hoc eſt inſtitutum. Primo propter ipſam ſanctitatem ſacramenti, vt os chriſtiani quo ſumendum eſt non ſit alio cibo prius imbutum ſed purum. Secundo propter deuotionem & attentionem, quæ exigitur ex parte recipientis, quæ ex ſumptis cibis impediri poſſunt. Tertio propter periculũ vomitus. Propter neceſſitatem tamẽ, immi nente mortis periculo, ne contingat ſine viatico ex hac vita trãſire, poteſt poſt cõmeſtionẽ ſumi. Ad primũ dicẽdum de Apoſtolo, ꝙ Apoſtolus nõ intendit quod fideles poſt cibos ſumptos domi in eccleſia corpus Chriſti ſumant, ſed illos redarguit qui hunc cibum volebant aliis cibis cõmiſcere quos in eccleſia ſumebant. Ad ſecũdum dicendum de Apoſtolis ꝙ non eſt ſimile: Non enim idem tempus cõuenit inſtitutioni ſacramenti & vſui, quia alia eſt conditio rei in ſuo fieri, & alia in ſuo facto eſſe: Chriſtus enim triplici ratione voluit hoc ſacrm in cœna miniſtrare. Vna propter corporalis prçſentiæ abſtractionem. Secunda propter veteris ſacrificii terminationẽ.ſ. agni paſchalis in paſſione terminandi. Tertia ꝓpter paſſionis repræſentationẽ: Imminẽte enim paſſione inſtitui debebat ſacramentũ paſſionis repræſentatiuum, vt magis cordibus diſcipulorum infigeretur.

Ad

Ad tertium dicendum de conſuetudi ne, ꝙ quãuis conſuetudo illa aliquo tempore obſeruata fuerit, tamẽ nõc rationabilior conſuetudo contraria illam abrogauit.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ hæc non ſit forma cõſecrationis panis, Hoc eſt corpus meum: Sacramenta.n.habent efficaciam ex inſtitutiõe diuina. ſed Dñs inſtituens hoc ſacramentum non conſecrauit iis verbis, ſed poſt conſecrationem hęc verba protulit, vt dicitur Matth.26.Cęnantibus illis accepit Ieſus panẽ, benedixit, & fregit, deditꝙ diſcipulis ſuis, & ait. Accipite ex hoc omnes. ergo in prædictis verbis non conſiſtit forma conſecrationis panis. Præterea. Hoc pronomen, hoc, demonſtratiuum eſt. ergo hoc demonſtrat corpus Chriſti, aut aliud. ſi corpus, ergo ab initio prolationis eſt ibi corpus. ergo iam facta eſt cõſecratio, quod eſt falſum. ſi aliud, ergo loquutio eſt falſa. ergo ſermo veritatis falſus eſt, quod non eſt poſſibile. Præterea. Hæc coniunctio, enim, a nullo euangeliſtarum ponitur, nec verba præcedẽtia, eleuatis in cęlum oculis. ergo non debuerũt poni cũ ſubſtãtialibus. Præterea. Signatum debet reſpondere ſigno. ĝ, cum caro ſit homogenea ſicut panis, non autem corpus, melius debuit dici caro mea ꝙ corpus meum. Præterea. Videtur ꝙ, Accipite & manducate ex hoc omnes, ſit de forma. Ambr.n. dicit in litera. Conſecratio quibus ſit verbis? Attende quæ ſunt verba. Accipite & comedite ex eo omnes. Hoc eſt corpus meum. ergo hæc omnia ſunt de ſubſtantia formę. Reſpon. Dicendum ꝙ ſacramenta ſignãdo cauſant. Vnde oportet quod in forma cuiuſlibet ſacramẽti effectus ſacramẽti exprimatur: Sacramẽtum enim euchariſtiæ ab aliis differt in duobus. Primo in hoc ꝙ alia ſacramenta perficiuntur in vſu, nõ in conſecratione materię, Hoc autem ſacramentum in ipſa materiæ conſecratione, & non in vſu, quia eius materia cõtinet rem viuentem. ſ. Chriſtum. Secundo quantũ ad hoc, ꝙ in hoc ſacramento nullum exteriorẽ actum habet miniſter præter prolationem verbi, ſicut habet in baptiſmo: Et ideo forma huius ſacramenti differt ab aliis dupliciter. Primo quantum ad hoc ꝙ non continet vſum ſacramenti, ſed ſolam materiæ ſanctificationẽ, q̃ eſt trãſubſtantiatio. Secundo ꝙ verba proferuntur nõ ex perſona miniſtri, ſicut in aliis, ſed ex perſona Chriſti, & ex hoc ſequitur tertia differẽtia ꝙ quia chriſtus propria virtute in ſacramento agebat, vtpote habens diuinitatem in ſe, ideo non ſit in hac forma inuocatio Trinitatis. Et ex iſtis ſequitur quarta ꝙ .ſ. exprimitur per verbum ſubſtantiuum, alia vero per verba optatiua: quia in aliis oportuit ſignificari actum miniſtri, hic autem ſolum vltimum effectum ſacramenti. Ad primum, ꝙ poſt conſecrationem verba protulit, Dicẽdum ꝙ circa hoc quatuor ſunt opiniones. Vna eſt ꝙ dominus per ſe ſine verbo confecit, & poſt ſuam confectionẽ nobis ſuam formam conficiendi dedit, & hanc opinionem tangit Inno. tertius inquiens. Sane dici poteſt ꝙ Chriſtus virtute diuina confecit, & poſtea formam expreſſit ſub qua poſteri benedicerent. Sed contra Matth.26. dicitur ꝙ benedixit. Benedictio vero aliquibus verbis ſit. Inno. autem non diffinit, ſed opinionem tangit. Alii dixerunt ꝙ verbis aliis conſecrauit. Sed hoc non videtur conueniens, ga

In alio ſcrip. vt hic. q.2. ar.1. 3.p. q.78. art. 1.0.

ſecundum hoc, cum forma diuerſa diuerſificet eſſe rei, etiam aliud ſacramentum fuit ſuum, q̃ ſit noſtrum. Alii dicunt ꝙ bis verba illa protulit, primo tacite conſecrando, poſtea aperte formam conſecrandi dando. Sed contra hoc eſt, quia ſuperfluum eſt iterari qđ ęque bene per vnum actum poteſt fieri. Alii dicunt verius ꝙ illis verbis tantum ſemel dictis, cõſecrauit Dominus, & nobis formam conſecrandi dedit. Vnde, ſecundum eos, hoc participiũ, dicens, importat concomitantiam, reſpectu trium actuum, vt ſit ſenſus dũ diceret, hoc eſt &c. benedixit, fregit, & dedit, & ſic non prius benedixit ſeu conſecrauit, quàm dixit, Hoc eſt corpus meum. Ad ſecundum de demonſtratione pronominis, dicendum ꝙ circa hoc diuerſæ ſunt opiniones: Nã quidam dixerunt ꝙ promẽ illud nullam demonſtrationem facit, quia accipitur materialiter, non ſignificatiue, ſicut verbum in perſona alterius recitatum, non per ſe pronunciatum. Sed contra, quia ſic verba non accedunt ad elementum: ergo non fieret ſacramentum. Item quia chriſtus protulit ea ſignificatiue. Alii dicunt ꝙ fit ibi demonſtratio, non ad ſenſum, ſed ad intellectum, vt ſit ſenſus, ſignificatum per hoc, eſt corpus meum. Sed contra. Propoſitio hæc ſine tranſſubſtantiatione poteſt eſſe vera, ſicut cũ dicitur, Petra erat Chriſtus. 1. Cor. 10. Ergo per hanc formam non ſignificatur, & per conſequens nõ fit tranſſubſtantiatio panis in corpus verum. Alii dicunt & verius ꝙ ſit ibi demonſtratio quaſi ad ſubiectum, vt cum dicitur oſtenſo corpore nigro: Hoc fit album, & ſecundum hoc, talis eſt ſenſus. Hoc eſt corpus meum. i. Sub hac ſpecie eſt contentum. Vnde gl. Quod ſub hac ſpẽ videtur, eſt corpus meum, ſicut viſo angelo apparente in humana ſpecie dicitur. Hic eſt angelus. Hoc autem quod cõtinetur ſub ſpeciebus in principio eſt ſubſtantia panis: ſed in fine ꝓlationis ſubſtantia corporis chriſti, & ſic quãdo finitur ſignificatio propoſitionis iuenitur in ea veritas. Ad tertium de hac cõiunctione, n. Dicendum ꝙ non eſt de ſubſtantia formæ, ſed apponitur ad denotãdum ordinem conſecrationis ad vſum materiæ conſecratæ, qui vſus nõ eſt de neceſſitate ſacramenti, Vnde nec ipſa coniunctio. Verumtamen ſcienter omitti nõ debet, cum vſus antiquus eccleſiæ hoc habeat. Ad quartum, Caro eſt homogenea: dicendum ꝙ quis ſit homogenea caro, tamen quia non tantum caro, ſed totum corpus continetur ibi, ideo potius dixit corpus q̃ caro, propter ſimilitudinem etiam ad corpus myſticũ, quod eſt ex diuerſis, ſicut corpus ex carne, & oſſibus. Ad quintũ qđ obiicitur de his verbis, Accipite, & manducate &c. Dicendum ꝙ hæc verba pertinẽt ad vſum materiæ conſecratæ, qui non eſt de ſubſtantia ſacramenti niſi ad eius conſecrationẽ, & ideo non ſunt de eſſentia formę ſacramenti, nec Ambro. intelligit ꝙ per hæc verba fiat conſecratio, ſed per ea quæ ſubiunguntur. ſ. Hoc eſt corpus meum.

Articulus quartus.

CIrca quartum ſic proceditur. Forma conſecrationis ſanguinis hæc eſt. Hic eſt enim calix ſanguinis mei noui & æterni teſta. myſterium fidei, q pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum, & videtur ꝙ ſit inconueniens, quia formæ ſacramentorum ſunt authoritate diuina inſtitutæ. ſed talis forma a Deo inſtituta nõ inuenitur, cum in ſcriptura ſacra non tradatur.

In alio ſcript. vi. hic. q. 2. ar. 2. 0. 3. p. q. 78. arti. 3. o. 1. Cor. 11. le. 6. co. 2. 3. et. 4.

ergo

ergo &c. Prĕterea. Nihil debet poni in forma niſi quod ſpectat ad formam ſacramenti. ergo calix, cùm ſit quoddam vas cõtentiuum ſanguinis, non eſt de integritate ſacramenti. Præterea. Si dicatur ꝙ calix metaphorice ſumitur pro potu vel paſſione. Contra. Metaphoricę loquutiones diſtrahunt intellectum. Cum ergo non debeat diſtrahi intellectus conſecrantis, ſequitur ꝙ forma conſecrationis non debeat eſſe metaphorica. Prĕterea. Si tranſſũptiue ſumatur pro contento potu, tũc eſt ſenſus: Hic eſt potus ſanguinis mei. ſed in cõſecratione corporis nihil tãgitur de cibo. ergo nec deberet hic tangi aliquid de potu. Præterea. Dicitur noui, & æterni teſtamenti. contra. Si eſt nouum, non eſt æternum. ergo eſt oppoſitio in adiecto. Præterea. Dicitur myſterium fidei. Cõtra. Sicut in hoc ſacro tãgitur myſteriũ fidei ſic & in aliis rebus. ſed in aliis non tangitur. ergo nec in iſto tangi debet. Prĕterea. Sicut ſanguis effuſus eſt pro omnibus quantum ad ſufficientiam, ſic & corpus traditum. ſed hoc non tangitur de conſecratione corporis. ergo &c. Prĕterea. Quæritur quare dicitur pro vobis, & pro multis, cum quantum ad ſufficiẽtiam pro omnibus ſit traditum, quantũ autem ad efficientiam, nõ pro omnibus traditum, ſed pro ſolis electis. coniunctio autem copulat diuerſa. ergo nõ debet dici pro vobis & pro multis.

Reſpon. Dicendum ꝙ circa formã prædictam eſt duplex opinio: Quidã enim dicunt ꝙ non omnia verba prædicta ſunt de ſubſtantia formæ, ſed ſolum hoc quod dicitur, Hic eſt calix ſanguinis mei. Sed quia conditiones appoſitæ ad ſubiectum vel prædicatũ ſunt de integritate loquutionis, ideo alii dicunt ꝙ omnia ſunt de forma. Apponuntur autem prædictæ conditiones, ſecũdum eos in forma ſanguinis, & non in forma corporis, quia ꝑ conſecrationẽ ſanguinis expreſſe paſſio chriſti figuratur per quam ſanguis a corpore ſeparatus fuit: Et ideo in forma ſanguinis tanguntur paſſionis conditiones, ſecũdum ꝙ operatur in ſacramentis: Tangitur nanq; eius effectus qui eſt remiſſio peccatoꝝ in hoc quod dicit, Qui pro vobis &c. fides ꝑ quam paſſio Chriſti in nobis efficaciã habet, in hoc quod dicitur, Myſteriũ fidei, quod poteſt referri ad paſſionẽ quę latebat in figuris vete. leg. & ad ſanguinem qui latet ſub ſpeciebus. Tangitur & finis qui eſt perceptio ęternę hęreditatis, i hoc quod dicitur No. & æter. tẽſt. Tanguntur autem ordine intentionis, quo finis eſt prior.

Ad primum ergo dicẽdum ꝙ forma prędicta a Chriſto inſtituta eſt: Hanc enim Eccleſia Romana a beato Petro accepit. Euangeliſtæ vero intenderunt narrare facta Chriſti, non formã ſacramentorum, q̃uis omnia prædicta verba ex diuerſis locis ſcripturæ colligi poſſint. Ad ſecundum, Calix non ſpectat ad eſſentiam formæ, Dicẽdum ꝙ in forma ſignificatur ſanguis, vt effuſus in pretium redemptionis, & datus in potum. Hoc autem ſignificatur per calicem ſanguinis, q̃a calix ſignificat paſſionem, Matth. 20. Poteſtis bibere calicem &c. & ſanguis ſignificat potationẽ, & ideo in forma ponitur. Ad tertium, Metaphoricæ loquutiones diſtrahunt intellectum, dicendum ꝙ ſic eſſe debet firmus intellectus conſecrantis, vt non qualibet verborũ re præſentatione euagetur. Ad quartũ, In forma corporis nihil tangitur de cibo: dicendum ꝙ non eſt ſimile quia corpus de ſe cibus eſt, ſed

ſanguis, non niſi prout eſt effuſus, poteſt eſſe potus. Ad quintum ꝙ ibi eſt oppoſitio in adiecto, dicendum ꝙ nō dicitur ęternum quia careat principio, quia ſic eēt oppoſitio in adiecto; ſed quia caret fine. Ad ſextum dicendum quòd hoc præcipue hic tangitur quia vſus fidei maxime neceſſarius eſt in hoc ſacramento, cū ſint omnia contra ſenſum, & ſuper intellectū, ſed non ęqualiter in aliis ſacramētis. Ad ſeptimum de forma corporis ꝙ ibi non ponitur. Dicendum quòd nō eſt ſimile, quia effuſio ſanguinis dicit cauſam immediatam mortis: Non ſic aūt corporis traditio. Ad octauū dicendum quòd ponitur in forma ꝓ multis, ne putetur pro iudęis tantum electis, quibus promiſſio facta fuerat effuſio ſanguinis facta eſſe quātum ad efficaciam, ideo dicitur pro vobis.i. Iudęis, & pro multis.i. pro multitudine gentium. Vel pro vobis ſacramētorum miniſtris, & pro multis.i. pro aliis, pro quibus a miniſtris ſacramentorum etiam orandum eſt.

Articulus quintus.

In alio ſcript. vt hic. q.2. ar.3. 3.p. q.78. art. 4.0. ar. 5. c.

AD quintum ſic proceditur, & videtur quòd verbis prædictis nō inſit aliqua vis creata ad trāſſubſtantiationem faciendam. Faciens.n. & factum debent eſſe ſimul. ergo verbū non eſt illius tranſubſtantiationis factiuum. Præterea. Si virtus eſt in verbo, aut ergo ſucceſſiua aut ſimul. ſi ſucceſſiua. ergo ſucceſſiue operatur. ſi ſimul. ergo non poteſt eſſe in ſucceſſione horum. ergo vtrūq; eſt falſum. Prętera. Si habet virtutem, aut quando eſt, aut quando non eſt: Si quando eſt, ergo in ſucceſſione. Si quando non eſt. ergo non agit. Præterea. Si datur virtus illa aut toti orationi, aut alicui parti ita quòd non toti, aut toti & partibus: Si primodo. ergo cum totū ſit ſucceſſiuū, ſucceſſiua eſt: Si parti alicui, ergo illa ſola ad ſacramētū operatur: ſi vtriq;, ergo ſucceſſiue operatur, ſicut pars habet eſſe poſt partem. Prętera. Verba illa non habent vim verbi prolata a ſacerdote. ſed anima ſacerdotis magis eſt capax diuinæ virtutis q̃ verba. ergo magis debet eſſe virtus illa in ſacerdote q̃ in verbis. Cōtra. Amb. dicit quòd ſermo chriſti creaturam mutat, & ſic ex pane ſit corpus Chriſti conſecratione cęleſtis verbi. Habet ergo verbum Chriſti virtutem in tranſmutatione. Præterea. Grego. Niſenus ait. Inuiſibilis ſacerdos inuiſibiles ſubſtantias in corpus ſuum, & ſanguinem, verbi ſui ſecreta poteſtate cōmutat. ergo &c. Reſp. Circa hoc eſt duplex opinio: Quidam enim dicunt quòd nulla virtus creata ineſt verbis qua fiat tranſſubſtātiatio, ſed tãtum diuina inſtitutione firmatum eſt vt ad prolationem horū verborum conuerſio prædicta fiat virtute diuina. Similiter dicūt in omnibus aliis ſacramentis. Alii autem verius dicunt quòd in aliis formis ſacramētorum ineſt aliqua virtus a Deo, ſed hæc virtus non eſt qualitas habēs eſſe completum in natura, qualis eſt virtus in natura principalis agentis ſcdū dum formam ſuam, ſed incompletū, ſicut virtus quæ eſt inſtrumētum principalis agētis, & ſicut ſimilitudines colorum in aere: Et quia forma efficit ſigñando, ideo completa ſigñatione in fine orationis.i. in eius termino infunditur ei virtus efficiendi quæ perficit tranſmutationem in inſtanti. Ad primum dicendum de faciente & facto quod verbum inquantū faciens .i. ſecundum ſui complemētum, ſimul eſt cum facto: Partes enim præcedentes orationis non ſunt, niſi ſicut materialis

rialis diſpoſitio ad complementum eius. Vltima vero agit in virtute præcedentium, ſicut vltima gutta cauat lapidem virtute guttarum præcedentium. Ad ſecundum, Aut eſt virtus ſucceſſiua, dicendum ꝙ ſimul eſt, & tamen eſt in ſucceſſiuo, non ſecundum ꝙ eſt ſucceſſiuum, ſed in eius termino: Oratio enim quauis ſecundum voces ſit ſucceſſiua, tamen ſecundum ſui ſignificationem ſimplex eſt, & in vltimo ſui complemento perficitur. Vnde tunc virtus datur. Ad tertium, Aut quando eſt, dicẽdum ꝙ datur quando eſt in ſua ſignificatiõe completa, & hoc eſt in ſui termino.·. non ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Ad quartum, Aut toti, dicendum ꝙ toti datur proprie, non parti, quia datur vltimæ parti aut complemento, non ſecundum ſe, ſed ſecundum ordinem ad præcedentia.i. non ſecundum id quod eſt, ſed inquantum terminus. Ad quintũ dicendum ꝙ quãdo aliquod opus pluribus inſtrumentis perficitur, in quolibet illorum eſt virtus aliqua, licet imperfecte. Vnde in ſacerdote & in verbo eſt virtus, ſicut in manu, & calamo: Sed qa ſacerdos propinquior eſt principali agenti, ideo virtus eius ſimpliciter dignior eſt & permanentior, & ad plures effectus. Quia vero operi verbũ ꝓpinquius eſt, ſm hoc dignius eſt.

Diſtin. Nona.

Et ſicut duæ ſunt res &c.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo de modis quibus chriſtus manducatur.

Secundo vtrum ſi quis accedat ad euchariſtiam cũ peccato mortali peccet mortaliter.

Tertio ſi quis accedit contritus, ſed non confeſſus, peccet.

Quarto ſi aliud ꝗ peccatum mortale prohiberet ab acceſſu.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ non ſit niſi vnus modus manducandi Chriſtũ: Nam ſicut ſe habet cibus corporalis ad corporalem mãducationem, ita ſpiritualis ad ſpiritualem. ſed cibus corporalis non ſumitur niſi corporaliter. ergo nec ſpiritualis niſi ſpiritualiter. Præterea. In baptiſmo triplex eſt differentia ſuſcipientium, vt dictum eſt ſupra: Quidam enim ſuſcipiunt ſacrm, & rem, quidam ſacramentum tantũ, quidam rem tantum. ergo a ſimili triplex eſt modus ſuſceptionis circa ſacramentum altaris. Præterea. Infidelis manducat corpus chriſti, nõ tamen ſpiritualiter, neq; ſacramentaliter, quia non refert ſignum ad ſignatum. ergo modi manducandi inſufficienter diſtinguuntur. Contra. Auguſt. diſtinguit hic duplicem modum. ſ. ſpiritualem, & ſacramentalem. Præterea. Manducatio chriſti refertur ad manducationem rei huius ſacramenti. ſed duplex eſt res. ſ. figurata, & contenta, altera corpus chriſti myſticum, altera corpus chriſti verũ. ergo duplex modus manducandi. Reſpon. Dicendum ꝙ illud qd manducatur intra manducantem recipitur. Intra nos autem chriſtus recipitur dupliciter. Vno modo ſpiritualiter per fidem & charitatem, & ſic dicimur chriſtũ ſpiritualiter manducare, non vt ipſe in nos conuertatur, ſicut de cibo corporali accidit, ſed qa nos in ipſum conuertimur. Alio modo chriſtus recipitur in nobis per ſuum

In alio ſcript. vt hic, qſtiuncula. 2. 3. p. q. 80. ar ti. 1. & pri mç. Cor. 11. l. 7. c. 3.

ſacramentū in quo chriſtus totus realiter eſt,& ſic dicimur chriſtum ſacramentaliter mãducare & hæc ſacramētalis manducatio ad ſpiritualem ordinatur, ſicut ad effectum ſacramentalem. Effectus autem ſacramentorum quandoq; eſt ſacramentorum deſiderio & fide,eo ꝙ Deus ſacramentis ſuã potentiam non alligauit, & ſimiliter ſacramenta quandoq; percipiuntur ſine effectu propter impedimentū qd eſt in recipiente:Et ideo iſti duo modi manducationis interdū ſeparatim inueniuntur,& propter hoc abinuicē diſtinguuntur. Ad primum ergo dicendum ꝙ ad cibum corporalem non ordinatur aliquis alius cibus, vt cauſa ad effectum,ſicut ad cibum ſpiritualem ordinatur ſacramentalis, & ideo non eſt ſimile. Ad ſecundum de baptiſmo dicendum ꝙ ſicut eſt in baptiſmo ita poteſt eſſe in propoſito ſ.vt hoc ſacramentum ſuſcipiatur ſpiritualiter tantum, & ſacramentaliter tantum,& ſpiritualiter, & ſacramentaliter ſimul. Sed iſte tertius modus non differt a duobus primis formaliter,ſed tantum materialiter.i.ex parte ſuſcipientis. Ad tertium dicendum ꝙ manducatio eſt actus tranſiens a manducante in manducatum. Cum ergo quæritur an infidelis manducet chriſtum ſacramentaliter, propoſitio duplex eſt:Si enim dicat modum rei manducatæ,dicēdum ꝙ ſic,quia chriſtus ſumitur ſub ſacramento:Si modū manducantis,tunc diſtinguendum eſt: Aut enim nullam habet intentionem ſumendi illud tãquam aliquod ſacramentum eccleſiæ,& tunc nō ſumit ſacramentaliter,quia ſumit vt rem, nō vt ſignum,aut habet,ꝗuis non credat ibi chriſtum eſſe, & tunc ſumit ſacramentaliter,vt hereticus.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ recipiens corpus chriſti cum peccato mortali,nō peccet mortaliter. Secundum Aug. tria ſunt genera bonorum.ſ.minima, media,& maxima,& dicit ꝙ in maximis bonis nemo male vtitur.ſed ſacramētum corporis domini de maximis bonis eſt.ğ eo nemo male vtitur. Prete. Nullus peccat faciēdo id ad quod tenetur,ſed peccator tenetur in paſcha te cōmunicare.ergo non peccat communicando. Preterea. Nullus eſt certus an ſit in peccato mortali aut non.ſi ergo mortaliter peccat q libet qui accedit in mortali, quilibet qui accedit exponit ſe diſcrimini accedendo. Preterea. Quicunq; dat occaſionem peccandi,peccat.ſi ergo peccator ſumens corpus chriſti peccat,ſacerdos ei etiam exhibēs peccat, quod non videtur. Contra.1. Cor. 11. Qui manducat & bibit indigne iudicium ſibi manducat & bibit, ſed indigne manducat qui accedit cū peccato.ergo &c. Præterea. Ibidem dicitur. Probet ſeipſum homo.ſi ergo non probat,peccat omittendo. Reſpon. Dicendū ꝙ ſi alicui accedēti ad ſacram cōmunionem dictat conſcientia ꝙ ſit in peccato mortali peccat mortaliter,quia cuilibet conſciētia dictat ꝙ immundus ſacramentoꝝ participatione indignus eſt.Vnde quicunq; cum conſcientia peccati mortalis ad euchariſtiam,quæ eſt ſacramētum ſacramentorum accedit, contra conſciētiam agit:Nec differt, quantū ad hoc, vtrum habeat certam conſcientiam vel cum dubitatione, quia qui dubitat,diſcrimini ſe exponit. Si autem ſit aliqua leuis cogitatio quæ dubitationem non inferat, cōtrariis rationibus repulſa nō impedit eucha-

riſtiæ

In alio ſcrip. vt hic.art.3.p.q.80. arti.4.& pric.Cor. 11.d.7.c. o.2.

riſtię perceptionem. Impedit autem ſi dubitationem inferat quantumcūq; leuis ſit. Si vero aliquis peccatum habet quod non tenet in conſcientia, ſi hoc ex culpa ipſius accidit, vel ꝓpter ignorantiam iuris, vel propter negligentiam diſcuſſionis propriæ conſciētiæ, non excuſatur a peccato, ſi ad euchariſtiam accedat. Si vero non ex culpa ſua contingat, excuſatur a peccato & gratiam conſequitur virtute ſacramenti, niſi alias obicē ponat Spirituiſancto. Ad primum de eo qd dicit Auguſt. Dicendum ꝙ bonis ſpiritualibus, de quibus Augu. loquitur, non conuenit male vti formaliter, vt habitu eliciente vſum, ſed materialiter, vt materiali obiecto, bene conuenit. Ad ſecundum de paſchate, dicēdum ꝙ in eo ꝙ quis facit ad quod tenetur, non peccat, ſed quia malo modo facit. Vnde peccator & in communicando, & omittendo peccat, ſed tamen magis cōmunicando, quia cōmunicare in peccato malum eſt de ſe, ſed omittere cōmunionem malum eſt ex præcepto eccleſiæ. Vnde potius debet a cōmunione abſtinere quàm in peccato cōmunicare. Nec tamen ideo perplexus eſt, quia poteſt pœnitere. Ad tertium, Nullus eſt certus, dicendum ꝙ nō requiritur ad cauendū periculum diſcriminis certitudo ſciētię, ſed probabilis coniecturę, quæ poteſt haberi per quatuor ſigna, ſicut dicit be. Bernar. Primo cum quis deuote verba Dei audit. Secundo cum quis ſe promptum ad bene operandū inuenit. Tertio cum quis abſtinendi a peccato propoſitum habet. Quarto cum quis de peccato dolet. Ad quartum, dicendum ꝙ qui petit a ſacerdote euchariſtiam, aut eſt peccator, aut ſuſpectus de crimine. Si peccator, aut occultus, aut manifeſtus: Si occultus, aut ergo petit in occulto, & tunc non debet ei dare. Habet enim exceptionem qua in occulto poteſt eum repellere: Debet etiam eum monere ne petat in publico. Si vero petat in publico, nō debet ei negari, quia quilibet Chriſtianus habet ius in corpore Chriſti, cum pro omnibus ſit traditū, nec habet diſpenſator exceptionem contra eum quam poſſit ei in publico obiicere. Si vero eſt peccator manifeſtus debet ei tam in publico ꝙ̄ in occulto denegare. Si vero ſit ſuſpectus de crimine, tunc diſtinguendum eſt, quia eſt triplex ſuſpitio. Quædam violenta, quæ pro facto reputatur, vt ſi inueniatur ſuſpectus cum ſuſpecta, nudus cum nuda ſolus in eodē lecto, & propter hanc, ſicut propter peccatum, neganda eſt cōmunio. Quędam eſt probabilis, vt ſi inueniatur ſolus cum ſola loquens tempore, & loco ſuſpecto, & propter hāc nō debet negari. Quædam leuis, vt ſi appareant aliqua ſigna, non tamen omnino certa, nec propter hanc negari debet. Sed nunquid poteſt ſacerdos præbere homini ingerenti ſe ad cōmunicandum hoſtiam non conſecratam? Dicēdum quòd non, quia nulla debet fictio fieri in ſacramento veritatis, nec debet dari occaſio idololatrandi recipienti & inſpicienti, cum omnis qui ſacramentaliter ſumit vel inſpicit, adoret. Si autem ſit ſuſpitio vehemens, ad cuius contrarium probatio non admittitur, quia ſi talis præſumptio ſit ex fama publica, debet etiam ei in publico denegari, alias non, niſi in occulto. Pro aliis vero ſuſpitionibus nullo modo eſt denegādum, ne pœna ante culpæ notitiam irrogetur.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd ſi quis cōtritus ſine

cõfeſſione recipiat corpus chriſti nõ peccet. Sicut per contritionem recõ ciliatur quis Deo, ita per confeſſionẽ, & abſolutionem eccleſiæ. ſed non debet accedere ad ſacramẽta vſquequo ſit eccleſiæ reconciliatus. ergo quantumcunq; ſit contritus, niſi ſit confeſſus, non debet accedere ad euchariſtiam. Præterea. Hug. de ſanct. victo. dicit. Audacter dico, ſi ante ſacerdotis abſolutionem criminoſus ad cõmunionem corporis chriſti accedat, pro certo iudicio ſibi manducat & bibit, etiam ſi ante multum pęniteat, & vehementer doleat, & ingemiſcat.

Contra. Non tenetur quis confiteri niſi ſemel in anno circa paſcha. ſed ante non peccat confeſſionem omittendo. ergo nõ prohibetur ab euchariſtiæ ſumptione. Præterea. Aliquãdo ſacerdoti qui iam inchoauit celebrare occurrit peccatum mortale, de quo non eſt confeſſus, nec habet cui confiteatur. ergo tenetur dimittere miſſam, & ire ad confitendum. hoc autem eſt falſum. ergo &c. Præterea. Sacerdos in die feſto dolendo de peccato cõmiſſo nõ habens ſacerdotem populo expectante miſſam, aut celebrare debet, aut non. Si non: ſcandalizat, Tenetur autem non ſcandalizare. ergo tenetur celebrare. Si ſic, ergo non peccat celebrãdo, vel perplexus eſt. Reſpon. Dicendum quòd peccator contritus ante confeſſionẽ qui vult communicare, aut habet copiam confeſſoris, & tunc peccat ſine confeſſione cõmunicando, quia ad ſacramentum eccleſiæ requiritur recõciliatio ſecundum iudicium eccleſiæ, aut non habet: Aut ergo imminet aliqua neceſſitas celebrandi vel cõmunicandi, vel quia timet ſcandalum proprium, vel iam incepit miniſterium ſacramenti, vel amiſit loquelam, & tũc non peccat, cum propoſito confitendi quando poterit, ſed ſi non hẽt hoc propoſitum peccat. Ad primum, Nõ debet accedere ſine reconciliatione, Dicendum q; verum eſt ſine articulo neceſſitatis alicuius, ſed in neceſſitate falſum eſt. Ad ſecundum de Hug. Dicendum q; intelligit ſine articulo neceſſitatis. Ad tertium q; nõ tenetur confiteri niſi ſemel in anno, Dicendũ q; verum eſt regulariter, ſed caſualiter poteſt teneri pluries ex incidenti. Ad quartum de ſacerdote inchoante miſſam, Dicendum q; debet peragere miſſę ſacrificium cum propoſito poſtea quando citius occurret opportunitas confitendi. Ad quintum dicendum q; ſi ſine ſcandalo poteſt vitare cõmunionem cõmode, vel vicarium ponendo, vel aliter, ita quod debitis officiis populus non fruſtretur, vitare debet, alioquin cum ſimili propoſito celebrare poteſt.

Contra cardinalẽ Caiet. in cõ. 3. p. q. 80. art. 4.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur q; non tantum peccatum mortale prohibeat a cõmunione. Pollutio nocturna, cum in ſõnis, non peccet homo, peccatũ nõ eſt, & ſi eſt, eſt veniale, & tñ propter ipſam abſtinere debet. g̃ &c. Præterea. Qui excõicatus eſt iniuſte, vel ſuſpẽſus, vel interdictus, ſi ad ſacramentum accederet peccaret. ergo aliud eſt impedimẽtum q̃ peccatum mortale. Præterea. Qui manu lutoſa corpus chriſti contrectaret peccaret. ergo impedit etiam immundicia corporalis. Præterea. Infantilis ętas corpus Domini diiudicare non poteſt, quod tamen requiritur ad digne ſumendũ. 1. Cor. 11. ergo ętas infantilis impedit. Præterea. Furioſis non eſt hoc ſacrm tribuendũ. ergo infirmitas corporalis hoc impedit. Præterea. Maior

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q. 80. art. 7. o.

eſt dignitas huius ſacramenti q̃ ſacramentorum vete.leg.ſed ad illa nõ admittebatur mulier mẽſtruata, nec mulier puerpera, nec patiens fluxum ſanguinis aut ſeminis.ergo nec ad hoc ſacramentum ſunt admittendi. Præterea. Sacerdos leproſus prohibetur a cęlebratione huius ſacramẽti per decretal.ergo pari ratione debet laicus leproſus prohiberi a ſũptione;& ſic idem quod prius. Con. Quilibet q̧ eſt ſine mortali eſt membrum corporis myſtici,membrum autem debet ſuſtentari de alimento ipſius corporis. ergo quilibet talis communione corporis dominici debet refici. Præterea. Gratia & remiſſio peccatorum faciũt dignum eccleſię ſacramẽtis.ergo quilibet hæc habens dignus accedit. Reſpon. A ſacramento hoc propter eius maximam dignitatem excludi conuenit aliquem dupliciter. Aut propter indignitatẽ ſui, aut propter reuerentiam ſacramenti. Prima cauſa excludendi proprie non eſt niſi peccatum cui aliquis ſubiacet, vel quãtũ ad reatum tantum,vel quãtum etiam ad actum exteriorem, vel interiorem. Secunda cauſa poteſt eſſe aliud q̃ peccatũ, & hoc dupliciter. Vno mõ pp defectum diſcretiõis quæ ad reuerentiam adhibendam requiritur,ſicut patet in pueris. Alio modo propter appoſitionem alicuius quod ad quandam irreuerentiam pertinet, ſicut in his qui ſunt polluti aliqua macula corporali. Ad primum ergo dicendũ ꝙ in dormiendo impeditur iudicium intellectus,quia homo conuertitur ad imagines rerum vt ad veras res,& propter hoc hõ non habet vſum lib.arb. qui iudicium requirit, Et ideo pollutio nocturna peccatum non eſt,ſecundum ſe. Impedit tamen a cõmunione triplici ratione: Primo ratione culpæ ex qua cauſatur, ſicut cum ex turpi cogitatione procedit, & hoc præcipue quando dubitatur vtrum in cauſa fuerit peccatum mortale. Secundo inquantum eſt quędam imundicia corporalis. Tertio inquantum aliqualiter animã retrahit a feruore deuotionis quæ in hoc ſacramẽto requiritur,& hoc præcipue quando cum aliqua turpi imaginatiõe pollutio contingit: Anima enim carnalis quodammodo efficitur ex experiẽtia talis delectationis. Sed hæ duæ cauſæ vltimæ impediunt ex quadam congruẽtia,niſi aſſit potior cauſa, ſed prima ex neceſſitate quando eſt dubitatio de pctõ mortali pręcedente. Ad ſecundum de excõmunicato,dicendũ ꝙ quãuis non ſit indignus, tamẽ propter obedientiam eccleſiæ debet humiliter abſtinere,alias per inobedientiam actu peccaret. Ad tertium de manu lutoſa,dicendum ꝙ talis,ſi ſciẽter faceret, peccaret, quia cõtẽneret, alias non. Ad quartum de infantibus,dicendum ꝙ ſi ſunt in ætate aptã ad diiudicandum & reuerendum corpus domini,vel prope ætatem adultã .ſ.12.annorum,vel.11.tunc ſi appareant ſigna reuerentiæ & diſcretionis poſſunt ſumere,alias non. Ad quintum de furioſo,dicendum ꝙ furioſus aut habet lucida interualla, & tũc poteſt cõmunicare,aut nõ. Aut ergo eſt perpetuo furioſus,& ſic nõ debet,aut ad tempus ex infirmitate aliquã incidit in freneſim,& tũc,ſi ante petierat, & præſumitur poſſe accipere ſine periculo deriſionis,aut vomitus,aut huiuſmodi,debet ei dari,aliter non. Ad ſextum de immundicia corporali.Aut eſt perpetua,ſiue difficile purgabilis,ſicut lepra fluxus ſeminis, & alia huiuſmodi,& propter talẽ immũdiciam corporalem non debet eucha

In alio ſcript. vt hic.art.5. q̃ſtiũcula. 3.3.p.q. 80.art.9. ad tertiũ. Io. 6. l.7. c.2.

In alio ſcrip. vt hic,art.5. q̃ſtiũcu.2. 3.p.q.80. ar.9.o.

riſtiæ ſumptio prętermitti. Aut eſt de facili purgabilis,& tunc poteſt pręter mitti propter reuerentiam, ſed nō eſt neceſſitatis ſi ſit pure corporalis, niſi expreſſe cedat in irreuerentiam ſacramenti, ſicut ſi aliquis manibus deturpatis ad cęlebrandum accederet. In ve.autem leg.prohibebātur perſonæ de quibus obiectio tangit, propter figuram, quę ceſſauit veniente veritate. Ad ſeptimum, dicendum ꝙ ſacerdoti leproſo interdicitur ne publice cęlebret propter horrorem, tamen ſecreto poteſt ex deuotione cęlebrare, niſi adeo corruptus ſit ꝙ periculū timeatur. Leproſus tamen nō debet ad ſacerdotium promoueri, Nec eſt ſimile de ſacerdote cęlebrante,& euchariſtiam ſumente, quia plus reqritur in celebrante q̄ in ſumente. Ad alia quæ ſunt in contrarium patet ſolutio ex dictis.

Diſtin. Decima.

Sunt item alij.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum corpus chriſti contineatur ſub ſacro euchariſtiæ.

Secundo vtrum tota quātitas eius.

Tertio qualiter.

Quarto vtrum poſſit ibi videri aliquo oculo corporali.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vt hic. 3. p. q.75.ar.1. o.4.contra.c. 61. priæ Cor. 11 .l. 5. co.2.et.4.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ corpus Chriſti non contineatur ſub ſacramento: Nil.n. poteſt eſſe vbi prius non erat, niſi moueatur. ſed Corpus Chriſti de cęlo nō mouetur, quia ſic motus eius ad diuerſa loca terminaretur, quod eſt impoſſibile. ergo non poteſt eſſe ſub hoſtia ſub qua prius non erat. Pręterea. Nec poteſt eſſe extra terminum ſuæ ſubſtantiæ. Terminus ſubſtantiæ corporalis locus eius eſt ad minus extrinſecus, ergo non pōt extra ipſum eſſe. ergo cum locus Chriſti ſit in cęlo, nō poteſt ſimul eſſe extra cęlum. Præterea. Angelus eſt ſimplicior q̄ corpus Chriſti. ſed angelus nō poteſt eſſe ſimul in diuerſis locis. ergo nec corpus Chriſti,& ſic idem quod prius. Contra. primæ Cor. 10. dicitur. Panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini eſt? hoc autem non eſſet verum ſi ibi eſſet corpus Chriſti vt ſignatum tantum, non vt contentum. ergo ibi vere continetur corpus Chriſti. Pręterea. Ioan.6. dicitur. Caro mea vere eſt cibus,& ſanguis meus vere eſt potus. ergo corpus chriſti ſecundum veritatem eſt ſub ſacramento, quod in cibum,& in potum ſumimus. Reſpond. Verum corpus Chriſti contineri ſub ſacramento ſcriptura oſtendit, quæ dicit. Hoc eſt corpus meum. Ratio autem huiuſmodi continentiæ duplex poteſt aſſignari. Vna ex parte Chriſti .ſ. vt perfectius coniungeretur nobis: In aliis enim ſacramentis nobis coniungitur per virtutem ſuam, in ſacramento autem euchariſtiæ per eſſentiam ſuam. Alia ex parte noſtra.ſ. propter charitatis inflāmationem, ſpei ſubleuationem,& meriti fidei incrementum. Ad primum, Nihil poteſt eſſe &c. Dicendum ꝙ addendū eſt, vel ipm vel aliud: Contingit .n. ignem eſſe vbi nō erat prius abſq; motu locali ignis per conuerſionem aeris in ipſum,& ſic corpus Chriſti eſt in altari vbi prius non erat per cōuerſionem panis in ipſum. Nō tamen corpus chriſti generatur ſicut ignis, quia panis conuertitur in corpus chriſti præexiſtens, nō autem aer in ignem præexiſtentem. Ad ſecundum, dicēdum ꝙ locus quidam attribuitur

buitur corpori chriſti ratione ꝓpriarum dimenſionum:& ſic eſt tantum in cęlo, alius ratione dimẽſionum remanentium ex pane qui in corpus chriſti eſt conuerſus,& ſic eſt in altari. Ad tertium,dicẽdum ꝙ ratio illa,procedit ad hoc ꝙ corpus chriſti non fit in pluribus locis ſimul ſecundum proprias dimenſiones.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic,q̃ſtiun cu.2.&.3. 3.p.q.76. articu.4. o.4.contra.c.63. 64. 67. quol.7.arti.8.c.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non tota quantitas chriſti contineatur ſub ſacramẽto. Impoſſibile eſt maiorem quantitatem contineri ſub minori quin excedat. ergo corpus chriſti non poteſt cõtineri in ſua quantitate ſub illa ſpecie quin excedat. ſed nõ excedit. ergo nõ continetur ibi ſub ſua tota quantitate. Præterea. Non poteſt maius cõtineri ſub minori niſi per partium ſuarum,vel condenſationem vel contractionem,vel complicationem. ſed horum nihil cõtingit in hoc ſacramẽto. ergo non poteſt eſſe ſub tam parua hoſtia. Præterea. Nullum corpus ſecundum totam ſuam quantitatẽ poteſt contineri indifferenter a magna & parua quãtitate extrinſeca. ſed corpus chr̄i ẽ indifferẽter ſub magna & parua ſpecie quãtitatis conſecrata. ergo non eſt ibi ſecundum ſuã totam quantitatem. Contra. Totalitas corporis attenditur ſecundum totalitatem quãtitatis eius. ſed ſecundũ Augu. totus chriſtus mãducatur in ſacramento. ergo eſt ibi ſecundum ſuam totam quantitatem. Præterea. Impoſſibile eſt aliquid eſſe alicubi ſecundum partem quantitatis,& non ſecundum totam,niſi diuiſa quantitate ipſius. ſed quantitas corporis chriſti nõ diuiditur actu,q̃a corpus illud eſt impaſſibile,cum ſit glorificatũ. ergo cũ in ſacramento contineatur aliquid q̃titatis corporis eius,impoſſibile eſt dicere quod non contineatur tota. Reſpond. Dicendum, ꝙ in ſacramẽto altaris eſt aliquid dupliciter. Vno modo ex vi ſacramenti: Alio modo ex cõcomitantia naturali. Primo modo eſt in ſacro altaris id ad qđ tranſſubſtantiatio per ſe terminatur,ſuba autem panis conuertitur ibi directe in ſubſtantiam corporis, et ideo ſubſtantia corporis eſt ibi ex vi ſacramẽti. Secundo modo eſt in hoc ſacramẽto omne id' cui naturaliter iungitur illud quod eſt per ſe tranſſubſtantiationis terminus,& ſic anima eſt in hoc ſacramento per hoc ꝙ ei corpus vnitur. Patet ergo ꝙ tota q̃titas corporis chriſti eſt in hoc ſacramento ex naturali cõcomitantia,quia ſine ſua tota quantitate ſubſtãtia corporis chriſti eſſe non poteſt,non autem ex vi ſacramenti:Non enim tranſſubſtantiatio terminatur ad q̃titatẽ corporis chr̄i directe, vel ad alia accidẽtia,qđ patet ex hoc ꝙ accidẽtia pãis manẽt: Et ideo corpus chr̄i ſm ꝙ eſt in ſacro nõ habet locum ſibi r̄ñdẽtem ſecũdũ ſuam quantitatem, ſed ſecundũ quantitatem dimẽſionum panis, quibus locus exterior cõmenſuratur. Ad primum,Impoſſibile eſt &c. Dicendum ꝙ hoc intelligitur de continentia quãtitatis ſub quantitate per cõmẽſurationem,non per naturalem cõcomitantiam,ſicut in propoſito. Ad ſecundum,non poteſt contineri maior &c. Dicendum ꝙ hoc intelligitur de his quæ continentur cõmenſuratiue,non concomitanter. Ad tertium, Nul ũ corpus &c. Dicendum ꝙ hoc intelligitur de continentia locali per cõmenſurationẽ,non per concomitantiam: Quia.n.ſuba quantum eſt de ſe, non determinat ſibi locum magnũ vel paruum,ideo corpus chriſti, quod eſt ibi

directe ratione ſuæ ſubſtantiæ, ęquali ter poteſt eē in magna vel parua. Sed ſubſtātia animę eſt in qualibet corporis parua parte, & ſil'r totus Chriſtus in qualibet parte hoſtiæ, vel tantum actu diuiſæ, ſecundum quoſdam, vel etiam actu non diuiſæ, ſecundū alios qui melius dicunt, quia] oportet Chriſtum aliquo modo eſſe in partibus hoſtiæ non actu diuiſæ, Vnde cū non ſit ibi ſ'm ſuā partē, eſt ibi totus.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic.3.p.q. 76.art.5. o.4.cōtra ra. 64. ſi. quol. 1.ar ti. 22. ad primum.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ corpus chriſti contineatur ſub ſacramento circūſcriptiue. Omne corpus quod cōtinetur ſuperficie alterius corporis ita ꝙ non excedit nec exceditur, circūſcribitur illa ſuperficie, ſicut loco. ſed corpus chriſti totum, vt dictum eſt, cōtinetur ſub vltima ſuperficie dimenſionum panis quę manent, & nec excedit nec exceditur. ergo eſt ibi ſicut in loco circūſcriptiue. Præterea. Omne quod replet locū circūſcribitur loco. ſed corpus Chriſti replet locum dimēſiuum, alias vacuum eſſet. ergo corpus chriſti circūſcribitur ſpeciebus illis. Præterea. Videtur ꝙ contineatur diffinitiue: Omne nanq; quod mouetur ad motum alterius eſt in eo diffinitiue. ſed corpus chriſti mouetur ad motum hoſtiæ. ergo &c. Contra. Omne corpus quod circūſcribitur loco cōmēſuratur ei. ſed corpus chriſti nō cōmēſuratur quātitati ſpecierū, vt dictum eſt. ergo nō eſt ibi ſicut in loco circūſcriptiue. Præterea. Omne qd eſt diffinitiue alicubi, ita eſt ibi ꝙ non alibi. ſed corpus chriſti nō eſt ita ſub ſpeciebus ꝙ non alibi. ergo nō eſt diffinitiue ſub eis. Reſpon. Corpus chriſti non eſt in ſacramento ſic ꝙ cōmenſuratio eius propria ſit ſecundū quātitatem ſpecierum, nec ita eſt ſub vna ſpecie panis quin ſub alia ex vi conſecrationis eſſe poſſit, cum ſicut ſubſtātia panis iſtius, ita & alterius panis ſubſtantia in chriſti corpus poſſit conuerti, & ideo, nec circūſcriptiue, nec diffinitiue in ſacro eſt. Ad primū, Oē corpus qd continetur, dicendū ꝙ ad circūſcriptionē plus exigitur q̄ cōtinētia loci. ſ. cōmēſuratio locati ad locū, & econuerſo, & hoc non eſt in ꝓpoſito. Ad ſecundum, Corpus chriſti replet locum, Dicendum ꝙ cum ratione ſubſtantiæ ſuæ habeat eſſe ſub ſacramento, & de ratione ſubſtantiæ ſecundum ſe conſideratæ, non ſit replere locum, ideo prout eſt ſub ſacramento non replet locum, ſed dimēſiones ſpecierum habent replere locum, quia, ſecundum Philoſophum in. 4. phi. Dimenſiones ſeparatæ ſi ponantur eſſe, vel corpus mathematicū, qd idem eſt, replēt locum: Nec dicendum eſt quòd intrinſecus ſint vacuæ, cum non remaneat ibi quantitas ſpecierū tantum ſecundum longitudinem, & latitudinem, ſed et ſecūdum profunditatem. Ad tertium dicendum ꝙ moueri aliquid dicitur duobus modis. ſ. per ſe, & ſic Chriſtus mota hoſtia non mouetur, quia non eſt ſub hoſtia per ſe ſed per accidens. ſ. conuerſione alterius in ipſum, aut per accidens, & hoc dupliciter: Quędam. n. dicuntur moueri per accidens quia per accidens ſunt in loco eius quod mouetur per ſe, vt anima in toto corpore, Quædā vero quia per ſe ſunt in loco, ſed motu altero mouētur, vt nauta in naui. Primo mō chriſtus mota hoſtia mouetur per accidens, non ſecundo.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ chriſtus poſſit ab aliquo oculo videri: Nullū velamē ſpecierum impedit viſum glorificatum, In alio ſcrip. vt hic.3.p.q. 76.arti.7. o.

ergo

ergo nec velamen ſpecierum impedit quin oculus glorificatus ſub illis videat chriſtum. Præterea. Per hoc ꝙ latet ibi ſenſum noſtrum, iudicium noſtrum decipitur. ſed iudicium comprehenſoris non decipitur. ergo chriſtus ſub ſpecie non latet eius ſenſum. Preterea. Vt eſt ibi videtur ab oculo proprio. ergo, cum omnis oculus glorificatus eiuſdem naturæ ſit, ſimiliter poteſt videri ab aliquo alio oculo glorificato. Preterea. Aliquando in ſacraméto altaris apparet vera ſpecies carnis, etiam oculo viatoris: multo ergo magis oculo comprehenſoris. Contra. Corpus non eſt natum mouere viſum niſi per medium motum. ſed corpus glorificatum non mouet medium, quia nec tangit ipm. ergo non mouet viſum. Preterea. Nihil poteſt videri aliquo mediante niſi ſit illud tranſparés. ſed ſpecies panis non eſt naturaliter tranſparens. ergo ea mediante corpus chriſti videri non poteſt. Reſpon. Viſibile non habet mouere viſum niſi per medium eius, quod eſt aer: Aerem autem mouere nõ poteſt niſi tangendo ipſum: Tactus enim eſt corporum, & mediãte quantitate corporali. Vnde cũ corpus chriſti non mediante quantitate corporali ſit ſub ſpecie, per ſuum colorem non poteſt mouere aerem propinquum, & ex conſequenti nec viſũ: Et ideo ſub ſpecie videri non poteſt. Ad primum dicendum ꝙ velamẽ nõ impedit quin poſſit videri, ſed modus exiſtendi quo eſt obiectum ſub ſpecie, ita ꝙ medium non immutat: ſicut & angelus, licet non velatus, non poteſt videri. Ad ſecundum dicendum ꝙ iudicium ſenſus eſt de ſuo ſenſato per ſe tam proprio q̃ cõmuni. i. de colore & quantitate, & in hoc oculus glorificatus non decipitur. Sed de ſenſibili per accidens iudicat ratio, quę in beatis decipi non poteſt. Ad tertiũ dicendum ꝙ prout eſt ibi forte nõ videtur a ſeipſo modo corporali, ſed tantum ſpirituali. Vel poſſet dici ꝙ non eſt ſimile de oculo chriſti qui eſt intra ſpeciem, & de oculo alieno, qui eſt extra. Ad quartum dicendum ꝙ quando apparet in ſacraméto ipſa ſpecies carnis, ibi vere eſt corpus chriſti, non tamen illa ſpecies eſt vera ſpecies corporis chriſti, ſed vel eſt tantũ illa ſpecies in oculo videntis, qd conuenit quando ab vno tantum videtur in ſpecie carnis, ab aliis in ſpecie panis, vel eſt in ipſis dimenſionibus panis remanentibus, diuino miraculo aliis accidentibus immutatis. Quòd autem chriſtus in tali apparitione in propria ſpecie nõ videatur, patet per hoc ꝙ non vr̃ in ea quantitate quam chriſtus habet; Quando autem ſit talis apparitio, non debet ſumi, ſed cum reliquiis poni, & iterum alia hoſtia conſecrari.

In alio ſcrip. vt hic. q̃ſtiun cu. 1. 3. p. q. 76. art. 8. o. op. 58. c. 11.

Diſtin. Vndecima.

Si aũt quæritur etc.

Queſtio vnica.

Hic quæruntur quinq̧.

Primo an panis conuertatur in corpus chriſti.

Secundo qualis panis ſit materia ſacramenti.

Tertio quale vinum.

Quarto an aqua debeat apponi de neceſſitate.

Quinto an chriſtus in cœna ſumpſerit corpus ſuum.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ panis non conuertatur in corpus chriſti: Conuerſio enim mutatio quędã eſt. ſed nulla ſpecie tranſ

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar. 3. 3. p.

q.75. art. 4.o.4.cõtra.c. 63. op.2.c.8. 1.Cor.11. l.4.co.6. l.5.co.3.

mutationis in corpus chriſti panis cõuertitur. Non enim eſt ibi generatio & corruptio, nec augmentum, nec diminutio, nec alteratio, nec loci mutatio, vt patet intuẽti. ergo nulla ſit ibi conuerſio. Præterea. Sicut ſe habet cõuerſio formalis ad formam ita ſubſtantialis ad ſubſtantiam. ſed in cõuerſione formali annihilatur forma, ſicut patet cum ex aere fit ignis. ergo in conuerſione ſubſtãtiali, qualis hęc dicitur eſſe, annihilatur ſubſtantia panis. ergo non conuertitur in corpus chriſti. Præterea. Illud quod manet poſt conſecrationem debet naturali ſimilitudine verum corpus chriſti & myſticum repræſentare. ſed repræſentatio talis non competit pani, niſi ratione ſuæ ſubſtantiæ ſecundũ quã ex diuerſis granis cõficitur. ergo oportet ꝙ remaneat poſt conſecrationem ibi ſubſtantia panis. ergo non conuertitur in corpus chriſti. Præterea. Omne quod conuertitur in alterum quandoq; erit illud. ſed hæc eſt falſa, Panis erit corpus chriſti. ergo non conuertitur in illud. Contra. Dama. dicit. Fecit chriſtus panem, & vinũ, corpus, & ſanguinem ſuum, Non quoniam ipſum corpus chriſti de cęlo deſcendit, ſed quoniam panis & vinũ trãſit in corpus chriſti. Pręterea. Dicit Amb. ꝙ ſermo chriſti creaturã mutat. ergo panis transmutatur. Reſpond. Dicendum ꝙ circa hoc in lr̃a tanguntur tres opiniones, quarum vna eſt dicentium quòd remanet ibi panis ſub̃a. Sed hoc nõ poteſt eſſe propter tria. Primo quia nihil cõuerteretur in corpus chriſti, & ſic oporteret corpus chri p motũ localẽ ibi de nouo eſſe. Scdo quia poſt eius ſũptionẽ non poſſet iterũ corpus chriſti ſumi. Tertio quia hæc nõ eẽt vera, Hoc ẽ corpus meũ, Sed hic ẽ corpus meũ. Alia opinio eſt ꝙ ſubſtantia panis annihilatur, vel in præiacentem materiam reſoluitur, quorũ neutrum eſſe poteſt, cũ nec materia pręiacens ibi ſentiatur, nec Deus ſit cauſa tendendi in non eſſe, vt Auguſt. dicit: Et iõ alia opinio, quę cõis & vera eſt, dicit ꝙ panis cõuertitur in corpus chriſti, qd ſic põt intelligi. Agẽs naturale in hoc differt a ſupernaturali, quia agit ex præſuppoſitiõe materię. Supnaturale aũt nõ. Vñ ſicut actio agẽtis naturalis extendit ſe ad mutationem omnium eorum quæ ſuperadduntur materiæ. ſ. formarum ſubſtantialium, & accidentalium, ita & actio agentis ſupernaturalis poteſt ſe extendere ad immutationẽ materiæ. Materia autem ſignata eſt principium indiuiduationis, & ideo poteſt ſe extẽdere ad mutationẽ indiuidui. Cum ğ in tranſubſtãtiatiõe cõuertatur indiuiduũ pãis in corpus chri; trãſubſtãtiatio ſit virtute diuina. In tribus ğ differt hæc conuerſio ab aliis mutatiõibus. Primo quia nõ hẽt ſubiectum ſicut aliæ habent. Secundo quia partes eſſentiales vnius extremi. ſ. materia, & forma panis conuertuntur in partes eſſentiales alterius extremi. ſ. materiam, & formam corporis, qd non eſt reperire in aliis mutationibus. Tertio quia illud in quod cõuertitur aliquid in hac conuerſione non tranſmutatur, nec per ſe, nec per accidens, in aliis autem ſic. Ad primum, omnis cõuerſio eſt mutatio, Dicendũ ꝙ conuerſio hæc eſt mutatio; non tamen eſt naturalis, ſed ſupernaturalis, ideoq; nõ eſt in aliqua ſpecierum mutationis naturalis, ğuis habeat ſimilitudinem cum mutatiõe quæ fit in nutrimẽto, quia vtraq; fit in aliquid pręexiſtens. Ad ſecundum, ſicut ſe habet conuerſio, Dicendum ꝙ falſum eſt, qa forma nunğ vertitur in formã: Subſtantia

ſtantia autem panis cõuertitur in ſubſtantiam corporis, et ideo hic nõ eſt annihilatio. Ad tertium de naturali ſimilitudine, Dicendum ꝙ ſpecies remanentes repræſentant aliquo modo ſubſtantiã quam prius afficiebãt, & per conſequens proprietates eius, & ita habẽt rationem ſignificandi per quandã ſimilitudinem corpus chriſti verum,& myſticum. Ad quartum dicendum ꝙ hæc conuerſio differt ab omnibus aliis in hoc ꝙ non habet cõmune ſubiectum,ſicut aliꝗ mutatiões, ſed ſolum eſt in ea accipere duos terminos conuerſionis.Iõ omnes loquutiões exprimẽtes ĩmutationẽ,per quã ĩportatur ordo termini adterminũ, tantũ ſunt cõcedendę in hac materia, ſicut,Hic panis cõuertitur in corpus chriſti.Loquutiones vero quæ exprimunt identitatem ſubiecti, non ſunt vt impropriæ exponendæ: Et quia hę loquutiones, Hoc fit illud, Hoc fuit illud,Hoc poteſt eſſe illud,per ſe important identitatem ſubiecti mutationis propter naturam relationis, ideo non ſunt ſimpliciter concedendæ ſed exponendę.Illæ vero quæ aliquando important identitatem materiæ,aliquando ordinem termini ad terminum,ſunt diſtinguendæ,vt cum dicitur, De pãe fit corpus Chriſti: Nã hæc præpoſitio, de,aliquando dicit materiam,vt cultellus de ferro, aliqñ ordinem,vt de mane fit meridies.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar.2. 3.p. q.74.ar.3 o.4.cõtra c.69.prię Cor.11.l. 7.pri.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ materia corporis nõ ſit panis triticeus tantum. Figura in naturalibus atteſtatur ſpeciei. ſed quędam grana, vt far, & ſpelta, ſunt in figura ſimilia tritico. ergo in pane de eis facto poteſt confici. Pręterea. Vix inuenitur panis de puro tritico.ergo,ſi non poteſt confici niſi de ſolo pane triticeo, vix inuenitur panis de quo poſſit confici. Præterea. Panis fermẽtatus & azimus ſunt eiuſdem ſpeciei.ergo indifferẽter poteſt de vtroq; confici. Contra. Auguſt.ſuper illud Io.12.Niſi granũ &c. Cum ſint inquit multa grana ſeminũ nulli ſe chriſtus comparat niſi frumẽto,ex quo mos cępit eccleſię de ſolo hoc grano cõficere corpus chriſti. ğ nõ põt cõfici in altero pane. Præt. Sicut Dominus dedit in baptiſmate vim regeneratiuam aquis, ita conſecrando inſtituit huius ſacramenti materiam.ſed conſecrauit in pane abſq; fermento,quia ille eſt ſolum cibus paſchalis.ergo ille eſt de materia huius ſacramenti. Reſpon. Secundum ꝙ cõmuniter dicitur, non poteſt confici niſi in pane triticeo,tum quia Dominus cõparauit ſe tritici grano.Ioã. 12.tum quia creditur celebraſſe in pane triticeo,& inſtituiſſe vt ſic celebraretur,tum qa vſus eccleſiæ ab apoſtolis,qui præſentes fuerunt traditus, habet celebrare in hoc ſolo grano. Ratio vero huius eſt ꝙ magis conuenit huic ſacramento panis triticeus, quia in materia ſiue ſpecie dignior,& quia in effectu refectionis vtilior,& quia in cõmuni vſu hominum vſitatior eſt. Ad primum de figura,Dicendum ꝙ ꝗuis quidam dicant in pane de farre & ſpelta confici poſſe quia eſt eiuſdem ſpeciei cum triticeo pane licet differat differentiis accidẽtalibus, videtur tamen magis oppoſitum,quia generatio eſt ex ſimilibus ſpecie. Ex tritico vero ſeminato nũquã generatur far, nec econuerſo.Vnde nõ videtur eſſe eiuſdem ſpeciei. Ad ſecũdum de permixtione, dicendum ꝙ aut tanta eſt mixtio quòd trahitur triticũ ad ſpeciem alienam,vel extraneam,quando virtus extremi eſt prædominans, vel

mediam, quãdo eſt æqualis, & tunc in eo non poteſt confici, aut manet ſpecies triticei panis, vt quãdo virtus tritici præponderat, & tunc poteſt. Quãdo autem ita fit, ex accidentibus, ſcilicet ex ſapore præcipue poteſt cognoſci, quia accidẽtia maximam partem conferunt ad cognoſcẽdum qd quid eſt. Ad tertium dicendum ꝙ de neceſſitate ſacramenti non eſt panis azimus, neq; panis fermentatus. Vnde bene de vtroq; confici poteſt. Sed de cõgruentia ſacramenti eſt magis azimus panis ꝗ fermẽtatus, tum quia chriſtus de azimo cõſecraſſe probatur ex ipſo paſchali tempore in quo omnes azimis vtebantur ſecundum legem, tum quia magis competit ad deſignãdam puritatem corporis chriſti. Siquis autem contra vſum eccleſiæ in hoc ageret, grauiter peccaret. Tamen apud græcos inoleuit vſus de fermẽtato cõficiendi, in cõfutationem eorum qui legalia obſeruare volebant.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 2. quæſtiũ. 2. o. 3. p. vbi ſup. ar. 4. o.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 3. 3. p. q. 74. ar. 5 o. 1. Cor. 11. l. 7. pri.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ de alio vino ꝗ de vite poſſit cõfici, quia vinum eſt materia huius ſacramenti, ſicut aqua baptiſmi. ſed in omni aqua poteſt baptizari. ergo in omni vino confici. Præterea. In aliquibus terris non ſunt vites, nec vinum de vite. ſi ergo non poteſt confici in alio liquore, nõ poteſt ibi miſſa celebrari. Præterea. Videtur ꝙ in vino corrupto: Dicit enim Inno. Etſi diligenti ſtudio vinũ optimum ſit quærendum, vitium tamen vini non maculat mundiciam ſacramenti. ergo. &c. Contra. Sicut chriſtus comparat ſe grano tritici, Io. 12. ita comparat ſe viti, Ioã. 15. ꝗ ſicut non poteſt cõfici niſi in pane triticeo, eo ꝙ dominus cõparauit ſe grano frumenti, ita non poteſt confici niſi in vino de vite, eo ꝙ comparauit ſe viti. Præterea. Dominus confecit de vino vitis, vt patet Matth. 26. Nõ bibã amodo de hoc genimine &c. ergo de illo tantum debet confici. Reſpond. Dicendum ꝙ ſicut panis de tritico eſt ſola, & propria materia cõſecrationis corporis chr̃i, ita vinũ de vite propria eſt materia conſecrationis ſanguinis chriſti, tum quia Dominus de hoc vino confecit, tum quia, loquendo vſualiter, hoc ſolum vinũ dicitur ſimpliciter ſine additione, tũ quia magis eſt in vſu, & conſuetudine humanæ refectionis, tum quia ſecundum proprietates ſuas magis cõuenit ſignificationi ſacramenti huiuſmodi. Ad primum de baptiſmo, dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia baptiſmus ſacramentum eſt neceſſitatis, ſed nõ euchariſtia. Ad ſecundum de terris vbi nõ creſcit vinum, dicendũ ꝙ ꝗuis nõ creſcat ibi vinum, deportari tamen põt. Ad tertium de corruptione, dicendũ ꝙ ſi tanta eſt corruptio ꝙ trahat vinum extra ſpeciem vini, tunc de illo confici non poteſt. Si tamen non trahat, poteſt.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ar. 4. 3. p. q. 74. ar. 6 o. 1. Cor. 11. le. 6. co. 5.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ abſq; aqua ſanguis non poſſit conſecrari. Dicit Ciprianus ꝙ calix Dei non poteſt eſſe vinum ſolum, nec aqua ſola, niſi vtrũq; cõmiſceatur. Præterea. Aut Dominus appoſuit aquam aut non. ſi nõ, ergo non debet apponi. ſi ſic, ergo neceſſario ſicut & vinum debet apponi. Preterea. Materia conſecrationis panis nõ põteſt eſſe farina ſine aqua. ergo nec materia conſecrationis vini, vinum ſine aqua. Præterea. Quod cõmiſcetur ex duobus neutrũ eorũ eſt, vt Damaſc. dicit in. 3. lib. ſi ꝗ oportet aquam vino cõmiſceri, videtur

tur ꝙ materia huius ſacramenti non ſit vinum, ſed aliquid cõmixtum ex aqua & vino. Contra. Nihil qd transmutatur ante conſecrationẽ eſt de ſubſtantia ſacramenti. ſed aqua ante transmutatur ꝗ conſecretur. ergo &c. Preterea. Græci aquam non apponunt, & tamen conficiunt. ergo nõ eſt de ſubſtantia ſacramenti. Reſpõ. Dicendũ, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, pfectio ſacramenti euchariſtię cõſiſtit in ipſa cõſecratione corporis & ſanguinis chriſti, & non in vſu materiæ cõſecratæ, ſicut eſt in baptiſmo. Ideo ex parte materiæ illud tantum eſt de neceſſitate ſacramenti quod ſigñat corpus & ſanguinem chriſti. ſ. panis, & vinum. Id autem quod ſigñat vſum & effectum huius ſacramenti, vt aqua, quæ ſigñat vnionem corporis myſtici cum corpore chriſti vero, non eſt de neceſſitate huius ſacramenti. Vnde vinum ſine aqua poteſt conſecrari, ſed conſecrans peccat grauiter, ſi ſciẽter omittat. Ad illud Cipriani dicendum ꝙ non poteſt. i. non debet. Ad ſecundum dicẽdum ꝙ Dominus, vt creditur, propter fortitudinẽ vini illius terræ aquam appoſuit, non tamẽ eſt de ſacramenti neceſſitate, ſed de congruitate. Ad tertium de materia cõſecratiõis corporis, Dicendũ ꝙ nõ eſt ſimile, quia farina ſine aqua nõ eſt panis, ſed vinũ ſine aqua eſt vinũ. Ad q̃rtũ dicẽdũ ꝙ aqua dẽt apponi vino in tã parua q̃titate ꝙ neq; vinũ cõuertatur in aquã, neq; in tertiã ſpẽm cõpoſitã, ſed ipſa aqua cõuertatur in vinũ & vinũ in ſanguinẽ chriſti. Quidam tñ dicunt ꝙ aqua manet, & non conuertitur in aliud, ſed vinum tantum conuertitur in ſanguinem. Sed hæc poſitio, & contra naturam eſt, per quã videmus paruam aquam a multo vino abſumi, & contra ritum ſacramenti, quia poſt ſumptionem ſanguinis, iterum poteſt homo cõicare, qd nõ eſſet ſi aliquis potus corporalis ibi remaneret. Articulus quintus.

AD quintum ſic proceditur, & videtur ꝙ chriſtus ſeipſum i ſacramento ſumpſit: Nam ſuper illud Leui. 8. de ſanguine arietis dicit gloſ. Primo ſacerdos, deinde filii intingãtur, quia chriſtus prius in cęna ſanguinem ſuum accepit, deinde diſcipulis dedit: Bibit enim, & aliis bibere dedit. Præterea. Vt daret exemplũ baptizandi, prior ipſe baptiſmum ſuſcepit. ergo a ſimili, vt daret exemplũ cõmunicandi, quia difficilius eſt, primus cõmunicauit. Contra. Si manducauit, aut ſacrãliter tãtũ, aut ſpiritualiter. Si prio modo, indigniori ꝗ Apoſtoli. Si ſecũdo, ergo aliquem effectum maioris gratiæ, quàm habuerit, ibi percepit. ſed vtrũq; eſt falſum. ergo nullo modo ſeipſum in ſacramento ſumpſit. Preterea. Corpus paſſibile non poteſt mãducari ſine ſui lęſione. ſed corpus chriſti tunc erat paſſibile. ſi ergo ſeipſum mãducauit, proprium corpus lęſit. Præterea. Si tunc corpus chriſti mãducari potuit & conſecrari, pari ratione & quando in ſepulchro iacebat. ſed tunc erat inanimatum. ergo & abſq; anima in ſacramento fuiſſet, quod non videtur, cum forma ſacramenti eundem effectum haberet tunc ſicut & modo quãdo corpus animatum in ſacramento exiſtit. Rñ. Dicendum ꝙ ẜm quoſdam, Chrs nõ ſumpſit in cęna ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, ſed ſimplicem ſpeciem non conſecratam panis & vini. Secundum alios aũt videtur, propter glo. inductam, ꝙ ſumpſit ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, non propter indigentiam, ſed gratia exempli. Vnde ſumpſit modo

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 1. 3. p. p. 81. art. 1. o. q. 84. arti. 7. ad quartum.

ſacramentali tantum, non ſpirituali. Vnde ab antiquis verſus eſt factus. Rex ſedet in cęna turba cinctus duodena. Se tenet i manibus ſe cibat ipſe cibus. Ad primum ergo dicendũ ꝙ chriſtus comedit ſacramentaliter corpus, aliter tamen q̃ nos. Nam ipſe in ſacramento vidit rem ſacramenti, ſed non ex ſacramẽto in eam ducebatur. Nos autem econuerſo. Similiter autem comedit ſpiritualiter, ſed aliter q̃ nos: Nam in nobis cauſatur, & augetur gratia quantum ad habitum, qđ in chriſto non fuit, ſed in eo erat ſpiritualis refectio ſecundum actum, Et propter hanc differẽtiam, quidam dicunt ꝙ comedit ſacramentaliter, ſed non ſpiritualiter, quidam quod neutro modo. Ad ſecundum dicendum ꝙ corpus chriſti quãuis tunc eſſet paſſibile non tamen per comeſtionem lędebatur, quia lęſio corporis eſt per diuiſionem continuitatis ipſius. Non eſt autem ſub ſacramento ſecũdũ ſitum propriarum dimenſionum, ſed panis. Vnde quicquid ei ab extrinſeco põt accidere mediãte quãtitate, vt tangi, pati, crucifigi, & huiuſmodi non vere dicitur de eo ſecũdum ꝙ eſt ſub ſacramento. Vnde corpus chriſti in ſacramento erat paſſibile, non tamẽ ibi patiebatur: Nam paſſibile conuenit corpori ſecundum ſuam proprietatẽ, ſed pati per actum exterioris agentis. Hugo tamen dixit ꝙ chriſtus aſſumpſit tunc dotem impaſſibilitatis, quod nõ poteſt eſſe: Conſtat enim ꝙ in propria ſpecie paſſibilis erat. Idem autem nõ eſt ſimul paſſibile, & impaſſibile. Ad tertium, dicendum ꝙ quidam dicunt ꝙ in illo triduo non poterat corpus chriſti conſecrari, ſed forma erat ſuſpẽſa: Sed hoc vanum eſt, cum authoritate non confirmetur. Vnde dicendum eſt ꝙ ſi in illo triduo aliquis diſcipulorum conſecraſſet, fuiſſet ibi corpus ſine anima quia anima nõ eſt ibi ex vi ſacramẽti, ſed ex naturali cõcomitantia ad corpus, quæ tunc non erat, facta ſeparatione animę a corpore. Vnde nõ ſequitur ꝙ forma tũc fuerit minus efficax.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 4. quæſtiun. 1. 3. p. q. 76.

Diſtin. Duodecima.

Si autem quæritur.

Quæſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo an accidẽtia ſint ſine ſubiecto in hoc ſacramento virtute diuina.

Secundo an poſſint ſpecies frangi.

Tertio an poſſint conuerti in alimentum.

Quarto an per hoc ſacramentum virtutes augeantur, & peccata remittantur.

Articulus primus.

arti. 1. & primum

AD primum ſic proceditur, & videtur quòd accidentia virtute diuina non ſint ſine ſubiecto in hoc ſacramento: Deus enim non põt facere ſimul idẽ ineſſe & non ineſſe. g̃ cum accidentis eſſe ſit ineſſe, non poteſt facere accidens ſimul eſſe, & non ineſſe. Præt. Deus nõ põt diffinitionem a diffinito ſeparare, ſubiectũ vero cadit in diffinitione accidentis: qa accidẽs eſt quod adeſt & abeſt pręter ſubiecti corruptionem. ergo nõ põt accidens a ſubiecto ſeparare. Præt. Deus non poteſt facere vt accidẽs ſit ſimul ſubſtantia & accidens. ergo non poteſt facere vt diffinitio ſubſtantiæ prædicetur de accidente. ſed de ratione diffiniti vel ſubſtãtiæ eſt per ſe ſubſiſtere. ergo Deus non poteſt facere vt accidens ſubſiſtat per ſe. Contra. Non eſt ibi aliqua ſubſtãtia q̃ corpus chriſti. ſed accidentia illa non ſunt in corpore chriſti vt in ſubiecto. g̃ ſunt ibi

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 75. art. 5. o. q. 77. a. ti. 1. o. 4. contra. c. 63. 65. quol. 9. a. ticu. 5. o. op. 2. c. 8. 1. Cor. 11 l. 5. co. 5

ibi ſine ſubiecto non niſi virtute diuina. ergo &c. Præterea. Sicut per naturam non poteſt accidens ſeparari a ſubſtantia, ſic nec ſubſtantia ab accidente. ſed Deus ſeparauit ſubſtantiã a proprio accidente, vt ſolem ab illuminatiõe; vt patuit in morte chriſti. ergo a ſimili in eius ſacramento ſeparat accidens a ſubſtantia. Reſpon. Circa hoc fũt plures opiniones. Quidam dixerunt ꝙ in hoc ſacramento ſunt accidentia in ſubiecto, & hi diuiduntur: Nam aliqui dixerunt ꝙ ſunt in forma ſubſtantiali panis quæ manet. Sed contra hoc eſt quia nec forma panis manet, nec, ſi maneret, ſubiectum accidentium eſſe poſſet, quia q̃titas non reſpicit formam niſi ratione materiæ. Vnde formæ immateriales dimenſionibus carent, Alia vero accidentia mediante quãtitate referũtur ad ſubſtantiam. Alii vero dicunt ꝙ ſunt in aere circũfuſo. Sed hoc falſum eſt, cum duricies, & color, & huiuſmodi non ſint accidentia apta nata eſſe in aere; Et ideo alii dicunt ꝙ virtute diuina ſunt ibi accidentia ſine ſubiecto, & hoc ſic oſtendunt: Omnis enim cauſa primaria, vt habetur in li. de cauſis, plus eſt influẽs in cauſatum cauſæ ſecundariç q̃ cauſa ſecundaria. Cum ergo ſubſtãtia ſit ſecundaria cã accidentis, & Deus cauſa primaria: eſt enim cauſa ſubſtantiæ & accidentis, plus influit Deus in eſſe accidentis q̃ ſubſtantia. Vnde cum ſubtracta operatione cauſæ ſecundç maneat operatio cauſæ primæ, ſubtracta ſubſtantia nihilominus manet accidens per influentiam cauſæ primç. Vnde ſunt accidentia diuina virtute ſine ſubiecto. Sed duplex eſt ſubiectum accidentis. Quoddam primum, quod eſt ſubſtantia, aliud proximũ quod eſt accidens, vt ſuperficies eſt ſubiectum coloris. In hoc ergo ſacramento omnia accidentia ſunt ſine ſubiecto primo, quia ſine ſubſtantia, ſed quędam eorũ ſunt ſine ſubiecto proximo, vt quantitas q̃ immediate inhęret ſubſtantię, quædã vero ſine ſubiecto primo, vt qualitas, & cętera accidentia quæ inſunt ſubſtantiæ mediante quãtitate. Duplex autem ratio aſſignatur quare Deus faciat in hoc ſacramento accidẽtia eſſe ſine ſubiecto. Vna quo ad ſignificationem, quia ſpecies illę ſine ſubiecto exiſtentes expreſſius ducunt intentum fidelis hæc credentis in corpus Chriſti contentum ſub ſpeciebus. Altera quo ad cauſalitatem, quia hoc ſacramentum cibus eſt ſpiritualis. Vnde nõ decet vt cum hoc ſit ibi aliquis cibus corporalis. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ineſſe non dicit eſſe abſolutũ accidentis, ſed in ordine ad cauſam proximam. ſ. ſubſtãtiam cui ineſt: Eſſe nanq; cõmune eſt analogum ſubſtantiæ & accidenti, ſed non ineſſe: Subtracto vero ordine ad cauſam proximam nihilominus poteſt manere ordo accidentis ad cauſam primam, ſecundũ ꝙ eius eſſe non eſt ineſſe, ſed ab alio eſſe. Ad ſecundum de diffinitione, Dicendum ꝙ inclinatio accidentis ad ſubiectum duplex eſt, ſecundũ aptitudinem, & ſm actum. Prima inclinatio eſt de diffinitione accidentis. ſ. qd aptum natum eſt ineſſe alteri, ſecunda vero inclinatio accidentis ad ſubſtantiam non eſt de diffinitione eius. ſ. ꝙ actu inſit, quia diffinitio dicit aptitudinem, & non actum. Et ideo prima inclinatio accidentis ad ſubſtantiam non poteſt tolli ab eo, ſed ſecũda ſic. Vnde quãuis actu non inſit ſemper, tamen aptum natum eſt ineſſe, ſicut in aqua calida quãuis actu nõ ſit frigiditas, apta nata eſt tamen ineſſe. Ad tertium dicendum ꝙ per ſe ſubſiſtere po

teſt dupliciter intelligi. Aut ſecundũ aptitudinem,& ſic cadit in diffinitiõe ſubſtantiæ,aut ſecundum actum,& ſic non,quia partes diffinitionis intelliguntur ſecundum aptitudinem, non ſecundum actum,vt rationale mortale de homine. Exẽplum huius manet in anima quia ſubſtantia eſt, & tamen quãdiu eſt in corpore per ſe ſubſiſtere conuenit ei aptitudine,ſed nõ actu.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar. 3. 3.p. q.77.ar.7 o.4.cõtra c.67.op.1 c.8.primę Cor. 11.l. 5.co.4.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſpecies non ſint frangibiles:Forma enim ſine materia ſimplex eſt. ergo indiuiſibilis: ergo non poteſt frangi. Præterea. Sicut forma ſubſtantialis eſt in qualibet parte materiæ ita corpus chriſti totũ eſt ſub qualibet parte ſpecierum. ſed diuiſa materia ſecundum quantitatẽ diuiditur & per accidens forma. ſi ergo ſpecies diuiduntur in ſacramento, & corpus chriſti diuidetur, quod eſt inconueniens. Præterea. Signũ debet conuenire ſignato.ſed in ſignato.ſ. corpore chriſti glorificato nulla fit fractio.ergo nec in ſigno. Contra. Matth.26. dicitur ꝙ Dominus benedixit & fregit. ergo fuit ibi fractio.ſed non in corpore.ergo in ſpeciebus.Prçterea. Species illę retinent naturam panis:panis vero frangibilis eſt.ergo & ſpecies illæ. Reſpon. Dicendum ꝙ quidam dixerunt quod in ſacramento iſto non eſt fractio,ſed tantum videtur. Sed hoc non poteſt eſſe,quia ſenſus in hoc ſacramẽto nõ decipitur in propriis ſenſibilibus,neque in cõmunibus,ſed ſolum in ſenſibilibus per accidẽs, quorũ iudiciũ ad ſenſum non pertinet, ſed magis ad rationem,vel æſtimationem. Continuũ autem,& numerus,per quæ fractio diiudicatur,ſunt de ſenſibilibus cõmunibus:Et ideo alii dicunt ꝙ eſt ibi fractio,ſed non in ſubiecto. Sed hoc nõ poteſt eſſe,cum albedo,quæ eſt perfectius ens ꝗ paſſio,nõ ſit ibi niſi in ſubiecto: Et ideo dicendum ꝙ eſt ibi vera fractio,& ſubiectũ eius ſunt dimenſiones,quia fractio omnis eſt quędam diuiſio:Diuiſio vero eſt paſſio quanti, vt eſt quantum.In ſacramẽto vero eſt aliquod quantum per modum quanti,vt ſpecies,aliquid vero eſt ibi quantum,ſed non per modum quanti, vt corpus chriſti. Ideo dicendum eſt ꝙ fractio,ſiue diuiſio,fit in ſpeciebus nõ in corpore. Ad primum ergo dicẽdum ꝙ quãuis ſit ibi forma ſine materia,non tamen ſine modo materiæ, cum retineat dimenſiones priſtinas,& modum ſubſiſtendi. Ad ſm dicẽdũ ꝙ nihil quod attribuitur corpori mediante ſua quantitate competit corpori chriſti ſecundum ꝙ eſt in ſacramento,vnde nec fractio: Nec eſt ſimile de forma ſubſtãtiali materiali quæ comparatur ad materiam aliquo mõdo mediantibus dimẽſionibus interminatis,& propter hoc diuiditur per accidens ad diuiſionem corporis.Nõ autem forma ſpiritualis, vt anima rationalis,& ſimiliter nec corpus chriſti quod non comparatur mediantibus ſuis dimenſionibus ad ſacramentum. Ad tertium de ſigno,Dicendum ꝙ cõuenientia ſigni ad ſignatum eſt in repræſentando,non in eſſendo: Circulus.n.poſitus ante tabernam vbi vinũ venditur,non eſt in vino.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar.2.q̃ſtiũ cu.4. 3.p. q.77.ar.6 o.4.cõtra c.66.primę Cor.11.l. 4.6.

AD tertium ſic proceditur,& videtur ꝙ ſpecies quę in hoc ſacramento remanẽt nutrire nõ poſſint:Nutrimentum enim immutat id quod nutritur.ſed ſpecies ſine ſubſtãtia exiſtentes non poſſunt immutare aliquod corpus,cum omne agẽs agat ſibi ſimile,corpus autem aliud nõ po teſt

teſt fieri ſpecies ſine ſubſtantia. ergo ſpecies nutrire non poſſunt. Praetere a. Facilius eſt aliquid alteri permiſceri q̃ in ipſum cõuerti, ſed huiuſmodi ſpeciebus nõ poteſt aliquid aliud permiſceri, quia accidens ſubſtantiae non permiſcetur, vt patet per Philoſophũ in primo de generatione. ergo multominus ſpecies iſtae poſſunt conuerti in ſubam nutriti. Praet. Omnis cibus qui nutrit in corpus tranſit, & ſuperfluitates ex eo reſoluũtur, ſed cibus iſte non vadit in corpus, vt Ambro. dicit in litera. ergo non nutrit. Sed contra eſt quod dicitur in glo. 1. Cor. 11. ſuper illud, Alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt, ꝙ aliqui ex vſu huius ſacramenti inebriantur. Praeterea. Inno. dicit. In quo ſimilitudo deficeret, in eo ſacramentũ nõ eſſet ſi ibi non eſſet, ſed ibi ſacramentum ſe proderet, & locum fidei auferret. ſimilitudo autem non eſſet ſi non nutriret, ſicut alius panis. ergo hoc ponendo ſequitur inconueniens praedictum. Reſpon. Dicendum ꝙ quidam dixerunt ꝙ ſpecies illae non nutriunt, ſed reficiunt & inebriant ex ſola immutatione accidentali, ſicut aliqui inebriantur vel reficiuntur ex ſolo odore vel ſapore: Sed contra hoc eſt ꝙ odor & ſapor, & ſi famẽ leniant non tamen naturam ſuſtentant, quod tamen ex vſu huius ſacramenti accideret ſi in magna quantitate ſumeretur. Vnde quaſi cõmuniter dicitur ꝙ nutriunt ſicut alii cibi per hoc quod conuertuntur in ſubſtantiam nutriti. Quod quidem ex hoc apparet verũ ꝙ in alias res conuerti poſſunt huiuſdi ſpecies, ſicut in vermes per putrefactionem, & in cinerem per combuſtionem, & pari ratione in carnem & ſanguinem per comeſtionem. Modum tamen huius conuerſionis quidam aſſignant dicentes ꝙ ſubſtantia panis redit, quod non poteſt eſſe, ſi ſubſtãtia panis proprie accipiatur: Non enim ẽ ibi ſubſtãtia panis ſpẽbus panis corruptis, nec iterum remanẽtibus, quia adhuc durat ibi corpus chriſti. Si vero per ſubſtantiam panis materia intelligatur, ſic poteſt intelligi panis redire, inquantum materia panis redit, quae non poteſt intelligi eadem numero, quia ſi totus panis conuerſus eſt in corpus chriſti, nõ poteſt redire aliqua pars panis, niſi intelligatur ꝙ corpus chriſti cõuertatur in panem, quod eſt abſurdum: Poteſt tamẽ intelligi ꝙ alia numero materia diuina virtute reſtituatur, vel per corruptionem alterius corporis, vl' per nouam creationem, quorum tamen primo contradicit ſenſus, ſecundo vero ſanctorum dicta, quae dicunt nihil de nouo creari quantum ad materiam corporalem. Et ideo aliis videtur ꝙ ſicut illis ſpeciebus diuina virtute praeſtatur vt ſubſiſtere poſſint, ita etiã cũ hoc ſimul eis praeſtatur vt omnem actionem & paſſionem habeant & virtutem quam haberent ſubſtãtię, ſi ibi remanerent, & hoc propter latentiam ſacramenti, ne ſi deprehendatur euacuetur fides. Ad primum ergo dicendum ꝙ proximum principium actiõis naturalis eſt qualitas, qua mediante etiam forma ſubſtãtialis agit. Qualitas autẽ in hoc ſacramento nõ manet in ſubiecto ſicut ante erat, ſed in dimenſionibus, quibus mediãtibus in ſubſtantia eſt quęlibet virtus. Ergo illa actio quam qualitas panis vel vini habebat, ex praeſentia ſubſtãtiae habet in ſacramento virtute diuina ad immutandum etiam ſubſtantialiter. Nec oportet quod mutatio fiat in ſimilitudinem ſpecierum, ſed in ſimilitudinem ſubſtãtiae cuius virtute agũt.

Ad ſecundum dicendum ꝙ ſecundum naturam accidens in ſubſtantiam conuerti non poteſt ſicut nec ſubſiſtere. Vtrūq; autem in hoc ſacro fit virtute diuina. Ad tertium dicēdū ꝙ circa mixtionem eſt triplex opinio: Quidā nanq; dicunt ꝙ quicunq; liquor addatur ſpeciebus vini in quacūq; quantitate, deſinit ibi eē ſanguis chriſti. Alii vero ꝙ in quacūq; quātitate apponatur liquor alius, adhuc eſt ſub partibus vini ſanguis chriſti. Tertii dicunt medio modo ꝙ ſpecies illæ eodē modo corrumpuntur vel manent facta additiōe alterius liquoris, ſicut fieret quando eſſet ſubſtātia vini, & quādiu manēt eędem ſpecies numero vel ſpecie in toto & in parte manet ibi ſanguis chriſti, facta vero mutatione nō manet. Ad quartū dicēdum ꝙ verbū Amb. referendum eſt ad corpus chriſti, quod continetur ſub ſacramento, non autem ad ſpecies.

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. articu. 4. q. incula. 5. 3. p. q. 77. articu. 8. o. quol. 10. ar. 3. o.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. arti. 2. 3. p. q. 79. art. 4. o. q. 87. ar. 3. c.

Articulus quartus.

Ad quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ per hoc ſacrm̄ non dimittantur peccata venialia. Qua ratione remittit vnum, eadem ratiōe remittit omnia. ergo poſt communionē poſſet aliquis dicere ſe nullum habere peccatū. qd ē cōtra illud 1. Io. 1. Si dixerimus ꝙ peccatum &c. Pręterea. Sacramentum cauſat remiſſionem culpæ per gratiam quæ in eo infunditur. ſed gracia opponitur peccato mortali magis ꝙ̄ veniali. ergo, ſi euchariſtia delet venialia, multo magis debet delere mortalia. Præterea. Homines quotidie in peccata venialia labuntur. ſi ergo ſacramentum remiſſionē venialium operatur, videtur ꝙ ſit quotidie accipiendum. Præterea. Videtur quòd per hoc ſacramentum non augeantur virtutes: Si enim ibi virtutes augētur, ergo imperfectus frequenter celebrando cito poteſt fieri perfectus. Contra. Secundum Diony. Euchariſtia habet virtutem perfectiſſimam. nihil autem perficitur niſi per augmentum virtutis. ergo euchariſtia auget virtutes. Præterea. Inno. tert. dicit. Euchariſtia liberat a malo, cōſeruat in bono, delet venialia, & cauet mortalia. Reſpon. Dicendum ꝙ proprius effectus cuiuslibet ſacramenti debet aſſumi ex ſimilitudine naturalis effectus materiæ ſacramēti illius, ſicut expurgatio veteris vitę quę fit in baptiſmo ſimilis eſt expurgationi exteriorū ſordium per aquam: Eſt enim effectus baptiſmi expurgatio veteris vitæ. Et iō, cum materiale in hoc ſacramento ſit cibus, oportet ꝙ effectus proprius huius ſacramenti accipiatur ſecundum ſimilitudinem ad effectum cibi. Cibus autem corporalis primo in cibatum conuertitur, & ex conuerſione deperdita reſtaurat, & quantitatem auget. Sed cibus ſpiritualis nō cōuertitur in manducantem, ſed eum ad ſe conuertit. Vnde proprius effectus huius ſacramenti eſt conuerſio hominis in chriſtum, vt dicat cum Apoſtolo, Viuo ego iam nō ego, viuit vero in me chriſtus, Gal. 2. Et ad hoc ſequuntur duo effectus. ſ. augmentum ſpiritualis quantitatis in augmento virtutum, & reſtauratio deperditorum in remiſſione venialium, & reparatio cuiuſcūq; defectus pręcedentis. Ad primum, Qua rōne, &c. dicendum ꝙ non ſequitur, quia remiſſio venialis fit per nouum motum, non per nouum habitū ſemper. Vnde poteſt remiſſio vnius fieri ſine remiſſione alterius, ſecundū ꝙ homo magis diſpoſitus eſt ad vnius remiſſionem ꝙ̄ alterius. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſicut alimentum naturale

le ſe habet advitam naturalem,ſic ſpirituale ad ſpiritualem.Alimētum vero naturale prodeſt viuenti,non mortuo,ſimiliter alimentum ſpirituale. Ideo dicendum eſt ꝙ non delet mortalia,niſi forte oblita. Ad tertium dicendum ꝙ in hoc ſacramento duo requiruntur:Deſiderium coniunctionis ad chriſtum,& reuerentia ſacramēti, quorum primum inclinat ad ſumendum,ſecundum ad abſtinendum: Sed quia amor timori præponderat, cæteris paribus laudabilius eſt ſumere q̄ abſtinere, dumtamen ex frequenti ſumptione amor intendatur, & reuerentia non minuatur, alias laudabilius eſſet aliquando abſtinere. Vnde in hoc vnuſquiſq; ſuo iudicio relinquitur,ita dũtaxat vt tempus ab eccleſia inſtitutum non prætergrediatur,ſed ad minus ſemel in anno communicet. Ad quartum,de imperfecto, dicendum ꝙ imperfectus debito modo accedendo, per ſacramentum hoc perfectus fieri poteſt.

Diſtin. Tertiadecima.

Solet ēt quæri &c.

Queſtio vnica.

Hic quæruntur quinq;.

Primo quis poſſit conficere.

Secundo an ſine ritu eccleſiæ poſſit confici.

Tertio an miſſa boni ſacerdotis ſit melior q̄ mali.

Quarto an brutũ ſumat corpus chri.

Quinto quid faciat hereticum.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur quòd hereticus precisus ab eccleſia non poſſit conficere. Fides in omnibus ſacramentis eſt fundamentum.vbi ergo deficit fides,& ſacramentum.ſed in tali deficit fides,ergo & ſacramentum. Preterea, Videtur quòd degradatus non poſſit conficere: Manus enim amputata vel ligata,nec bene,nec male poteſt operari.ſed in talibus poteſtas eſt amputata,vel ligata,ergo nec bene nec male poteſt conſecrare. Preterea. Videtur quòd nec ſchiſmaticus. Hoc ſacramentum eſt ſacramētum vnionis. ſed ſchiſmaticus eſt diuiſus ab vnitate eccleſiæ.ergo non poteſt ſacramētum vnionis conficere. Præterea. Videtur quòd nec ſacerdos malus. Priuilegium meretur amittere qui cõceſſa ſibi abutitur poteſtate. ergo amittit priuilegium conſecrandi.ergo non conſecrat. Contra. Sicut dicit magiſter in litera,tria ſolũ ex parte miniſtri requiruntur.ſ. ordo ſacerdotalis,intētio, verborum prolatio. ſed hæc omnia poteſt habere hereticus,degradatus,ſchiſmaticus,& malus ſacerdos.ergo quilibet eorum poteſt conſecrare. Reſpon. Sicut Augu. dicit, ſacramentum hoc non in merito conſecrantis,ſed in verbo perficitur creatoris,&virtute Spirituſſancti. Vnde cum hec quatuor occurrunt.ſ. debita forma, debita materia,debitus ordo,debita intentio,quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, hoc ſacramentũ perficitur,quãtacunq; interueniat malitia conſecrantis,quia eius meritum vel demeritum nõ operatur ad ſacramenti conſumationem. Ad primũ, Fides eſt fundamentum &c. Dicendũ quòd verum eſt de fide eccleſiæ,& hãc oportet habere,ita quòd intendat facere quod facit eccleſia. Non tamen exigitur fides ſpecialis miniſtri. Ad ſecundum dicendum quòd non eſt ſimile de manu ſpirituali, & corporali,quia manus corporalis, cum ſit in poteſtate noſtra, poteſt ligari totali-

In alio ſcript. vt hic.q.i.ar i.1.qſtiun

cu.2.et.3. 3.p.q.32. arti.7.0. quol. 12. ar.16.

ter. Spiritualis autem, nec ſimpliciter, nec totaliter poteſt ligari, cum nō ſit totaliter in poteſtate noſtra, eo ꝙ p̄ ordinem imprimitur character nō in corpore, ſed in anima, in quam ſolus Deus agere poteſt. Ad tertium, Schiſmaticus eſt diuiſus, Dicendum quòd in ſchiſmatico eſt duo conſiderare. ſ. vitium ſchiſmatis, & dignitatem ordinis. Ratione primi eſt diuiſus, & ſic nō poteſt conſecrare, ſed ratione ſecūdi poteſt. Ad quartum ꝙ malus meretur, Dicendum ꝙ verum eſt, ſed ex benignitate Dei eſt ꝙ non ſubtrahat donum tale: Bōa enim gratiæ gratis datæ non ſubtrahit Deus peccatoribus. Vnde quāuis hi quatuor habeant poteſtatem conſecrandi, non tamen habent ius exequendi, ſed tres iſtorum, nec quo ad Deum, nec quo ad nos, ſed malus in facie eccleſiæ non eſt priuatus, quāuis quo ad Deum.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar. 2. quæſtiuncu. 5.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſine ritu eccleſiæ non poſſit confici: Quia qui conficit extra formam eccleſię, non conficit, ſed veſtes, & altare, & huiuſmodi ſunt de forma eccleſiæ. ergo ſine eis nō poteſt confici. Præterea. In rebus ſecularibus contractus celebratus cōtra ſtatuta principum, irritus cenſetur. ergo ſimiliter videtur dicendum in rebus ſpiritualibus. ergo qui celebrat cōtra ſtatuta ſummorum pontificum, nihil agit. Præterea. Qui hoc omittit non habet intentionē faciendi quod facit eccleſia, vt videtur. ergo non conficit. Contra. Ea quę ſunt de eſſentia ſacramenti ſunt eadē apud omnes. ſed ritus conficiendi nō eſt idem apud omnes. ergo &c. Præterea. In baptiſmo ſi omittantur ea quæ ſunt de ſolēnitate ſacramenti non eſt irritum ſacramentum. ergo ſimiliter in hoc ſacramento. Reſpō. In hoc ſacramento, ſicut & in omnibus aliis, quędam ſunt ſubſtantialia, quædam accidentalia. Subſtantialia ſunt quatuor. ſ. materia panis, & vini, forma verborum, ordo miniſtri, & intentio. Alia accidentalia ſunt pertinentia ad decorem, & ſolēnitatem ſacramenti. Vnde in illis non eſt idē modus apud omnes eccleſias. Dicendum eſt ergo ꝙ ſi aliquid de ſubſtātialibus omittatur, ſacramētum non cōficitur. Si vero aliquid de accidentalibus ſolum, cōficitur, ſed grauiter peccat qui ſcienter omittit, quia facit cōtra præceptum eccleſiæ. Ad primū de forma, Dicendum ꝙ illud intelligitur de forma eſſentiali a Chriſto tradita, non de accidentali. Ad ſecundū de cōtractibus, dicendum ꝙ ſimiliter in contractibus quędam ſunt de neceſſitate, & hæc omiſſa vitiant contractum, quędam de ſolēnitate tantum, & hæc non vitiant. Ad tertium dicēdum, ꝙ ſufficit intentio facientis in his quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, non tamen oportet quod aſſit in accidentalibus.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar. 1. q̄ſtiū cu. 4. 3. p. q. 82. ar. 6

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ plus valeat miſſa boni ſacerdotis q̄ mali: Dicit enī philoſophus in lib. topi. quòd plura bona paucioribus magis ſunt eligenda. ſed in miſſa ſacerdotis boni plura ſūt bona, quia ibi meliores preces. ḡ eſt magis eligenda. ergo eſt melior. Præterea. Dicit canon quòd nullus audiat miſſam ſacerdotis quem ſcit manifeſte concubinam habere. hoc autē nō diceret ſi eius miſſa eēt ęque bona ſicut alicuius ſancti viri. ergo &c. Præterea. Quod fructuoſius eſt, illud eſt melius.

melius. ſed miſſa boni ſacerdotis eſt fructuoſior, quia melius exauditur, & maiorem habent deuotionem homines ad eam. ergo eſt melior. Cõtra. Poteſtas excellentiæ licet potuerit dari miniſtris, non tamen eſt data, ne ſeruus in conſeruo ſpem poneret. ergo non eſt melius ſacramentum miniſtratum a bono q̃ a malo. Præterea. Vbicunq; virtus Dei, & nõ homo operatur, non fit per hominem opus melius vel peius. hic autem Deus, & non homo operatur. ergo &c. Reſpon. In miſſa quædam ſunt de ſubſtantia miſſę. ſ. ea in quibus conſiſtit cõſecratio. Quædam vero ſunt de bene eſſe, vt orationes, & huiuſmodi. Quo ad ea quæ ſubſtantialia ſunt ęque bona eſt miſſa ſacerdotis mali ſicut boni, q̃tum ad aliud aũt, non. Ad primũ, Plura bona &c. Dicendum ꝙ eligibilior eſt miſſa boni ſacerdotis q̃ mali, non quantum ad ea per quæ conficitur ſacramẽtum, quãuis quãtum ad ea quę circũſtant ſacramentũ, ſicut ſunt orationes, & huiuſmodi. Ad ſecundum de concubinario, Dicendum ꝙ hoc dr̃ in deteſtationem criminis celebrãtis, non miſſæ quæ celebratur. Ad tertium, Miſſa boni ſacerdotis, Dicendum ꝙ ꝑ hoc probatur quòd ſit melior quãtum ad interceſſionẽ ſeu orationem, non tamen quantum ad ſacrificium.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. d. 9. ar. 2. q̃ſtiũcu. 2. 3. p. q. 80. ar. 3 ad tertiũ.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ brutum non poſſit ſumere corpus Domini, quia ita dicit magiſter hic, ꝙ hoc ſacramentũ non ſumitur a brutis. Prȩterea. Maioris dignitatis eſt hoc ſacramentum q̃ baptiſmi. ſed licet brutum ſuſcipiat ablutionem exteriorem, nunquam tamen ſumit rem ſacramenti interiorẽ. ergo multo magis, quãuis ſuſcipiat ſpecies huius ſacramenti, non tamẽ rem. Præterea. Quãuis vox audiatur a bruto non tamen eius ſignificatio percipitur. ergo a ſimili, quãuis ſumat ſpecies, non tamen ſumit corpus chriſti. Contra. Corpus chriſti ſpeciebus inſeparabiliter eſt vnitũ. ergo vbicũq; ſũt ſpecies, & corpus. ſed ſpecies trahũtur in ventrem bruti. ergo & corpus. Præterea. Plus deteſtatur Deus culpam q̃ naturam. ſed non refugit culpam peccatoris. ergo multominus naturã bruti animalis. Reſpon. Circa hoc duplex eſt opinio: Quidam enim dicunt ꝙ ſumit ſacramẽti ſpecies, ſed non corpus Chriſti, quia ſub ſpẽbus nõ eſt corpus chriſti, niſi vt ordinabile ad humanum vſum, & ad cibandũ ſpiritualiter, ſed ſi ad hoc nõ ordinatur deſinit ibi eẽ. Hoc autem videtur derogare veritati ſacramenti ad quam ſpectat vt conſecratio tãdiu perſeueret quãdiu ſpecies illę manent, ſicut & in aliis ſacramentis eſt, vt in oleo conſecrato, & in aliis huiuſmodi: Et ideo alii dicũt ꝙ brutum ſumit ſpecies, & rem contentam ſub ſpẽbus, nõ tamen ſumit ſpiritualiter, nec ſacramentaliter, ſed corporaliter tantum. Alii vero dicunt ꝙ nõ ſumit vt ſpecies, ſed vt rem, & ſecũdum hanc opinionem dicendum ad illud magiſtri quòd non ſumit vt ſacramentum, ſed vt rem. Ad ſecundũ de bap. dicendum ꝙ nõ eſt ſimile, qa quod eſt res & ſignum in baptiſmo. ſ. character non cõtinetur ſub exteriori ablutione, ſed hic ſub ſpẽbus continetur verum corpus Chriſti. Ad tertium de voce dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia ſignificatũ vocis non continetur ſub ea, ſed tantum repręſentatur, ſicut ſignificatum ſpecieꝝ cõtinetur ſub ſpeciebus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. ſcda ſcdæ. q. 11 ar. 2. 0. 1. Cor. 11. l. 4. c. 2.

Articulus quintus.

AD quintum ſic proceditur,& videtur ꝙ hęreſis nõ dicat peruerſitatem fidei: Hęreſis enim,vt dicit Iſido.idem eſt ꝙ diuiſio.diuiſio autẽ opponitur vnioni,quę fit per charitatẽ, quia amor eſt virtus mutua , vt dicit Diony.ergo hęreſis magis ad peruerſitatem odii q̃ fidei pertinet. Præterea. Superſtitio religioni opponitur,nõ fidei.ſed hęreſis ſuperſtitio dicitur.ergo magis ad peruerſitatem religionis q̃ fidei pertinet. Præterea. Hiero.dicit ꝙ ex verbis inordinate ꝓlatis incurritur hæreſis. ſed fides non conſiſtit in verbis oris, ſed in aſſenſu cordis.ergo hęreſis non dicit peruerſitatem fidei. Contra.Hęreſis eſt peccatum.ergo alicui virtuti opponitur. ſed nõ niſi fidei.ergo hęreſis dicit peruerſitatem fidei. Reſpon. Hęreſis diuiſio interprętatur . Quia ğ prima adunatio fidelium eſt per fidem, ideo diuiſio a cõmuni fide ſpecialiter hęreſis appellatur.Quia vero nullus a diſpoſitione nõminatur ſimpliciter ſed a perfecto habitu,ideo non quicunq̧ deuiat a cõmuni fide ſed qui pertinaciter deuiat , proprie hęreticus dicitur.Vnde ad rationem hęretici duo concurrunt.Vnum.ſ.error in ratiõe, quod eſt hæreſis initium. Alterum.ſ. pertinacia in voluntate, quod eſt hæſis complementum.Tales ergo ꝓprie dicuntur hęretici,qui errori rationis in his quæ ſunt fidei admiſcent pertinaciam voluntatis. Ad primũ,Charitas facit vnionem,Dicendum quod facit complemẽtum vnionis,ſed principium vnionis eſt ex cognitione: Et ideo diuiſio quæ eſt in fide hęreſim cõſtituit. Ad ſecundum dicendum ꝙ fides eſt principium eorum quæ ad religionem requiruntur, quia omnis religio ſiue cultus Dei eſt quædam fidei proteſtatio.Vnde quod religioni opponitur,opponitur fidei.Ad tertium de Hiero. Dicendum ꝙ inordinatam ꝓlationem vocat qñ quis ita ſentit, & defendit: Et ideo in actu cordis nõ oris conſiſtit hęreſis.

Diſtin. Quartadecima.

Poſt hæc de pœnitentia agendum eſt.

Quæſtio vnica.

Hic quęruntur quinq̧.
Primo de neceſſitate pęnitentię.
Secundo vtrum pœnitentia ſit ſacramentum.
Tertio vtrum ſit virtus.
Quarto de effectu pœnitentiæ.
Quinto vtrum per pœnitentiam opera mortificata reuiuiſcant.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. arti. 5. 3. p. q. 84. art. 5. 0. 4. cõtra. c. 72.

AD primum ſic proceditur , & videtur quòd non ſit pœnitentia neceſſaria.Super illud Pſal. 125. Qui ſemi.in la.&c.dicit glo. Noli eſſe triſtis,ſi adſit tibi bona volũtas, vnde metitur pax.ſed aliquis põt habere bonam voluntatem ſine dolore pœnitẽtiæ,& ſine actuali conſideratione peccatorum ſuorum.ergo pœnitẽtia nõ eſt peccatori neceſſaria ad ſalutem. Præterea. Sicut ſe habet auerſio a Deo ad dãnationem, ita cõuerſio ad Deum ad ſalutẽ.ſed auerſio a Deo ſine omni delectatione poteſt eſſe cauſa dãnationis.ergo conuerſio ad Deũ ſine omni dolore pœnitentiæ poteſt eſſe cauſa ſalutis,& ſic idem qd prius. Præterea. Lu.7.ſuper illud,Dimiſſa ſunt ei peccata multa,dicit gl. De ardore charitatis rubiginem peccatorũ in ea conſumpſit.ſed aliquis põt conuerti ad Deum per ardentem charitatem ſine hoc quod cõuertatur ad peccata per pęnitentiam.ergo ſine pęnitentia

tentia poteſt aliquis ſalutem cõſequi poſt peccatum. Contra. Auguſt. dicit in lib. de pœnitentia. Nemo ſuæ voluntatis arbiter conſtitutus poteſt inchoare nouam vitam, niſi pęniteat eum veteris vitæ. ſed nullus poteſt cõſequi ſalutem ſine nouitate vitæ. ergo ſine pęnitentia nullus ſaluari põt. Præterea. Sicut baptiſmus ordinatur cõtra originale peccatum, ita pœnitentia contra actuale. ſed nemo poteſt ab originali mundari, niſi per baptiſmũ, vel actu ſuſceptũ, vel propoſito. ergo nec ab actuali ſine pęnitentia. ğ eſt neceſſaria. Rñ. Manente cauſa manet effectus. Cauſa autem quare aliquis priuatur gratia per peccatum eſt iniquitas peccatoris qua Deũ offẽdit. ſ. qua peccator ſubtrahit Deo qd debitũ erat. Vnde quãdiu iſta iniquitas ad æqualitatem non reducitur, non poteſt priuatio gratiæ ceſſare. Hoc autem facit pœnitentia per ſuũ actum, quia Deo debitum ſubtractum per offenſam, reſtituit per emendam. Vnde ſine actu pęnitentiæ peccatori ſalus eſſe non poteſt. Ad primũ, aliquis poteſt habere, Dicendum ꝙ falſum eſt, quia bona voluntas, quæ ad pacem æternam ſufficit, ſine pœnitentia eſſe non poteſt, quia non eſt ad æqualitatem iuſtitiæ reducta. Ad ſecundum ꝙ auerſio a Deo ſine omni delectatione põt eſſe cauſa dãnationis, dicẽdũ ꝙ q̃uis nõ ſemper habeat delectationem ſenſibilem, habet tamen quandam plàcentiam volũtatis, & ſimiliter oportet quòd conuerſioni ad Deum adiungatur diſplicentia, & hic dolor pęnitentiæ dicitur. Ad tertium, Aliquis poteſt conuerti ad Deum, dicendum ꝙ falſum eſt, quia ſicut inter homines nõ reſtituitur amicitia per offenſam ſoluta, niſi per aliquem de offenſa dolorem, ita nec charitas, quæ eſt amicitia hoĩs ad Deum, poſt peccatum reſtituitur niſi per pœnitentiam.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ pœnitentia non ſit ſacramentnm. In omni ſacramẽto nouæ legis eſt aliqua materia elementi viſibilis, quę eſt ſignum, & cauſa gratiæ. ſed in pœnitentia nihil tale eſt. ergo non eſt ſacramentum no. leg. Præterea. In prima diſtin. dicit Magiſter. Sacramenta no. leg. conſiſtunt in rebus & verbis. hic autem nulla eſt certa & determinata forma verborũ. ergo non eſt ſacramentum. Contra. Numeratur inter ſeptem ſacramenta no. leg. &c. Præterea. Sacramẽta ſunt medicinæ diuinitus inſtitutæ ſpiritualium morborũ. ſed præcipua medicina huiuſmodi morborum pœnitentia eſt. ergo &c. Reſpond. Secundum Hugonem, Sacramentum eſt in quo diuina virtus ſub tegumento rerum ſenſibilium ſecretius operatur ſalutem. Cum ergo diuina virtus in pœnitentia ſub tegumento rerum ſenſibilium. i. actuum extrinſecorum ſecretius operetur ſalutem, pœnitentia eſt ſacramentum. Ad primum dicendum de materia ſenſibili ꝙ materia ſenſibilis accipitur large pro omni re ſenſibili, ſiue ſit exterior ſubſtantia ſiue actio humana. Ad ſecundũ de verbis dicendum ꝙ in pœnitẽtia, ſecundum ꝙ eſt ſacramentũ, ſunt res verba. Verba quippe ſunt in confeſſione & abſolutione. Sed non requiritur tanta verborum determinatio, quia nõ eſt hic aliqua materia verbo ſanctificanda.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. artic. 1. 3. p. q. 84. art. 1. 0.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ pœnitentia non ſit virtus, quia pœnitentia eſt dolor. ergo

In alio ſcript. vt hic. q. 1.

ar.1.quæ ſtiuncu.1. 3.p.q.85 ar.1.o.

pœnitentia non eſt virtus. Prętcrea. Qui habet vnam virtutem habet omnes: ſed pęnitentia non eſt in innocentibus, in quibus ſunt aliæ virtutes. ergo &c. Prętcrea. Omnis virtus eſt de bono, & de difficili. ſed pęnitentia eſt de malo. ergo nõ eſt virtus. Contra. Non meremur niſi actu virtutis: actu vero pœnitentiæ meremur. ergo eſt virtus. Prætcrea. Contraria mutuo ſe expellunt. ergo, cũ pęnitentia expellat vitium, ipſa eſt virtus. Reſpon. Dicendum ꝙ in pœnitentia ſe habet homo vt recipiens recõciliationem a Deo per miniſtros eccleſiæ, & ſic eſt ſacramentum, & vt agens ad hanc recõciliationem, & ſic eſt virtus, quia ille habitus eſt virtus cuius actus ex recta electione ꝓcedit: Secundum enim philoſophum, principale in virtute morali eſt electio. Sed actus pęnitentiæ, qui eſt emendare peccatum ſub ſpeciali ratiõe vt eſt Dei offenſa, ex recta electione procedit, ergo eſt ſpecialis virtus. Sed quia non habet Deum pro obiecto, iõ non eſt virtus theologica ſed moralis. Harum autẽ ſunt duo genera: quia quædam reſpiciunt Deum vt finem remotum, vt temperantia, quę habet paſſiones pro materia, & quietem animi ꝓ fine proximo, ſed hanc vlterius ordinat ad Deum. Quædam reſpiciunt Deum vt finem proximum, vt latria, quę aliquas ſeruitutis proteſtationes, exhibet in Dei honorẽ, et de hoc gñe eſt pœnitentia, quia ad hoc in peccata emendanda mouetur vt Deo recõcilietur. Reducitur autẽ ad iuſtitiam, non vt pars eius ſubiectiua, cum in ea non ſeruetur ſimpliciter ęqualitas: inter Deum enim & creaturam maxima eſt diſtantia, iuſtitia autem ęqualitas eſt, ſed ſeruatur in ea aliquis modus ęqualitatis, non quantitatis, ſed proportionis, quia non quantum eſt debitum, ſed quantum eſt poſſibile reddit Deo in emendam. Vnde nõ eſt ibi ſimpliciter iuſtum, ſed dominatiuum iuſtum, quod ſecundum philoſophũ, eſt inter dominum, & ſeruum. Ad primum dicendum quòd pęnitentia ęquiuoce accipitur, prout eſt habitus in voluntate exiſtens, & ſic eſt virtus, vel prout eſt paſſio in parte ſenſitiua exiſtens, & ſic nõ eſt virtus: Quãuis.n. vtroq; modo ſit dolor in pęnitentia, non tamẽ vtroq; modo eſt paſſio, ſed ſolum ſecundo modo: Dolor vero, q̃ eſt ĩ pęnitẽtia primo modo accepta, non eſt paſſio, ſed voluntatis actus. Ad ſecundum de innocentibus dicendum ꝙ falſum eſt: Nam in eis eſt virtus pœnitentiæ, ſed non vſus, quia nõ ſubeſt materia, ſicut in paupere liberali liberalitas. Ad tertium, Virtus eſt de bono, dicendum ꝙ hoc intelligitur tanq̃ de actu, non tanq̃ de materia actus: Nam virtutes aliquæ, vt temperantia, conſiſtũt in retrahẽdo a malo, & actus retrahendi bonus eſt, q̃uis materia non ſit bona.

Articulus quartus:

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ p pęnitentiã non tollantur peccata. Ad Heb.10. Voluntarie peccantibus nobis poſt acceptam notitiã veritatis iam non relinquitur hoſtia pro peccato. ſed in pœnitentia homo ſe offert hoſtiam Deo, Vnde in Pſal.50. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus. ergo peccata eorum qui lapſi ſunt poſt notitiam veritatis pœnitentia non delet. Præt. Vr ꝙ nec virtutes reſtaurentur. Pœnitentia cum aliis ſimul virtutibus infunditur. ergo non per ipſam reparãtur. Præterea. Facilius eſt peccato futuro reſiſtere q̃ pterita deſtruere.

In alio ſcript. vt hic. q.1. ar. 1.3.p. q.86.ar.1. o.3. cõtra c.156.op. 3.c. 146.

In alio ſcript. vt hic.q.2.ar tic.2.3.p. 3.89.ar. 5.

re,ſi ergo pœnitentia peccata præterita deſtruat,omnia futura impediet, & ſic nullus a pœnitētia excidere poterit. Præterea. Baptiſmus ſufficienter peccata delens non poteſt iterari.ſi ergo per pœnitentiam peccata deleantur, non poterit iterari, qd falſum eſt. Con. Pœnitentia reſtituit gratiam.ergo,cum gratia non poſſit eſſe cum culpa,nec ſine virtutibus,delet omnem culpam, & reſtituit omnem virtutem. Prętcrea. Aug. dicit.Pęnitentia eſt quædam res optima quæ omnes defectus reuocat ad perfectum.ſed hoc non eſſet niſi opera mortificata reſtauraret ad vitam,& virtutes amiſſas reſtitueret.ergo &c. Reſpon. Per peccatum,ſicut p quandam nubem, prohibetur diuina ifluētia,ex qua cauſantur in nobis gratia & virtutes,& diſponimur ad percipiēdum effectum præcedentium meritorum.Pęnitentia autem tollit peccatū tripliciter.Vno modo.ſ.vt eſt ſacrāno.leg.cauſans gratiam. Secundo vt eſt virtus gratia iformata,& ſic tollit formaliter vt aliæ virtutes.Tertio ratione actus,quia materia circa quam operatur,omne peccatum eſt, qd intendit expiare & deſtruere,& ſic tollit ſpecialiter præ aliis virtutibus efficaciter:Et ideo per eam,quaſi per remouens prohibens, reparatur in nobis omnis virtus & gratia, & conſequimur veniam peccatorum. Ad primum,Non relinquitur hoſtia: dicendum quod Apoſtolus loquitur de hoſtia quæ vniuerſaliter pro peccatis totius mūdi oblata eſt.ſ. Chriſto,qui eſt vnica & ſingularis oſtia,cuius oblatio non iteratur,ſed vnica ſua oblationē valet ad hoc ꝙ per pniam ac alia ſacramenta omnia peccata poſſint dimitti. Quod vero additur in verbis Apoſtoli,Impoſſibile eſt eos qui prolapſi ſunt poſt acceptum Spiritus donum reuocari ad pęnitentiam,intelligendum eſt de pęnitentia quæ includitur in baptiſmo. Ad ſecundum, Simul infunditur, dicēdum ꝙ quāuis ſimul tempore,tamē prius natura obſtaculū remoueretur,ſicut ſimul nubes tollitur,& aer illuminatur, ſed prius natura nubes tollitur.Vnde,cum per pęnitētiam obſtaculum remoueatur, quāuis cum aliis virtutibus ſimul infundatur,poteſt tamen eſſe cauſa reſtaurationis earum vt remouens prohibens,ſicut iam dictum eſt. Ad tertium dicendum ꝙ de neceſſitate pęnitentiæ eſt vt pęnitens habeat propoſitum peccata iterum non cōmittendi. Poteſt tamen hoc eius propoſitū immutari,nec tamen ſequitur ꝙ prima pnia non fuerit vera: Nec eſt inconueniens ꝙ voluntas quæ præterita deflet iterum in peccata conſentiat propter libertatē eius.Ratio autem procedit in his quæ agunt ex neceſſitate naturæ. Ad quartum dicendum ꝙ triplex eſt pęnitentia.Vna priuata,& hæc poteſt iterari,& frequenter, alia publica,& hæc poteſt iterari, ſed non frequenter,tertia eſt ſolēnis quæ ſolēniter in eccleſia iniungitur in capite quadrageſimæ cum ſolēnitate quadam,quam ad hoc inſtituit eccleſia,& nō debet imponi niſi pro peccato qd totam cōmouit vrbem,& talis pœnitentia non iteratur,ſecundum cōmunem eccleſiæ conſuetudinem. Non tamen eſt ſimile de pœnitentia & baptiſmo propter quatuor rationes. Vna quia baptiſmus totaliter dependet a merito paſſionis Chriſti,quæ non iteratur,in pęnitentia autem requiritur meritum proprium.Secunda eſt quia baptiſmus imprimit characterem, nō autem pęnitentia.Tertia eſt quia baptiſmus eſt contra peccatum non ite

In alio ſcript. vt hic. q.1.ar ticu.4. ad ter.3.p.q. 84.arti.8. 0.

In alio ſcript. vt hic.q.1.ar ti.4. qſtiū cu.1.3.p. q. 84.art. 10.0.

rabile. ſ. peccatum originale, pęnitentia vero contra peccatum actuale, qđ eſt iterabile. Quarta eſt quia baptiſmus eſt quædam generatio, non autē pœnitentia, ſed ſpūalis ſanatio.

Articulus quintus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1, artic. 3. 3. p. q. 89. art. 6. o.

AD quintum ſic proceditur, & videtur ꝙ opera mortificata per peccatum, per ſequentem pęnitentiā non viuificentur. Qđ n. nō eſt, nō pōt viuificari. ſed opera mortificata non ſunt. ergo non poſſunt viuificari per pęnitentiam ſequentem. Præterea. Omne quod mortificatur, in fine mortificationis eſt mortuum. ſed opera mortua. ſ. extra charitatem facta, non viuificantur per pęnitentiā. ergo nec opera mortificata. Præterea. Sicut per peccatum mortificantur opa meritoria, ita per pęnitentiam mortificantur peccata. ſed peccata per pęnitentiam dimiſſa non redeunt iterum, ſecundum cōmuniorem opinionem. ergo nec opera mortificata iterum reuiuiſcunt. Sed contra. Super illud. Iohel. 2. Reddam vobis annos &c. dicit glo. Non patiar perire vbertatem quā cum perturbatiōibus animi amiſiſtis. Vbertas autē hæc eſt multitudo bonorum operum. ergo bona opera reuiuiſcunt. Pręterea. Pęnitentia omnes defectus reuocat ad perfectū, vt dictum eſt. ſed hoc nō eſſet niſi opera mortificata reuiuiſcerēt. ergo &c. Reſpon. Dicendum ꝙ opus meritorium dicitur eſſe viuum quādiu habet efficaciam ſuā. ſ. introducendi in vitā æternam, quā quidem habet non ſolum quando actu agitur, ſed etiā poſt ꝙ actus tranſit, & manet in acceptiōe diuinæ iuſtitiæ, ſicut etiam peccatum tranſit actu, & manet reatu: Et ideo p mortale peccatum ſequens mortificari dicitur opus meritorium, inquantū mortale peccatum eſt impedimētum gloriæ, & per conſequens aufert merito ſuam efficaciam. Hoc autem impedimentum per pęnitentiam tollitur, & ideo per pęnitentiam merita pręcedentia ſuam efficaciam recuperant, & ſic viuificari dicuntur. Ad primum ergo dicendum ꝙ licet merita præcedentia non ſint actu, ſunt tamen in acceptiōe diuinæ iuſtitiæ, & ſic efficaciā habent propriā, & dicuntur viua, vel mortificari, vel viuificari. Ad ſecundum dicēdum ꝙ opera meritoria nō dicuntur mortificari, quaſi eis auferatur virtus merēdi, ſed quia impedimētum apponitur, ne virtus eorum efficax ſit: Sed opera extra charitatem facta dicuntur mortua quaſi omnino virtutem non habentia. Pęnitentia autem ſequens non dat operibus præcedentibus aliquam virtutem, ſed ſolum impedimentum tollit: Et ideo per pœnitentiam viuificantur opera mortificata, non autem mortua. Ad tertium dicendum ꝙ pœnitentia omnino peccata delet, omnem reatū auferens virtute paſſionis chriſti. Peccatum autem non mortificat opera meritoria, quaſi ea delendo, ſed ſolūmodo impediendo eorum effectū: Et ideo non eſt ſimile.

Diſtin. Quintadecima.

Et ſicut de prædictis authoritatibus &c.

Quæſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum poſſit homo Deo ſatiſfacere.

Secundo in quo ſtatu homo ſatiſfacere poſſit.

Tertio per quæ opera ſatiſfactio fiat.

Quarto de partibus ſatiſfactionis.

Articulus

1 alio ſcript. vt ic. 3. p. .1. ar.2. d ſm.q. 5.art. 3. .q.90.ar .1.c.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ homo non poſſit Deo ſatisfacere. Satisfactio dēt ęquari offenſæ. ſed offenſa in Deū cōmiſſa eſt infinita, quia offenſa accipit quantitatis differentiam ab eo in quem cō mittitur. ergo non poteſt homo Deo ſatisfacere. Præterea. Seruus, quia totum quod habet eſt domini, nō poteſt dāno illato domino ſatisfacere, quia nihil poteſt recompenſare. cum ergo totū quod habet homo ſit Dei non poteſt homo Deo ſatisfacere.

Præterea. Dicit Greg. Factus eſt dignus malo æterno qui in ſe perimit bonum quod poterat eſſe æternum. ſed per minus non poteſt ſatisfieri de maiori debito. ergo per ſolutionē cuiuſcūq; rei temporalis non poteſt fieri ſatisfactio de peccato. Contra. Hierony. Dicit. Qui dicit Deum homini aliquid impoſſibile præcepiſſe, anathema ſit. ſed ſatisfactio eſt in præcepto; Luc. 3. Facite dignos fructus pęnitentiæ. ergo poſſibile eſt Deo ſatisfacere. Præterea. Quanto aliqs eſt miſericordior, tāto facilius pōt ei fieri ſatisfactio. ſed Deus omni homine eſt miſericordior. ergo facilius poteſt ſibi fieri ſatisfactio q̃ alicui homini. ſed homo homini ſatisfacere poteſt. ergo &c. Reſpond. Circa hoc ſunt tres opiniones: Quidam enim dicunt ꝙ ſatisfactio cōdigna dēat æquari offenſę. Cū autem offēſa diuina ex parte auerſionis ſit infinita ex parte cōuerſionis finita, ideo ex parte auerſionis Deus gratis offenſam remittit, ſed ex parte conuerſionis homo ſatiſfacit. Sed contra hoc eſt, ꝙ ſatisfactio non reſpōdet peccato, niſi ſcdm ꝙ eſt offenſa Dei, qd nō habet ex parte cōuerſionis, ſed ſolum ex parte auerſionis. Alii dicunt ꝙ quantum ad auerſionē pro peccato ſatisfieri pōt virtute meriti Chriſti, quod quodammodo fuit infinitum, cum eſſet meritum Dei,& hominis. Sed contra hoc eſt ꝙ etiam ſi meritum Chriſti non interueniſſet,& alio modo daretur homini gratia, poſſet vtiq; ſatisfacere. Sed pro tanto habet hæc poſitio veritatem, quia per fidē mediatoris gratia datur credentibus. Ideo alii dicūt ꝙ ſatisfactio æquatur offenſæ, prout eſt gratia informata, non pro æquiualentia, ſed ſecundum acceptationem diuinam, quia Deus ratione gratię ſic eam acceptat, ac ſi eſſet offenſæ æquiualens,& ita ex diuina miſericordia acceptāte habet infinitatem, ſicut ex diuina maieſtate lęſa habet offenſa infinitatem,& ſic patet reſponſio ad primum argumentum. Ad ſecundum dicendum ꝙ nō eſt ſimile de ſeruo hominis,& Dei, quia totum quod habet ſeruus hominis, ita eſt domini, ꝙ non eſt ſerui. Quod autem habet ſeruus Dei, ita eſt domini, ꝙ etiam ſerui, propter arbitrii libertatem ſibi datam.

Ad tertium de Greg. dicendum quòd q̃uis meritum hominis per ſe non ſufficeret ſatisfacere, tamen ipſum cum gratia Dei faciente vt acceptetur in infinitum, poteſt ſimpliciter eſſe cauſa ſatisfactionis,& pręcipue ſm ꝙ ad hoc iuuat meritum chriſti.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic. art. 3. 3. p. q. 86. artic. 3. o. pri. ſcdæ. q. 73. ar. 1.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ poſſit de vno peccato ſine alio ſatisfieri. Eorum quæ non habent connexionem adinuicē vnum poteſt auferri ſine alio. ſed peccata non habent adinuicem cōnexionem. ergo vnū poteſt per ſatisfactionem tolli ſine altero. Præterea. Videtur ꝙ de peccato dimiſſo in cōtritione poſſit ſatisfieri extra charitatem. Dani. 4. dicitur Nabuchdonoſor

In alio ſcript.vbi ſup.q̃ſtiũcula.2.

Regi,peccata tua eleemoſinis redime. ſed adhuc ipſe peccator erat. ergo poteſt exiſtẽs in peccato ſatiſfacere. Præterea. Videtur ꝙ ſatiſfactio in peccato mortali facta poſt charitatẽ valeat. Super illud Numeri.15. Si attenuatus fuerit frater tuus, dicit gloſ. ꝙ fructus bonæ cõuerſationis debet ei computari ex tempore quo peccauit, ergo redeunt alia opera in computationem Dei. Præterea. Si non reuiuiſcerent, ergo eſſent iteranda. ergo ſi ille cui præceptum eſt vt vadat vltra mare, iuit, iterum tenetur ire. Contra. Impoſſibile eſt ꝙ aliquis ſatisfaciat niſi Deo placet. ſed nullus illorum in ſatisfaciendo Deo placet, cum in peccato exiſtat. nullus ergo poteſt ſatisfacere. Reſpon. Dicẽdum, ꝙ ſicut iam apparet, ſatisfactio non eſt ſufficiẽs, niſi prout eſt Deo accepta, accepta autem non eſt niſi per gratiam, ideo vt ſit ſufficiens ſatiſfactio oportet ꝙ ſit informata gratia. Gratia autem omni peccato opponitur, ideo homo non poteſt in mortali exiſtens de alio ſatiſfacere cum gratia careat, nec de peccato in contritione dimiſſo ſi in peccatum incidit, nec, cum in peccato ſatiſfactio facta ſit, eſt accepta vel viua poſt gratiæ recuperationem, nec acceptatur nec viuificatur, quia non poteſt reuiuiſcere quod vita caruit. Ad primum, Eorum quæ non habent connexionem, dicendum ꝙ quãuis nõ habeant connexionem in eſſentia, habent tamen in effectu ex parte auerſionis ex qua parte habuit peccatum dimitti, & ideo non poteſt dimitti vnum ſine altero. Ad ſecundum dicendum ꝙ cõſilium Dan. intelligitur ꝙ a peccato ceſſaret, & pœniteret, & ſic per eleemoſinas ſatiſfaceret. Ad tertium quòd fructus bonæ cõuerſationis, dicendũ ꝙ ſic intelligitur ex tẽpore quo peccauit.i.a tempore quo a peccato ceſſauit. Ad quartum dicendum ꝙ q̃uis non ſit abſolutus a pœna cõdigna ſatiſfactoria, abſolutus tamen eſt ab ea quæ iniuncta fuit ab homine: dicitur enim quis obligari ad pœnam peccati, vno modo ex ipſo peccati reatu, ſecũdo ex præcepto eccleſiæ quo pœnitens ligatur in abſolutione. Quãuis autem ſatiſfaciens in mortali iuxta præceptum eccleſiæ a præcepto eccleſiæ ſe abſoluat, non tamen a reatu pœnæ debitæ peccato abſoluitur. Videtur tamen quibuſdam circa opera ſatiſfactoria diſtinguendum: Nã quædam ſunt ex quibus aliqui effectus manent, quaſi quædam opera operata, ſicut diminutio ſubſtantiæ ex releuatione pauperũ vel eleemoſinis, manet, & hæc inquantum manent, poſſunt per approbationem eius qui ad gratiam redit ſatiſfactoria fieri, nõ ratione operis operantis præcedentis, ſed ſequentis, & ideo hæc nõ oportet iterari. Quędam vero ſunt in quibus nõ manet aliquid huiuſmodi, & ideo ſunt totaliter iteranda.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic.art.4. 3. contra c. 158.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ſatiſfactio nõ fiat p opera pœnalia. Satiſfactio fit per q̃dam recompenſationem. ſed per opera pœnalia nulla fit Deo recompenſatio, quia non delectatur in pœnis noſtris. ergo nec ſatiſfactio. Præterea. Quia quanto opera ex maiori charitate fiunt tanto minus pœnalia ſunt. g̃ quanto ex maiori charitate facta, tanto minus eſſent ſatiſfactoria. hoc aũt eſt falſum, quia dicitur Luc.7. Dimittuntur ei peccata multa, qm̃ di. mul. ergo falſum eſt ꝙ per opera pœnalia ſemper fiat ſatiſfactio. Præterea. Videtur ꝙ nec per flagella a Deo immiſſa

miſſa. Satisfactio tantum bonorũ eſt. ſed huiuſmodi flagella inducũtur malis, & præcipue eis debentur. ergo nõ poſſunt eſſe ſatisfactoria. Contra. Greg. dicit. Iuſtum eſt vt peccator tãto maiora ſibi inferat laměta per pœnitentiam, quanto maiora delectamẽta intulit per culpam. Pręterea. Amb. dicit. Etſi fides .i. peccati conſcientia deſit, pęna ſatiſfacit. ergo ẽt flagella ſunt ſatiſfactoria. Reſpõ. Dicendum ꝙ cum ſatiſfactio in quadam ęqualitate iuſtitiæ cõſiſtat, oportet ꝙ homo ſatiſfaciẽdo ſuppleat qd diminutum fuit in peccato, & diminuat quod in peccato ſuperfluũ fuit: In peccato autem homo nimis voluntatem ſuam ſequens volũtati Dei nõ ſe ſubiecit, & ideo oportet ꝙ in ſatiſfactione opera pęnalia contra voluntatem ſuã aſſumat in honorem Dei, vel etiam pęnas aliunde illatas voluntarie ſuſtineat. Ad primum dicendum ꝙ quãuis Deus non delectetur in pęna, vt eſt pęna, tamen in ea delectatur vt eſt iuſta. Homo autem honorẽ quẽ Deo ſubtraxit per offenſam recõpenſat per pęnitentiam. Ad ſecũdum dicendum ꝙ ſicut difficultas ex parte operis, non ex parte voluntatis ipſius operantis, auget meritum, ita pęnalitas illa auget ſatiſfactionẽ, cum ſit in genere operis, non in volũtate operantis: difficultas enim quæ ex impromptitudine voluntatis eſt meritum diminuit, qđ auget contraria facultas. Ad tertium dicendum quòd quãuis flagella communia ſint bonis, & malis, quia tamen non ſunt ſatiſfactoria niſi prout voluntarie acceptãtur, ideo, cum mali ea nõ voluntarie ſuſtineant, non poſſunt ꝑ ea ſatisfacere, ſicut & boni.

Vbi ſup. quæſtiũ. 1.

Articulus quartus.

Ad quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter enumerẽtur opera ſatiſfactoria cũ dicitur ꝙ ſunt tria, Eleemoſina, ieiunium, & oratio. Opus ſatiſfactoriũ eſt pęnale. ſed oratio non habet pęnam, ſed eſt contra triſtitiam pęnæ medicina. Vnde dicitur. Iac. 5. Triſtatur aliquis in vobis, oret, & pſallat. ergo non debet cõputari inter opera ſatiſfactoria. Prę terea. Omne peccatum vel eſt carnale vl'ſpirituale. ſed ſicut dicit Hiero. Ieiunio ſanantur peſtes corporis, oratione peſtes mentis. ergo non debet eſſe aliud opus ſatiſfactorium. Præt. Satiſfactio neceſſaria eſt ad emendationem peccatorum, ſed eleemoſina ab omnibus peccatis emendat, Luc. 11. Date eleemoſinam, & ecce omnia mũda ſunt vobis. ergo alia duo ſupfluũt. Contra vr ꝙ debeant eſſe plura, Quia cõtraria cõtrariis curãtur. ſed multo plura ſunt peccatorum genera quàm illa. ergo debent plura opera ſatiſfactoria computari. Pręterea. Non dimittitur peccatum niſi reſtituatur ablatum. ſed per ſatiſfactionem peccatum dimittitur. ergo reſtitutio debet poni vna pars ſatiſfactionis. Præterea. Multa alia, vt peregrinationes, diſciplinæ, & huiuſmodi, conſueuerunt iniungi pro ſatiſfactione. ergo ſunt aliæ partes ſatiſfactionis. Reſpond. Dicendum quòd ſatiſfactio debet eſſe talis per quã aliquid nobis ſubtrahamus ad honorẽ Dei. Nos autem nõ habemus niſi tria bona. ſ. bona animæ, & bona corporis, & bona fortunæ. Ex bonis quidem fortunæ ſubtrahimus aliquid nobis per eleemoſinam: ſed ex bonis corporalibus per ieiunium. Ex bonis autem animæ non oportet ꝙ aliquid ſubtrahamus, quia per ea efficimur Deo accepti, ſed ſufficit vt per ea ſubmittamur Deo totaliter, & hoc fit per ora-

In alio ſcrip. vt hic. art. 4. quęſtiũcula. 2. ſcda ſcdę. q. 32 arti. 1. ad 2m. q. 147 ar. 1. c.

tionem. Competit etiam iſte numerus ex parte illa qua ſatisfactio peccatorum cauſas excidit, quia radices peccatorum tres ponuntur primæ Ioan. 3. ſ. Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Contra concupiſcentiam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiſcentiam oculorum eleemoſina, contra ſuperbiam vitę oratio. Competit etiam quantum ad hoc quia ſatisfactionis eſt peccatorum ſuggeſtionibus aditũ non indulgere, quia omne peccatum vel in Deum cõmittimus, & cõtra hoc ordinatur oratio: vl' in proximum, & contra hoc eſt eleemoſina: vel in noſipſos, & contra hoc eſt inſtitutum ieiunium. Ad primum, Oratio pœnam non habet, dicẽdum ꝙ habet afflictionem carnis, ꝗuis habeat ſuauitatẽ ſpiritus. Ad ſecundum de Hieron. dicẽdum ꝙ loquitur per quandam appropriationem nõ proprietatem, & ideo nõ loquitur de eleemoſina, quia eleemoſina cõmuniter ſanat vtrũq;. Ad tertium de eleemoſina dicendum ꝙ quãuis ſingula iſtorum per quandam conuenientiam ſingulis peccatis appropri entur, tamen quolibet eorum pro quolibet peccato poteſt quis ſatisfacere. Vel dicẽdum ꝙ loquitur de eleemoſina ordinata, quę incipit a ſe, quæ omnes partes ſatisfactionis comprehendit. Ad quartum, multa ſunt peccatorum genera, dicendum ꝙ verum eſt, cum reducuntur ad tres radices iam dictas, vel ad prædicta tria genera peccatorum. Ad quintum dicẽdum ꝙ reſtitutio eſt ceſſatio a peccato: quãdiu enim retinet aliquis rem alienam, ex hoc ipſo peccat. Vnde reſtitutio non eſt ſatisfactionis pars, ſed ad ſatisfactionem præambulum. Ad ſextũ, Multa alia iniungũtur. etc. dicendum ꝙ quicquid in proximi vtilitatem expenditur totum eleemoſinæ rationẽ habet, & quicquid latriæ exhibetur Deo, orationis accipit rationem.

Diſtin. Sextadecima.

In perfectione aũt pęnitentiæ.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quinq;.

Primo an contritio confeſſio & ſatiſfactio ſint partes pęnitentiæ.

Secundo an circũſtãtia aggrauet peccatum in infinitum.

Tertio quæ circunſtantiæ ſint confitendæ.

Quarto an aliqua pęnitentia exigatur ante baptiſmum.

Quinto qualiter venialia remittantur.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ non ſint hę tres partes pęnitentiæ, videlicet, contritio, cõfeſſio, & ſatisfactio: Sacramentũ.n. pęnitentiæ a miniſtris eccleſiæ confertur, contritio vero non. ergo non eſt pars pœnitentię. Prӕterea. Per ſacramentum pœnitentiæ peccatum remittitur: ſed ante confeſſionem remiſſum eſt. ergo confeſſio nõ eſt pars pęnitentiæ. Præterea. In ſacramento pęnitentiæ gratia confertur, in ſatisfactione vero nulla noua gratia confertur. ergo ſatisfactio non eſt pars pęnitentiæ. Præterea. Non eſt idẽ fructus rei, & pars. Sed ſatisfactio eſt dignus pęnitentiæ fructus, vt habetur in litera. ergo non eſt pars eius. Reſpon. Hæc tria nominant actum virtutis. Prius autem non cõſtituitur a poſteriori, ideo pęnitẽtiæ, vt eſt virtus, non ſunt hæc tria partes, ſed pœnitentiæ ſacramenti, quia remiſſio tri-

In alio ſcript. vide hic, q̃ſtiun cul. 1. 3. p. q. 90. art 2. o. ſcđ Cor. 7. d. ; co. 2.

plicis

plicis pœnæ fit in pœnitentia, ſecundũ tria quæ ſunt in ea: Nam ſecundum contritionem fit commutatio pœnæ æternæ in purgatoriam, ſecundum ſatiſfactionem fit temporalis pœnæ abſolutio, & per confeſſionem notificatio culpæ Deo per ſacerdotẽ, & ideo contritio, cõfeſſio, & ſatiſfactio ſunt partes integrales pœnitentiæ, non q̃titatiuæ, etherogeneæ, vel homogeneæ, ſed eſſentiales, ſicut materia & forma ſunt partes alicuius totius. Ad primum de miniſtris dicendum quòd nõ oportet ꝙ ſacramentum miniſtretur ab aliquo ſecundum totum quod eſt in ſacramento, ſed ſecundum aliquid eius: In aliis enim ſacramentis materia eſt exterior quã miniſter ſãctificat & ad vſum applicat, in hac vero materia eſt actus hominis: ideo ibi ſacramẽti ipſius materia adhibetur a miniſtro, hic autem non. Ad ſecundum de confeſſione dicẽdum ꝙ quãuis dimittatur peccatum ante confeſſionem in actu, non tamen ante cõfeſſionem in propoſito. Ad tertium de ſatiſfactione dicendum ꝙ gratiæ collationem præcedit quædam præparatiua ſatiſfactio in ꝓpoſito, licet nõ ĩ actu. Vel dicendum ꝙ per ſatiſfactionẽ cõſequitur pœnitens perfectum effectum gratiæ peccatum abolentis, quia liberatur totaliter a reatu peccati. Ad quartum dicendum ꝙ vltimũ in quo conſumatur res dicitur finis rei, ſicut forma habet rationem finis, quãuis ſit pars rei: Et quia ſatiſfactio eſt vltima pars in qua pœnitentia conſumatur, ideo dicitur fructus, quod in rationẽ finis ſonat.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ circũſtantia aggrauet peccatum in infinitum: Quia vna circũſtantia corrumpit virtutem. ſed virtus non corrumpitur niſi per peccatum mortale, quod habet quantitatem infinitam. ergo circũſtãtia addit rationem peccati infinitam, & ſic aggrauat in infinitum. Præterea.

ti. 2. quæſtiuncu. 3. Ma. q. 2 ar. 8. o.

Dicit Augu. Nullum eſt adeo veniale quin fiat mortale, dum placet. ſed placentia eſt quædam circũſtantia, & reducitur ad quomodo. ergo circũſtantia facit de veniali mortale, & ſic aggrauat in infinitum. Præterea. Plus diſtat actus virtutis ab actu peccati mortalis q̃ actus venialis peccati a mortali. ſed vna circũſtantia mutata facit de actu virtutis actum peccati mortalis, ſicut cognoſcere non ſuam eſt actus peccati, ſed cognoſcere ſuam poteſt eſſe actus virtutis. ergo multo magis facit de veniali mortale, & ſic idem qd prius. Contra. Quãtitas accidentalis non excedit quãtitatem ſubſtantialem. ſed quantitas ex circunſtantia peccati prouenicns eſt ei accidentalis. cum ergo quantitas peccati venialis ſit finita, quantitas ex circunſtantia eius prouenıens non erit infinita. ergo non aggrauat in infinitũ. Præterea. Quæ in infinitum differũt non conueniunt in genere. ſed eorum quæ non cõueniunt in genere, vnum non poteſt in aliud tranſmutari, ſicut linea in colorem. ergo nõ poteſt per circũſtantiam actus peccati venialis trahi ad infinitam quantitatem. Reſpon. Dicendum ꝙ circũſtantia dicitur quædam proprietas in actu conſiderata ex his quæ circunſtant perſonam, vel factum ipſum, quæ quidẽ dicitur aggrauare, inquantum ad malitiam actus addit: Quanto enim aliqd pluribus modis inordinatum eſt, tanto peius eſt. Aliquando vero circũſtãtia aggrauat ad aliam ſpeciem non trahendo, quando per circũſtantiam non additur deformitas alterius pec-

cati, ſicut ſi ardenti cõmeſtioni etiam tempus indebitum apponatur ſemp remanet infra ſpeciem gulæ. Cum vero addit deformitatem quæ ad aliam ſpeciem peccati pertinet, tunc dicitur in aliam ſpeciem trahere, ſicut ſi guloſæ comeſtioni addatur ꝙ fiat cõtra præceptum, trahitur in aliam ſpeciem peccati.ſ.inobedientiæ, & tunc, ſi illud peccatum, in cuius ſpeciẽ trãſfertur, de ſuo genere ſit mortale, dicitur in infinitum aggrauare, ſicut in prædicto exemplo patet, alias nõ, ſicut ſi aliquis diu contineat vt confabulationibus vacet: hęc enim circũſtãtia trahit in aliam ſpeciem, non tamẽ peccati mortalis. Nunquã vero contingit ꝙ circũſtantia ſpeciem non mutet, & in infinitum aggrauet, quia veniale, & mortale nõ ſunt ſecundum eãdem ſpeciẽ moris. Secundum vero ꝙ in aliam ſpeciem transfert proprie loquendo, circũſtantiæ rationem nõ retinet, quia iam non circũſtat, ſed intranea efficitur, & ideo id quod eſt circũſtans poteſt aggrauare in ifinitum, non tamen inquantum eſt circũſtantia.

Scđa ſcđę q.110.ar. 4. ad gn.

Ad primum, Virtus non corrũpitur niſi per peccatum mortale, dicendum ꝙ verum eſt, ſed circũſtantia quæ nouam rationem mortalis addit iam non manet in ratione circũſtantiæ, quia non tantum auget, ſed mutat. Ad ſecundum dicendum ꝙ nõ addit rationem mortalis, niſi intantũ creſcat ꝙ adhibeatur ei vt fini, & ꝑ cõſequens ſupra Deum diligatur: & ita contemptum Dei talis placentia addit, quia habet de ſe ſpecialem rõnem peccati: & ideo iam non manet in ratione circũſtantiæ. Ad tertium, circũſtantia mutata facit de actu virtutis actum vitii, dicendum ꝙ talis circũſtantia quę hæc facit trahit in aliã ſpeciem, quæ iam rationem circũſtantiæ, inquantum huiuſmodi amittit.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vbi ſup. quæſtiun.4.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ omnis circũſtantia ſit cõfitẽda. Geñ.19. præcipitur Loth de Sodomis exeunti ne moretur in omni regione circa, ſed penitus de Sodomis.i.de peccato per confeſſionem exeat. ergo nõ ſolum peccatum ſed omnis circũſtantia peccati confiteri debet. Præterea. Secundum quantitatem peccati debet iniungi ſatiſfactio. cum igitur circũſtantia variet quantitatem peccati, eſt confitenda pro ſatiſfactionis iniunctione. Præterea. Confeſſio debet contritioni reſpondere, ſed homo debet de ſingulis circũſtantiis conteri, vt in litera Aug. dicit. ergo & confiteri. Contra. Secundum Philoſophum, delectabile carnis quãtomagis in particulari conſideratur, tanto magis appetitum mouet. ſed homo debet fugere appetitum talis delectationis, primæ Cor.6. Fugite fornicationem. ergo videtur ꝙ peccatorum carnalium non ſint omnes circũſtantiæ confitendæ. Præterea. Ex circũſtantiis recitatis aliquando alicuius perſonæ peccatum innoteſcit. ſed homo in cõfeſſione ſe debet accuſare, non alterũ infamare. ergo videtur ꝙ non debeamus omnes circũſtantias confiteri.

Ma. q. 2. arti.6. ad 5m.op.12 ar.6.

Reſpon. Quod peccatum mortale neceſſario eſt confitendum, ideo circũſtantia quæ nouam rationem peccati mortalis addit de neceſſitate eſt confitenda, alia autem non. Ad primum, ꝙ debet exire de omnibus, dicẽdum ꝙ verum eſt, tamen non oportet ꝙ ſemper per confeſſionem, ſed ſufficit ꝙ alio modo.ſ.per itrinſecam cõtritionem. Ad ſecundum de ſatiſfactione recipienda dicendum ꝙ determinata quãtitas peccati non poteſt

ſacerdoti

ſacerdoti innoteſci, quia nec ipſe peccator ſcit, vnde ſufficit ꝙ cognoſcat quantitatem quæ ex noua ſpecie conſurgit. Vel dicendum ꝙ ſi cognoſceret, non tamen teneretur confiteri, quia tãtum peccatum mortale eſt de neceſſitate confitendum. Ad tertium de Aug. dicendũ ꝙ de circũſtantiis quę peccati ſpeciem mutãt oportet ꝙ quis doleat ad peccati dimiſſionem, de aliis autem ſingulis ſufficit ꝙ in generali: non tamen neceſſitatis eſt ꝙ de eis doleat vt peccatum dimittatur. Sed quia probatur per duo alia argumenta quòd non ſint confitẽdæ, reſpondendum eſt ad ea. Circũſtantię peccati carnalis mouent appetitum, dicendum ꝙ in confeſſione confitenti, & confeſſori datur gratia ne in eorum appetitus deducantur. Ad quintum, Ex circũſtantiis recitatis, dicendum ꝙ ſi talis circũſtantia non trahit in aliud genus mortalis non eſt confitenda. Si autem trahat ſic, quia magis aliquis debet ſuam purgare conſcientiam q̃ famam alterius cuſtodire: ita tamen caute, vt quantum fieri poteſt in ſpeciali lateat, & ſi in generali dicatur.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. artic. 2. 3. p. q. 68. ar. 5 o. 4. cõtra c. 59. Ro. 11. l. 4. co. 4.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ nõ exigatur aliqua pœnitentia ante baptiſmum. Rom. 11. Sine pęnitẽtia ſunt dona Dei. gl. Gratia Dei in baptiſmo non requirit gemitum, nec planctum, neq; aliquid huiuſmodi, ſed omnia gratis condonat. g̃ nõ præexigitur pęnitentia ante baptiſmum. Præterea. Baptiſmus ſufficit delere omnem culpam, & pœnam. ergo non requirit aliud adiutorium Pęnitentię. Præterea. Secundum non debet præcedere primum. ergo pęnitentia, cum ſit ſecunda tabula, baptiſmum, cum ſit prima tabula non præcedit. Contra. Qui accedit fictus non ſuſcipit baptiſmi effectum. omnis autem impęnitens fictus accedit. ergo &c. Præterea. Act. 2. dr̃. Agite pniam, & baptizetur vnus qſq; vẽſtꝛ. gl. Dicturus de baptiſmate præmiſit lamenta pęnitentiæ. g̃ pęnitentia debet præcedere baptiſmum. Reſpon. Pęnitentia dupliciter accipitur, vel vt ſacramentũ officio miniſtrorum diſpenſata, & ſic ſequitur baptiſmum, aut vt eſt virtus, & ſic dupliciter accipitur: Aut. n. vt eſt virtus formata, & ſic non requiritur ꝙ de neceſſitate baptiſmum præcedat, ſed quaſi per baptiſmum cãta, quia ſic virtute baptiſmi nunquã culpa actualis adulto remitteretur, cum iam eſſet remiſſa. Vel vt informis virtus. i. quædam peccati deteſtatio, quã uis non omnino ſufficiens, & ſic requiritur vt cauſa remouens prohibens, ſed defectus eius ſuppletur in baptiſmo. Ratio autem quare requiratur, hæc eſt: quia volũtas ſemel fixa in peccato ſemper manet in eo fixa actu vel habitu, niſi per actualem deteſtationem auellatur ab eo, voluntas autẽ fixa in peccato non eſt ſubiectum ſuſceptibile gratiæ. Ad primum de illa glo. quæ eſt Amb. dicendum ꝙ loquitur de gemitu & plãctu ſatiſfactionis exterioris, non interioris. Ad ſecũdum, baptiſmus ſufficit, dicendum ꝙ ſufficit quantum eſt de ſe, dummodo inueniat diſpoſitum ſuſceptibile. Ad tertium de prima tabula, dicẽdũ ꝙ non præexigitur vt tabula, ſed vt virtus informis diſponens ad gratiæ ſuſceptionem.

Articulus quintus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 2. quæ

AD quintum ſic proceditur, & videtur ꝙ veniale poſſit remitti ſine contritione aliqua: quia dicit Augu. quod facit gutta aquæ in camino

ſtiuncula. 1.3. p. q. 87.ar.1.c. & ad pri. ar.2.ad ſecūdū,ar.3 ad ſcdm. Ma. q.7. ar. 11. ad tert.& q̄ſtum.ar.12 ad q̄rtū.

ignis,hoc veniale in viro iuſto. ergo ſtatim remittitur ſolo feruore charitatis ſine contritione aliqua. Pręterea. Per benedictionem epiſcopalē, & aquam benedictam,& multa alia dicuntur remitti venialia.ergo ſine cōtritione. Præterea. Minima contritio ſufficit tollere omnia mortalia.ergo,cum diſtantia infinita ſit inter veniale,& mortale,nulla cōtritio requiritur ad tollenda venialia. Cōtra. Contraria contrariis curantur. ergo ad tollēdam culpam delectationis venialis requiritur dolor ei cōtrarius. Præterea. Sicut intrinſecus peccatum committitur,ſic & deletur. ſed non per gratiæ infuſionem intrinſecam.ergo per motum gratiæ intrinſecum,& ſic per motum contritionis tollitur veniale,qui eſt motus gratię. Reſpon. Peccatum voluntarium nō dimittitur ſine hoc φ volūtas ipſum peccatum deteſtetur, ideoq; ad omnis voluntarii peccati remiſſionem, requiritur voluntatis a peccato auerſio.Sed hoc dupliciter poteſt eē: Quędam enim ſunt voluntaria omnino, vt mortalia,& in his requiritur auerſio voluntatis ab eis in ſpeciali:quædam non,vt venialia, & in iis ſufficit in generali,& quaſi implicite. Ad primum de gutta aquæ,dicendum quòd in feruenti motu charitatis eſt culpæ venialis deteſtatio implicita, quia ſi cogitaret tunc de eo, deteſtaretur illud,ideo per talem motum remittitur veniale. Ad ſecundum de benedictione epiſcopali,dicendum φ hæc ſpecialiter dicuntur remittere,nō quia remittant per ſe,ſed quia hæc ſunt excitatiua feruoris,per quem fit remiſſio. Ad tertium de mortali & veniali,dicendum φ ex parte auerſionis in infinitum diſtant, & ideo ad venialis remiſſionem noua gratia non requiritur,quia ei non contrariatur. Requiritur tamen aliquis nouus motus voluntatis informatæ gratia, quia & ſi gratiam non impediat, tamen motū gratiæ retardat,& ideo motui gratię, ſed nō gratiæ,opponitur.

Diſtin. Decimaſeptima.

Hic oritur qō &c.

Hic eſt triplex quæſtio.
Prima de iuſtificatione impii.
Secunda de contritione.
Tertia de confeſſione.

Quæſtio prima.

Circa primum quęruntur duo.
Primo quę requirātur ad iuſtificationem impii.
Secundo de ordine eorum.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vi hic.artic. 3. prima ſcdę.q.113 artic.2.0. Ver.q.28 ar.2.0.ar, 4. ad pri. Eph.5.le. 5.fi.

AD primum ſic proceditur, & videtur quòd gratiæ infuſio non exigatur ad iuſtificationem impii. Secundum Aug. Maius eſt iuſtificare impium q̄ creare cęlum, & terram.in creatione vero nullum mediū requiritur.ergo nec in iuſtificatione. Præterea. Videtur quòd non ſit neceſſarius motus lib.ar.in Deum.Deus Salomoni dormienti infudit ſapientiam.3.Reg.6. ergo non requiritur motus lib.arb.ad infuſionem ſapientiæ.ergo nec ad infuſionem gratiæ. Præterea. Videtur φ nec requiratur cōtritio: Lu.7.dr. Remittūtur ei peccata &c.g'o.Ardor charitatis in ea rubiginem peccatorum conſumpſit.ergo per viam amoris de bono, non doloris de peccato, iuſtificata fuit. Pręterea. Videtur quòd nec remiſſio culpę:Effectus enim non cōnumeratur ſuæ cauſę.ergo nec infuſio gratiæ cauſa eſt remiſſionis culpę. ergo &c.Contra. In illo verbo Pſal. 59.Commouiſti terram, notantur hæc

quatuor

quatuor.Primo gratię infuſio, cum dicitur,cõmouiſti terram. Secundo contritio,cum ſubiungitur,cõturbaſti eam.Tertio peccati remiſſio, cum additur,ſana contritiones eius.Quarto motus lib.ar.in Deum,cum additur,quia commota eſt. Reſpond. Dicẽdum quòd ſicut in mutationibus naturalibus actus actiuorum nõ ſunt niſi in agente & patiente, ſic etiam in moralibus.In qualibet quippe mutatione ex parte agentis fit alicuius formæ repulſio,& alterius introductio. In patiẽte vero requiritur duplex diſpoſitio. Vna ad expulſionem vnius formæ, altera ad introductionem alterius.Secundum hoc in mutatiõe iuſtificationis impii concurrunt quatuor:duo ex parte agentis.ſ. gratiæ infuſio,& culpæ expulſio:alia duo ex parte ſuſcipientis.ſ.motus libe.ar. in Deũ,& contritio de peccato. Ad primum de gratia dicẽdum quòd nõ eſt ſimile,quia creatio nihil ſupponit,iõ in ea non poteſt aliquid cadere medium,ſed iuſtificatio aliquid pręſupponit. Vel dicendum quòd ſicut in creatione eſt forma naturalis,qua res creata eſſe formaliter incipit,ita & in recreatione eſt forma gratuita, ſiue ſupnaturalis,qua res recreata incipit bene eſſe.ſ.ſecundum eſſe gratiæ.

Ad ſecundum dicendum quòd nõ eſt ſimile, quia ſapientia magis reſpicit intellectum q̃ affectum, gratia vero econuerſo.Vnde cum intellectus cogi poſſit,affectus vero non,ideo non requiritur ad ſapientiam voluntaria diſpoſitio ſicut ad gratiam. Ad tertium dicendum quòd illa cõſumptio intelligitur quo ad reliquias culpę, non quo ad culpã.Vel dicẽdum quòd feruor charitatis ſemper habet ſecum odium contrarii. Ad quartum de cauſa,dicendum quòd hoc verum eſt in cauſa et effectu vniuerſaliter ſe cõſequẽtibus,ſicut præſentia ſolis, & illuminatio aeris,ſed non ſic ſe habet remiſſio culpæ,& infuſio gratię,cum in ſtatu innocentiæ fuiſſet gratiæ infuſio,ſine remiſſione culpæ.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd remiſſio culpę præcedat infuſionem gratię:In omni enim motu receſſus a termino a quo pręcedit acceſſũ ad terminum ad quem,vel tempore, vt in motu ſucceſſiuo,vel natura, vt in mutatione ſubita. culpę autem remiſſio dicit receſſũ a termino a quo, gratiæ infuſio acceſſus ad terminũ ad quem.ergo &c. Contra. Cauſa eſt prior effectu,gratia vero remittit culpam.ergo.&c. Pręterea. Videtur quòd motus lib.arb. præcedat gratiæ infuſionem,quia motus lib.arbi.eſt diſpoſitio ad gratiam: diſpoſitio vero naturaliter pręcedit formã. Contra. Motus liberi arbitrii non eſt meritorius,niſi gratia informatus. ergo gratia pręcedit. Pręt. Vr ꝙ contritio præcedat motum libe.arb. Prius enim eſt declinare a malo q̃ facere bonum.ergo contritio de peccato pręcedit motum lib.arb. in Deũ. Contra. Cã motus lib.arb.eſt motus fidei.motus cõtritionis eſt motus pœnitentiæ.fides autem præcedit pœnitentiam.ergo &c. Præterea. Videtur quòd culpæ remiſſio præcedat contritionem.Contritio eſt actus virtutis.actus virtutis non egreditur niſi a potentia purgata. ergo pręcedit purgata potentia, & ſic culpæ remiſſio præcedit contritionem. Cõtra. Si contritio non præcedit. ergo adultus iuſtificatur, non per contritionem. Reſpon. Dicendum quòd in iuſtificatione impii hæc qua-

In alio ſcript. vt hic.art.4. pria ſecũ dę.q.113 arti.8.o. Ver.q.28 ar.7.o.

tuor.ſ.motus lib.arb.contritio,infuſio gratiæ,& remiſſio culpę ſimul ſũt tempore,ſicut in naturalibus diſpoſitio quę eſt neceſſitas materiæ formæ introductio,& alterius expulſio, non tamen ſimul natura:Nam prioritas,& poſterioritas ſecundum ordinem naturæ ad ordinem cauſæ,& cauſati aliquo modo reducũtur,quia principiũ & cauſa idem ſunt ſ'm Philoſophum. Vnde ſecundum diuerſum genus cauſæ vnum iſtorum prius eſt alio,& ecõuerſo,ſicut diſpoſitio,quæ eſt neceſſitas materię eſt cauſa materialis formę,forma vero cauſa formalis neceſſitatis materię,& hoc modo poteſt dici ꝙ motus lib.arbi. & contritio ſunt priora aliis duobus in genere cauſæ materialis,alia vero duo.ſ.gratiæ infuſio,& culpæ expulſio ſunt his priora in genere cauſæ formalis : Et iterũ a parte diſpoſitionum prior eſt contritio,quæ remouet prohibens, in genere cauſæ materialis,ſed motus lib. arb.in genere cauſæ formalis.Similiter ex parte formarum prior eſt culpæ remiſſio in genere cauſæ materialis,ſed gratię infuſio prior eſt in genere cauſæ formalis,quia culpæ remiſſio eſt diſpoſitio ad gratiæ infuſionẽ. Quia vero agens generat ſibi ſimile in forma,& natura principaliter intẽdit introductionem formę,ideo ſecundũ ordinem cauſæ formalis eſt ordo,ſ'm agentem,& finalem:Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Quæſtio ſecunda.

Circa ſecũdũ quæruntur duo.

Primo vtrum de quolibet peccato debeat homo confiteri.

Secundo de quantitate contritionis.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ non requiratur contritio ſpecialis deſingulis peccatis:Quia ſimul ſit in eodem inſtanti de ſingulis peccatis iuſtificatio:Simul enim, & in eodem inſtanti non poteſt haberi de omnibus contritio ſpecialis. ergo ad iuſtificationem non requiritur ſpecialis contritio. Præterea. Si requiritur ſpecialis, aut ergo ſufficiens de quolibet,aut non.ſi ſufficiẽs, ergo ad primam cõtritionem ante alias ſit iuſtificatio.ſi non,ergo per contritionẽ inſufficientem ſit iuſtificatio. Præterea. Contritio eſt de peccato inquantum eſt Dei offenſa.ergo in ratiõe generali non in ſpeciali ſingulorum. Contra. Pſal.6.dicitur.Lauabo per ſingulas noctes lectum meum:glo.per ſingula peccata conſcientiam. ergo requiritur ſpecialis contritio de ſingulis. Præterea. Requiritur ſingulorum confeſſio ſpecialis. ergo & contritio. Rñ. Dicendũ,ꝙ cõtraria contrariis curãtur,ideo ſicut in quolibet peccato mortali eſt actualis auerſio voluntatis a Deo ad peccatũ, ita oportet ꝙ in remiſſione peccati mortalis ſit actualis cõuerſio a peccato ad Deum,hæc autem conuerſio appellatur contritio: Auerſio enim voluntatis manentis in peccato non tollitur niſi per voluntatis fractionẽ omnimodam,quę appellatur contritio, non tamen oportet ꝙ in ipſo inſtanti quo quis iuſtificatur conteratur de omnibus peccatis in ſpeciali,'qa hoc eſt impoſſibile,ſed ſufficit tunc in generali,in ſpeciali vero ante vel poſt. Ad primum,ſimul ſit, dicendum ꝙ q̃uis ſimul ſiat iuſtificatio,tamen ſucceſſiue ſit pręparatio ad iuſtificationem, & iõ contritio in ſui principio oportet ꝙ ſit ſingillatim de oibus, ſed in ſui

In alio ſcript. vt hic. ar. 2. quæſtiun. cu. 2. Ma. q.7. ar.11. ad tertiũ.

ſui fine, cum eſt gratia informata, eſt ſimul, & ſic eſt de his quę requiruntur ad iuſtificationem impii. Ad ſecundum, aut eſt ſufficiens aut non, dicendum ꝙ requiritur ſufficiens de omnibus generalibus ad iuſtificationē ſm quā remittuntur peccata, ſed quāuis ad præparationem in principio poſſit eſſe ſufficiens, non tamen per eam remittuntur peccata. Ad tertium de offenſa, dicendum ꝙ quāuis ratio auerſionis ſit cōmunis, tamen modus auertendi eſt differens.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. art. 3. 3. p. q. 84. arti. 8. 9. o. Pſalm. 37. c. 41 1. fi. Pſal. 45 co. 1. fi.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ cōtritio ſit maximus dolor qui poſſit eſſe. Hiere. n. 6. dicitur. Luctum vnigeniti, &c. Gl. Docet pœnitentem quid debeat facere: nihil enim dolentius morte vnigeniti. ergo requiritur dolor maximus. Præterea. Quantus eſt amor cōiunctionis tantus eſt dolor ſeparationis. ſed anima magis debet diligere cōiungi Deo, q̄ proprio corpori. ergo magis debet dolere de eius ſeparatione. Contra. Minimus dolor cum gratia ſufficit ad ſalutem. ergo nō requiritur maximus. Præterea. Omnis dolor, q eſt ſubiecti corruptiuus, eſt immoderatus. ſed ſi requireretur maior vel æqualis dolor mortis, eſſet ſubiecti corruptiuus. ergo &c. Pręterea. Videtur ꝙ non requiratur maximus ſecundum durationem. Non oportet hominem ſemper in confeſſione, vel ſatiſfactione exteriori durare. ergo a ſimili, nec in cōtritione ſeu interiori dolore. ergo &c. Reſpō. Dicendum ꝙ in contritione duplex eſt dolor: vnus in voluntate, qui non eſt aliud q̄ diſplicentia peccati, & in hoc cōſiſtit eſſentia cōtritionis, alius i ſenſualitate, qui cauſatur ex primo dolore, vel ſecundum neceſſitatem naturæ ex motu ſuperiorum viriū quæ ſequuntur inferiores, vel ſecundū electionem, prout voluntas excitat dolorem in illis. Primus ergo dolor ſm intentionem debet eſſe maximus in genere. ſ. comparatione aliorum dolorum, quia quāto aliquid debet magis placere, tanto eius oppoſitum debet magis diſplicere. Non tamē oportet ꝙ ſit maximus in ſpecie huius doloris, ſicut quilibet amor charitatis eſt maximus in genere, ſed non in ſua ſpecie. Secundum vero durationem oportet ꝙ ſit maximus, quia per totū tempus præſentis vitæ in habitu, ſed non in actu. In actu vero ſufficit ꝙ ſit quando homo recordatur. Vnde Hugo, Deus, inquit, quando abſoluit hominem a vinculo peccati, ligat eū vinculo perpetuæ deteſtationis. Secundus vero dolor non oportet quòd ſit maximus intenſiue, tum quia vires inferiores magis mouentur ex apprēhēſione obiectorum propriorum q̄ ex redundantia ſuperiorum virium, tum quia nō requiritur ad contritionem de neceſſitate, ſed de perfectiōe, nec extenſiue, ne ſi nimis duret, homo in deſperationē labatur. Ad primū incōtrarium, minimus dolor, dicendum ꝙ quāuis ſufficiat minimus dolor in gn̄e doloris ſpūalis i cōtritiōe, dolor tn̄ maximus eſt reſpectu aliorū dolorū. Ad ſecūdum dicendum ꝙ dolor ille ſpiritualis non eſt corruptiuus ſubiecti, ſed dolor ſenſibilis: eſt eni primus dolor in parte animæ incorruptibilis. Ad tertium dicendum ꝙ in electione voluntatis committitur peccatum, ſed ſine ea nec in opere nec in ore committitur, & ideo oportet ꝙ ſemper ſit deteſtatio peccati in volūtate, ne aſſentiatur peccato, & ita nō ſit in opere vel ſermone, vt propter

hoc cōtritio debet eſſe perpetua, nō autem ſatiſfactio,& confeſſio.

Quæſtio tertia.

Circa tertium quæruntur duo.

Primo vtrum omnes ad cōfeſſionem teneantur.

Secundo cui ſit confeſſio facienda.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, q̄ſtiuncul.1.&.2.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ non teneamur omnes ad confeſſionem: Quia quilibet debet cęlare,& non prodere crimen proximi ſui. ſed magis debet diligere ſe q̄ proximū. ergo magis cęlare crimen ſuum. Præterea. Petrus,& Magdale.& alii plures leguntur iuſtificati ſine confeſſione. ergo non eſt neceſſaria ad iuſtificationem. Præterea. Confeſſio ſit ad taxandum pęnitētiam pro culpa. ſed homo poſſet ſufficiēter ſibi taxare pęnam pro culpa. ergo nec oportet alteri confiteri. Contra. Boe. in lib. de conſo. ait. Si operam medicantis expectas, oportet ꝙ vulnus detegas. ergo ad ſanationem ſpiritualis vulneris detectio eſt neceſſaria. ergo & confeſſio. Præterea. Pœnitentiæ condiſtinctæ ad inuicem partes ſunt confeſſio, contritio,& ſatiſfactio. ſed omnes tenentur ad ſatiſfactionem,& contritionem. ergo & ad confeſſionem. Reſpō. Ad confeſſionem dupliciter obligamur, vno modo ex iure diuino ex hoc ipō ꝙ eſt medicina,& ſecundum hoc non omnes tenentur ad confeſſionem, ſed illi tantum qui poſt baptiſmum peccatum mortale incurrunt. Alio modo ex præcepto iuris poſitiui,& ſic tenentur omnes ex præcepto eccleſiæ ędito in concilio generali ſub Inno. tertio: quia q̄uis homo poſt baptiſmū naufragium mortale euadere poſſit, tamen veniale, quod eſt diſpoſitio ad mortale, non poteſt euadere,& cōtra illud etiam pœnitentiæ ordinatur,& ideo manet pęnitētiæ locus etiam in iis qui nō mortaliter peccant,& per conſequens confeſſionis. Secundū tamen alios non oportet ꝙ de veniali quis confiteatur, ſed vt ſe ſacerdoti repręſentet,& oſtendat ſe eſſe abſq; conſcientia mortalis. Ad primum de crimine proximi, dicendum ꝙ ſicut crimen proximi non debemus prodere, niſi ei qui vult,& poteſt prodeſſe, ita nec noſtrum. Ad ſecundū de Petro dicendum ꝙ priuilegia ſpecialia non faciunt legem cōmunem. Vel dicendum ꝙ multa facta ſunt quæ non ſunt ſcripta: vnde poteſt eſſe ꝙ confeſſi fuerint peccata, q̄uis nō ſit ſcriptū. Ad tertium dicendum ꝙ magis eſt ordinatum iudicari ab altero q̄ a ſeipſo. Vel dicendum quod in iudicio proprio poſſet eſſe periculū, cum hō nimis ſit propitius ſibiipſi.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. art.3. 4. contra. c.72.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur quod ſufficiat confiteri laico: Quia non obligamur ad confitēdum niſi ex inſtitutione diuina. ſed inſtitutio diuina non facit mentionē de ſacerdote. Iaco. v. Confitemini alterutrum peccata veſtra. ergo nō eſt neceſſe confiteri ſacerdoti. Præterea. Videtur ꝙ nec ſacerdoti ꝓprio: Ad quod enim determinate tenemur nō eſt in noſtra electione. ſed Aug. dicit, Qui confiteri vult quærat ſacerdotē qui ſciat ligare,& ſoluere. ergo licet confeſſorem ſibi eligere. Pręterea. Aliqui ſunt qui nō habent proprios ſacerdotes, vt prælati. ergo vel nō tenentur confiteri, vel nō neceſſe cōfiteri proprio ſacerdoti. Contra. Secundum iura nullus debet alterius ſubditum

In alio ſcrip. vbi ſup. q̄ſtiū. 3. quol. 12 ar. 31.

ſubditum

ſubditum ligare vel ſoluere.ergo nec debet eius confeſſionem audire. Præterea. Soli ſacerdotes cum ordinantur accipiunt claues.ergo ſoli habent poteſtatem ligandi, & ſoluendi. ergo eis ſolum debet confeſſio.fieri,& non laicis. Reſpon. Ad effectum aliquem duo requiruntur, ſcilicet potentia actiua in agente, & materia debita in ſuſcipiente. Ideo ad effectum ligandi & ſoluendi requiritur & poteſtas clauium,quæ datur in ordine, & materia debita,ſcilicet ſubditus, qui habetur ex iuriſditione. Vnde oportet confiteri ſacerdoti,& nõ niſi proprio. Sed proprius ſacerdos duplex eſt.Vel ex iuriſditiõe ordinaria,ſicut parochialis ſacerdos, vel epiſcopus, vel Papa, vel ex iuriſditione delegata,ſicut ille cui cõmittit poteſtatẽ audiendi aliquis horum trium,vel etiã legatus domini Papæ. Ad primum dicendum ꝙ Iaco.præſupponit ꝙ illis ſit confeſſio facienda quibus data eſt poteſtas ligandi & ſoluendi a chriſto,ſcilicet ſacerdotibus. Ad ſecundum de Auguſt. dicendum ꝙ hoc intelligitur de licentia data a ſacerdote proprio. Ad tertium dicendum de prælatis ꝙ conceſſum eſt talibus a iure confeſſores eligere,illi vero quos eligunt in hoc caſu ſuperiores eis ſũt, q̃uis nõ ſimpliciter,ſicut medicus ab altero medico curatur, nõ inquantũ medicus,ſed inquantum infirmus.

Diſtin. Decimaoctaua.

Hic quæri ſolet.

Hic eſt duplex quęſtio.
Prima de clauibus.
Secunda de excommunicatione.

Quęſtio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo an eccleſiæ datę ſint claues regni cęlorum.
Secundo de effectu clauium.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ non ſint claues datę eccleſiæ.Fruſtra dantur claues ad aperiendum oſtium quod ſemper eſt apertum.ſed oſtium regni cęlorum a paſſione domini ſemper eſt apertum: Apoc.5. Vidi oſtium apertum in cœlo.ergo fruſtra datæ ſunt claues eccleſiæ ad aperiendum oſtium regni cęlorum. Præterea. Cuicũꝗ aperitur cęlum clauditur infernus,& econuerſo.ſed eccleſia non dicitur habere claues inferni.ergo nec cęlorum. Prętérea. Maius eſt introduci in gloriã q̃ in gratiam.ergo,cũ ſolus Deus habeat claues introducendi ad gratiam, multomagis ipſe ſolus habet claues introducendi in gloriam. Pręterea: multi habent ſcientię donum qui,nec ſibi,nec alijs poſſunt regni cęleſtis aditum aperire.ergo ad minus ſciẽtia nõ eſt clauis regni cęlorum. Contra. Dictum eſt Petro, & in Petro cęteris eius, ſucceſſoribus, Matth. 16. Tibi dabo claues regni cœlorum. ergo eccleſia in prælatis ſuis vere habet claues &c. Præterea. Omnis diſpẽſator debet habere claues eorum quę diſpenſat.ſed miniſtri eccleſiæ ſunt diſpenſatores diuinorum, primæ Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo. ergo debet habere claues. Reſpon. Dicendum ꝙ clauis metaphoricę accipitur hic: Sicut.n.illud quo aufertur obſtaculum introitus in domum dicitur eſſe clauis in corporalibus,ſic in ſpiritualibus poteſtas qua aufertur peccatum,quod eſt obſtaculum introitus in regnum cęlorum,dicitur eſſe clauis.Hæc autem poteſtas eſt triplex. Quędam authoritatis,quæ eſt in ſolo

In alio ſcript. vt hic.4.contra.c.72.

Deo qui remittit peccatũ per gratiæ infuſionem. Quędam excellentiæ in Chriſto qui peccatum remittit p meritum paſſionis. Altera miniſterii in prælatis eccleſię, qui peccatum remittunt per miniſterium ſacramentorũ: Quia enim nullus ſibi aperire valet, ideo cõmiſſum eſt miniſterium remittendi peccata, quo regnum cęlorum aperitur eccleſiæ miniſtris. Sed quia remiſſio peccati non debet impendi niſi dignis, ideo hũc actum præcedit actus alius qui eſt diſcernere inter dignos, & indignos peccati remiſſionis, & ſecũdum hunc duplicem actum duplex eſt in eccleſia clauis, nõ diſtincta in eſſentia poteſtatis, ſed ex comparatione ad actus diſtinctos, ſicut in iudice vna eſt poteſtas iudicandi, quæ includit duplicem actum diſcernẽdi in cauſæ examinatione, & abſoluendi, & ligandi per ſententiæ condẽnationẽ. Ad primum autem actum ordinatur clauis ſcientiæ, ad ſecũdum clauis poteſtatis. Ad primum dicendũ ꝙ chriſtus in paſſione remouit clauſurã primam generalem, quæ fuit per peccati originalis traductionẽ, ſed tamẽ quilibet adhuc ſibi ꝓcurare poteſt clauſuram particularem quę eſt per peccati mortalis propriam cõmiſſionẽ. Ad ſecundum de inferno dicẽdum ꝙ eccleſia habet eaſdem claues cęli & inferni, ſed denominantur a fine principali, & digniori. Ad tertium dicendum ꝙ ſolus Deus ad gratiam, & ad gloriam introducit per modum agẽtis principalis, ſed tamen miniſter ſacramentorũ introducit ad vtrumq; p modum agentis inſtrumentalis. Ad quartum dicendum ꝙ ſcientia dupliciter accipitur. Vno modo habitus cognitionis, altero modo authoritas diſcernendi. Primo modo non eſt clauis, quãuis hoc Magiſter ſentire videatur. Secundo modo ſic.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ nullo modo poteſtas clauium ſe extendat ad remiſſionem culpæ. Mat. 9. dicitur. Quis põt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Et hoc idem oſtenditur ex multis authoritatibus. ergo poteſtas clauium nihil operatur ad remiſſionem culpæ. Præterea. Hieron. dicit in litera ꝙ in abſoluendis peccatis idem operatur ſacerdos euangelicus quod olim ſacerdos legalis in leproſis mundandis. ſed iſte tantummodo oſtendebat mundiciam, nullo modo efficiebat. ergo &c. Pręterea. Virtus finita non poteſt in infinitum, culpa vero mortalis, & pœna ęterna eſt quodam modo infinita. ergo. Pręterea. Videtur ꝙ nec extẽdat ſe ad remiſſionem pœnæ temporalis, quia poſt abſolutionem remanet pœnitẽs ligatus ad pœnam temporalem in purgatorio, vel in hoc mundo faciendam. ergo. &c. Contra. Dixit Ieſus di. ſuis Ioã. 20. Quorum remiſeritis peccata remittũtur eis. ğ pñt peccata remittere. Præterea. Si nihil dimittit de culpa, nec de pœna, eius abſolutio nihil prodeſt, quod eſt falſum. ergo. Reſpond. Dicendum ꝙ ad aliquid operatur virtus clauium diſpoſitiue, & ad aliquid effectiue. Diſpoſitiue quidem ad remiſſionem culpæ, & pœnæ ęternæ, quia ſicut per quodlibet ſacramentum nouę legis diſponitur quis ad gratiam, ita virtute clauium in pœnitentia pęnitens. Vnde ſi aliquis inſufficienter ad gratiam ſuſcipiendã diſponeretur, in ipſa confeſſione & ſacramẽtali abſolutione diſponeretur, & gratiam ſuſciperet, niſi obicem poneret. Si autem prius ſufficienter fuiſſet diſpoſitus, & gratiam obtinuiſſet, in

In alio ſcript. vt hic, art. 3. 4. contra c. 72.

Hoe dr̃ a S. D. fm ſniamquã hic tenet de efficientia ſacramentorum.

in pœnitentia virtute clauium, copio ſius munus gratiæ reciperet, ſicut in baptiſmo quis recipit gratiã ſi ei obicem non ponit, cum ante non recepe rit, & ſi recepit copioſiorem recipit. Operatur autem virtus clauium effectiue ad remiſſionem alicuius partis pœnæ purgatoriæ quæ in abſolutione relaxatur: & ſecundum hoc ſacerdos dicitur ligare, & ſoluere, quia aliquid de pœna temporali remittit, & ad reſiduum pœnę obligat, determinatam pœnam taxando, qui tamẽ in cõi pœnæ debitor erat. Ad primum Matth. 9. dicendum ꝙ loquitur de remiſſione per modum authoritatis, nõ per modum miniſterii. Ad ſecundum de Hieron. dicendũ ꝙ idem operatur, & plus. Nam ille oſtẽdebat ſigno, hic facto. Vel ſecundum quoſdam, dicendum, ꝙ habebat pręsbyter legalis virtutem mundandi a lepra corporali. Ad tertium dicendum ꝙ finitũ nõ poteſt agere in infinitum, vt agẽs principale, ſed vt inſtrumentum principale agentis infiniti ſic poteſt. Ad quartum de pœna remanente, dicendum ꝙ remanet, ſed diminuta virtute clauium quæ operatur ex ſuperhabũdanti merito Chriſti, quod eſt annexũ virtuti ſacramentorum.

Queſtio ſecunda.

Circa ſecundũ tria

quæruntur.

Primo an excõmunicatio debeat fieri in eccleſia.

Secundo quis poſſit excõicare.

Tertio de communicatione cum excommunicatis.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. qſtiũcu. 2.

AD primum ſic proceditur, & videtur quod nullus debeat ab eccleſia excõmunicari: Cõmunio enim ſuffragiorum eccleſiæ nulli põt auferri iuſto, & a nullo iniuſto poteſt haberi. ergo nullus ab ea poteſt ſeparari ergo nec excõmunicari. Præterea. In canonica Iudæ dicitur ꝙ Michael diabolum noluit maledicere vel excõmunicare. ergo multominus homo hominem debet maledicere vł excõmunicare. Præterea. Non debet pœna excedere culpam. ergo pro temporali damno vel iniuria non debet quis excõmunicari. Contra. Primæ Cor. 5. Apoſtolus mandat corinthium excõmunicari. ergo &c. Præterea. Dominus pręcepit incorrigibilem ſicut ethnicum & publicanum haberi, Matth. 18. ergo debet excõmunicari. Reſpond. Dicendum ꝙ iudicium eccleſiæ conforme debet eſſe iudicio Dei. Deus aũt multipliciter peccatores punit, vt ad bonum eos trahat: vno modo flagella immittendo, alio modo hominẽ ſibi relinquendo, vt auxiliis ſubtractis quibus impediebatur a malo, ſuam infirmitatem cognoſcat, & humilis ad Deum redeat, a quo ſuperbus receſſit: & quantum ad vtrũq; eccleſia in excõmunicationis ſentẽtia diuinum iudicium imitatur: Inquãtum enim a cõmunicatione fidelium ſeparat, imitatur diuinum iudicium quo per flagella caſtigat. Inq̃tum autẽ a ſuffragiis, & aliis ſpiritualibus ſeparat imitatur diuinũ iudiciũ quo hominem ſibi relinquit vt ꝑ humilitatem ſeipſum cognoſcẽs ad Deũ redeat. Ad primum de ſuffragiis, dicendum ꝙ duplex eſt cõmunio eccleſiæ, quædam interior per charitatem, quædam exterior per eccleſiaſticam vnitatem, ex qua contingit ꝙ eccleſia intentionẽ ſuam dirigit ad omnia membra ſibi vnita. Prima non poteſt auferri iuſto, nec tradi iniuſto, ſecunda vero poteſt. Ab hac vero ſit ſe-

paratio per excõmunicationem, non a prima. Ad ſecundum dicendum ꝙ non eſt ſimile de Michaele, qa diabolus eſt incorrigibilis, homo autem non. Ad tertium dicendum ꝙ in dãno temporali eſt ipſum exterius nocumentum,& eſt peccatum nocentis. Propter primum non excluditur qs a ſacramentis,ſed propter ſecũdum, nec tamen propter ſecundum ſemp, quia a leuioribus pęnis eſt incipiendum,& ad grauiores perueniendum. Excõmunicatio vero grauiſſima pœna eſt.Vnde etiam pro peccato mortali in inſtanti non debet infligi, ſed propter eius incorrigibilitatem.i.ꝓ contumacia,quæ tripliciter cõtingit. Aut quando non venit quis ad iudicium vocatus, aut veniens anteꝗ debet diſcedit, aut ſtans,ſententiæ non obedit.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ quilibet ſacerdos poſſit excõmunicare ſubditũ ſuum: Quia quilibet habet claues. actus vero clauium eſt excõmunicare.ğ &c. Præterea. Maius eſt ſoluere & ligare in foro pœnitentię ꝗ in foro iudicii. ergo cum ſacerdos poſſit primũ,multomagis poteſt ſecundum. Præterea. Videtur ꝙ ſuſpenſus & excõmunicatus poſſit excõmunicare,& abſoluere, quia retinẽt ordinem,& iuriſditionẽ. plus vero non requiritur ad vtrũq; actum.ergo &c. Contra. Ligatus non poteſt alterum ſoluere. vel ligare.tales vero ligati ſunt.ğ etc. Præt. Maiores pęnas infligere, maiorum eſt iudicum, nõ minoꝝ. Excõmunicatio vero maxima pęna eſt.ğ etc. Reſpon. Excõmunicatio ſequitur iuriſditionẽ in foro iudiciali,& ideo quicũq; iuriſditionem habent ordinariam, ſiue delegatam,poſſunt de iure excõmunicare. Alii vero iferiores ſacerdotes nõ, niſi in caſibus ſibi conceſſis,vel a iure, vel a conſuetudine,vel ab homine.Suſpenſus autem,& excõmunicatus,quãuis hanc iuriſditionem habeat, quia tamen habet eam ligatam,non poteſt excõmunicare. Ad primum,actus clauium,dicendum ꝙ verum eſt accidentalis,non eſſentialis. Ad ſecundum dicendum ꝙ quãuis ſit maius,nõ tamen tãta ſolẽnitas requiritur quia vbi nulli ſit præiudicium,hec fieri poteſt de facili. Ad tertium dicendum, ꝙ quãuis habeant poteſtatem iuriſditionis,non tamen executionem: Illa nãq; ſicut abhomine datur, ſic tollitur,& ligatur.

vbi ſupra qſtiun. 2.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic.art.4. qſtiũcu.2. quol. 11. ar.9.0.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ſemper ſit peccatũ mortale excõmunicato cõmunicare. Secundum iura pro tali participatione,ſi non deſiſtant, poſſunt homines participantes,maiori excõmunicatione excõmunicari.ſed nullus debet excõmunicari niſi pro peccato mortali.ergo &c. Præterea. Inno.ter. dicit ꝙ pro metu mortis nõ debet homo excõmunicato cõmunicare, quia magis debet homo omne periculum ſubire,ꝗ mortaliter peccare.ergo excõmunicato communicare eſt peccatum mortale. Præterea. Qui excõmunicato ſcienter cõmunicat præceptum eccleſiæ cõtemnit. ergo peccat mortaliter. Contra. Pauci ſunt qui hoc obſeruent. durum eſt autem tantã multitudinẽ condẽnare. ğ etc. Præterea. Nullus poteſt abſoluere a mortali niſi habeat iuriſditionem ſuper abſoluendum.ſed poteſt abſoluere a participatione excõmunicatiõis quilibet ſacerdos. ergo non eſt peccatum mortale. Reſpon. Quidam dicunt ꝙ aliquis participans excõmunicato

cato

cato in verbo vel quocunq; alio modo, niſi in caſibus exceptis a iure, peccat mortaliter. Sed quia hoc videtur valde graue ꝙ pro vno leui verbo qs peccet mortaliter: ideo aliis probabilius videtur ꝙ non ſemp peccet mortaliter, ſed ſolum quando in crimine excõmunicato participat, vel in diuinis vel in contemptũ eccleſiæ. Ad primum dicendum ꝙ quãuis participare ſimpliciter non ſit peccatum mortale, ſemper tamen participare pertinaciter peccatũ mortale eſt, quia contẽnit. Ad illud Innocentii dicendũ ꝙ loquitur de participatione diuinorũ, Vel dicẽdum ꝙ nec etiam veniale metu mortis cõmitti debet. Vnde hæc conditio, quia, non dicit tantum cauſam, ſed exaggerationem, ſiue aggrauationem. Ad tertium dicendum ꝙ ſi cõmunicat in contemptum eccleſię peccat mortaliter, ſed non ſemper ſic cõmunicat.

Diſtin. Decimanona.

Poſtq̃ oſtẽſũ ẽ etc.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quinq;.

Primo vtrum ſacerdotis ſit propriũ habere claues.

Secundo vtrum ſacerdos vet.e.le. habuerit claues.

Tertio vtrum mali ſacerdotes, hæretici, ſchiſmatici, & excõmunicati claues habeant.

Quarto vtrum quilibet ſacerdos poſſit vti claue in quẽlibet.

Quinto vtrũ ſancti homines, qui non ſunt ſacerdotes, habeant vſum clauium ligando, & ſoluendo.

In alio ſcrip. vt hic.qſtiun cu.2.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ non ſoli ſacerdotes in no.te. habeant claues: Nam oſtiarii habent poteſtatem, & officium indignos excludendi, & dignos admittendi. hoc autem eſt officium clauiũ. g̃ &c. Præterea. Excõmunicare, & abſoluere ad claues pertinent. multi vero non ſacerdotes habent poteſtatem excommunicandi, & abſoluendi, vt electi, archidiaconi, & officiales. ergo &c. Pręterea. Abbatiſſæ habent iuriſdictionem ad correctionem ſuarum monialium ergo habent poteſtatem clauium. Præterea. Aliquis non ſacerdos eſt maioris meriti aliquo ſacerdote, & maioris ſcientię. cum ergo clauis poteſtatis ex paſſione Chriſti oriatur, cui per meritum conformamur, videtur ꝙ ſancti homines, q̃uis non ſacerdotes, vtrãq; clauem habere poſſint. Contra. Dicit Ambro. ꝙ eccleſia in ſolis ſacerdotibus habet claues. ergo non in aliis. Præterea. Solis Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus claues ſunt datę. ergo ſolis presbyteris, qui ſunt Apoſtolorum ſucceſſores. Reſpon. Duplex eſt clauis: Quædam.n. eſt clauis ordinis, per quam regnum cęlorum alicui aperitur, & iſta tantum eſt presbyteris conceſſa. Alia eſt clauis iuriſdictionis, per quã aliquis admittitur, & excluditur a regno eccleſiæ militantis, & hęc aliis q̃ ſacerdotibus eſt conceſſa. Sed quia per regnum eccleſiæ militantis peruenitur ad regnum eccleſiæ triumphantis, ideo hęc non dicitur proprie clauis, cęli, ſed diſpoſitio ad ipſam. Ad primum de oſtiariis, dicendum ꝙ poteſtas oſtiarii non eſt ad claudendum vel aperiendum regnum cęlorũ, ſed materiale templum. Poteſtas etiã eius non eſt in diffiniendo, vel in iudicando, ſed in exequendo ad iudicium ſacerdotis. Ad ſecundum de archidia. & offici. & huiuſmodi dicendum quod huiuſmodi, vt iam dictũ eſt, hñt

vbi ſupra ar.2.

clauem iuriſditionis, quę non dicitur proprie clauis, ſicut iam dictum eſt, & non clauem ordinis, quę proprie eſt clauis regni cęlorum, per quam ſubtrahitur, peccatum quod eſt impedimentum regni cęlorum. Ad illud de abbatiſſis dicendum quòd non habent claues ad aperiendum regnum cęlorum, ſed actum ſimilem actui clauium. ſ. in correctione temporali, & diſciplina ſuarum monialium ꝓpter periculum cohabitationis virorū inter eas. Ad quartum dicendum ꝙ homo agit in ſacramentis, non tanq̄ author, ſed ſicut miniſter, & ideo non agit virtute proprię perfectionis, ſed eius cuius eſt miniſter. Ad miniſteriū autem deputatur aliquis per ordinē. Vnde quanticunq; quis ſit meriti, ſi ordine careat, clauem poteſtatis non habet. Similiter nec clauem ſcientię, quæ non importat ſcientię habitum, ſed authoritatem diſcernendi, vt dictum eſt.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. art. 1.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd ſacerdos legalis claues habuerit: Clauis enim eſt ſcientia diſcernendi, & potentia iudicandi, vt dictum eſt diſtinctione pręcedenti. ſed ipſi habuerunt vtrūq;. ergo ipſi habuerunt claues. Præterea. Habuerunt poteſtatem in populo fidelium qui tunc erant. Aut ergo temporalem aut ſpiritualem. Si temporalem. ergo non diſtinguebatur poteſtas ſacerdotum & principū, quod falſum eſt. Si ſpiritualem. ergo habebant poteſtatem clauium. Præterea. Claues conſequuntur ordinem. ipſi vero habebant ordinem ſacerdotii. ergo &c. Contra. Poteſtas clauium ordinatur ad aperiendum regnum cęlorum, quod aperiri non potuit ante paſſionem Christi. ergo ſacerdos legalis clauem non habuit. Præterea. Poteſtas clauium eſt ad remiſſionem peccatorū. Sacerdotes vero legales nullam habebant poteſtatem in remiſſionem peccatorum; quia in ſacramētis quæ miniſtrabant non conferebatur gratia. ergo &c. Reſpon. Dicendum quòd clauis regni cęlorum proprie dicitur quę introducit ad regnum cęlorum. Sacerdos autem legalis non habebat poteſtatem introducendi ad regnum cęlorum ſed introducēdi, & excludendi a templo terreno, qđ figurabat regnum cęlorū, & ideo nō habebat claues, ſed in eo figura clauium pręceſſit. Ad primum, clauis eſt ſcientia, dicendum quod hoc intelligitur reſpectu dignitatis, vel indignitatis, quantum ad regnum cęlorum. Sacerdotes vero legales habebant ſcientiam diſcernendi, & potentiam iudicandi de dignitate, & indignitate ingrediendi in templum materiale. Ad ſecundum de poteſtate ſuper populum, dicendum quòd habebāt poteſtatem ſpiritualem ordinatam tantum ad templum, non ad regnum cęlorum, quā non habebant principes. Ad tertium de ordine dicendum quòd claues conſequuntur ordinem, non quęcunq;, ſed qui deputatur ad conſecrationē corporis christi, per quem aperitur regnum cœlorum.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd mali ſacerdotes nō habeant claues: Quia in collatione clauium dictum eſt Apoſtol. Io. 20. & dicitur ordinandis. Accipite Spiritū ſanctum. Quorum re. pe. re. &c. ergo illis ſolis datur poteſtas remittendi peccata qui accipiunt Spiritumſanctum. Pręterea. Dicit Auguſt. quòd Spirituſſanctus peccata vel per ſeipſum,

In alio ſcript. vt hic. ar. 2. q̄ſtiun. 1.

ſeipſum, vel per columbę mēbra. non ergo per prædictos ſacerdotes. Pręterea. Rex ſapiens claues theſauri ſui non committit inimicis ſuis. ergo Deus clauęs eccleſię non cōmittit ſacerdotibus malis. Contra. Malitia miniſtri non impedit effectū ſacramenti. ergo nō impedit poteſtatem clauium in miniſtratione ſacramentorum. Præterea. Bonitas miniſtri incerta eſt. ergo nunq̃ poſſet de abſolutione certitudo aliqua haberi. Reſpon. Clauium poteſtas conſequitur characterem ordinis. Cū ergo in prædictis ſacerdotibus non deleatur character ꝓpter eorum malitiam, nec ptās clauium eis ſubtrahitur. Sed cum vſus clauium ordinis dependeat a poteſtate iuriſditionis, & in ſchiſmaticis, aut hæreticis, & excōmunicatis poteſtas iuriſditionis ſit ligata, ideo vſus clauium in eis eſt impeditus. In malis aūt ſacerdotibus ab eccleſia non pręciſis, poteſtas iuriſditionis non eſt ligata, & ideo hn̄t liberum vſum clauium. Ad primū Ioā. 20. dicendum ꝙ Dominus determinat ea quæ requiruntur nō ſolum ad vſum ſimpliciter, ſed ad vſum idoneum: hæc enim eſt intentio Chriſti, & Epiſcopi ordinem conferentis, vt non tantum exequatur officium, ſed & digne exequatur. Ad ſecundum de Augu. dicendum ꝙ loquitur de remiſſione idonea, quæ requirit nō tantum poteſtatem miniſtri, ſed bonitatem. Ad tertium de Rege dicēdum, ꝙ nō eſt ſimile, quia theſaurum regni terreni poſſet inimicus diſtribuere Regis inimicis, ſed hoc non pōt fieri de theſauro Regis æterni.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſacerdos poſſit vti claue quam habet in quolibet homine. Clauis corporalis quæ aperit, & claudit ſeram vnam, ſimiliter claudit, & aperit omnem ſeram conſimilē. ergo multomagis clauis ſpiritualis. Pręterea. Sacerdotium no. te. eſt perfectius q̃ ve. te. ſed ſacerdos ve. teſt. poterat vti ſua poteſtate quā habebat diſcernendi inter lepram, & lepram indifferēter in omnes. ergo multofortius ſacerdos euāgelicus vti poteſt ſua poteſtate in oēs. Præterea. Poteſtas clauium in ſacerdotes deſcēdit ex illa authoritate Chriſti qua dixit, Accipite Spiritumſanctum. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. ſed illud indeterminate dixit de omnibus. ergo habens clauem indeterminate poteſt ea vti in quolibet. Contra. Secundum iura nulli licet ligare, & ſoluere alienum ſubditum. ergo ſacerdos non poteſt vti claue in quēlibet. Pręterea. Ordinatius debet eſſe iudicium ſpirituale q̃ temporale. ſed iudicium temporale nō pōt exerceri in non ſubditum. ergo nec ſpirituale, & ſic idem quod prius. Reſp. Ad vſum clauis in abſolutione a peccato duplex poteſtas exigitur, Vna ordinis, qua quis efficitur diſpēſator ſacramenti pęnitētiæ, quę eſt ęqualiter in omnibus ſacerdotibus, Altera iuriſditionis, qua pęnitens efficitur debita materia diſpenſantis: Et ideo propter defectum iuriſditionis, quam non habent ſacerdotes in omnes, nō poſſunt vti claue in omnes. Sed quia ſolus ſūmus pontifex habet poteſtatem iuriſditionis in omnes, ideo tam ipſe q̃ is cui ipſe cōmittit, vti claue pōt in omnes. Ad primum dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia quælibet ſera ęque eſt propria materia clauis illius, ſed non ſimiliter quilibet peccator reſpectu clauis ſpiritualis. Ad ſecundum dicendum, ꝙ non eſt ſimile, quia pote-

hic. art. 3. 4. contra c. 72.

ſtas illa erat ſolum ad vnum populũ, & ad vnum templum, & ideo nõ erat tanta diſtinctio poteſtatis neceſſaria: hoc vero ad populum, & ad templũ toto orbe diffuſum. Ad tertium dicẽdum ꝙ intelligitur de poteſtate ordinis quę æqualiter ſe extẽdit ad omnes, quantum eſt de ſe, ſed propter defectum iuriſditionis non poteſt exerceri in omnes.

Diſtin. Vigeſima.

Sciẽdum eſt etiam

ꝙ tempus pœnitentiæ.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo an aliquis in extremo vitæ ſuę poſſit pęnitere.

Secundo an in fine vitæ poſſit a quolibet ſacerdote abſolui.

Tertio an pęnitens in fine vitę, pęnas purgatorii ſuſtinebit.

Quarto an poſſit vnus pro alio ſatiſfacere.

Articulus primus.

In alio ſcrip. vt hic. Heb. 12.d.3.co.4.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ nullus in extremo vitæ poſſit vere pœnitere. Eccl. 17. dicitur. Viuus, & ſanus cõfiteberis. ſed non valet cõfeſſio niſi in vita. ergo ſimiliter non valet niſi in ſanitate. Præterea. Aug. dicit. Si vis agere pęnitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiſerunt ſed non tu illa. ſed omnis quẽ vere pœnitet, peccata dimittit. ergo in tali ſtatu non põt homo vere pęnitere. Præterea. Mich. 3. dicitur. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos. vbi dicit gl. clamabũt ſera pnĩa. ergo ſerã pniam deus nõ exaudit. Sed nulla magis ſera eſt illa quæ in morte ĩcipit fieri. ergo illa non exauditur. ḡ nõ eſt vera. Cõtra. Latronẽ in fine vitæ pœnituit Lu. 23. & tñ latro ipſe ſtatim remiſſionem inuenit. Præterea. Ezech. 33. dicitur. Impietas impii nõ nocebit ei in quacunq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua. ergo &c. Reſpon. Dicendum ꝙ de pęnitentia loqui poſſumus dupliciter. Vno modo quantum ad rei veritatem, & ſic poſſibile eſt hominem in fine vitę pęnitere: poteſt enim tunc de peccato cõmiſſo dolere cum propoſito cõfitendi, & ſatisfaciendi. Alio modo quãtum ad manifeſtationem, & ſic veritas pęnitentiæ in fine non manifeſtatur: Incertum eſt enim vtrum taliter pęnitens ex ſolo timore pęniteat, vel ex amore Dei, qui ad veram pęnitentiam requiritur, & præcipue cum difficile ſit vt homo, cuius affectus ſemper fuit in peccatis, in momento iuſtitiã amplectatur. Sed quæ apud homines ſunt difficilia, Deo ſũt facilia. Vnde ex eius gratia contingit interdum in fine aliquos vere pęnitere. Ad primum dicendum ꝙ cõfiteri in vita, præceptum eſt: confiteri in ſanitate, conſilium. Ad ſecundũ dicẽdum ꝙ peccata dimittere, vel dimitti ab eis dupliciter dicitur, vel quantum ad effectum, vel quantum ad affectum. Primo modo is, quẽ pęnitet in morte, a peccatis dimittitur, ſed ſecũdo modo ipſe dimittit peccata, & hoc ad veram pnĩam ſufficit. Ad tertium dicendũ, ꝙ pęnitentiã ſeram vocat glo. eam quæ fit poſt mortem, nõ quæ in morte, vel quæ fit ſolo timore pœnę, non amore iuſtitiæ: nunquam enim eſt ſera vera pœnitentia, vt dicit Auguſt.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non omnis ſacerdos poſſit in fine pęnitentem abſoluere: Dicit enim author in litera ꝙ preſbyter inconſulto epiſcopo non debet

In alio ſcrip. v ſup. qſti cula. 1.

pęnitentẽ

pęnitentem recōciliare. ergo multo minus ſacerdos alienus, proprio incō ſulto, poteſt hoc facere. Præterea. Qui ſic abſoluitur debet venire, ſi eua dat, ad ſacerdotem proprium, & ſe ei oſtendere. ergo non videtur eſſe ſufficienter abſolutus. Pręterea. In articulo neceſſitatis ſicut licet alieno ſacerdoti baptizare ita & laico. ĝ ſimiliter eſt in pœnitentia. ſed in tali caſu laicus nō poteſt abſoluere. ergo nec ſacerdos alienus. Contra. In neceſſitate corporali poteſt quis vti re aliena inuito domino. ergo magis in ſpirituali, quæ maior eſt. Præterea. Dicitur in litera ꝙ ſi presbyter pœnitentiam abnegauerit morientibus, reus animarū erit. ergo quilibet ſacerdos poteſt talibus dare pœnitētiæ ſacramentum. Reſpon. Ad abſolutionem pęnitētis duo in abſoluente requiruntur. ſ. poteſtas ordinis, & poteſtas iuriſditiōis. Prima æqualiter eſt in omnibus ſacerdotibus reſpectu omnium peccatorum, & peccantium: ſed ꝙ ſecunda non ſit ęqualiter in omnibus, hoc eſt propter ſtatutum eccleſię ſic ordinantis. Sed quia neceſſitas non habet legem, non obſtante tali lege ſtatuti, in articulo neceſſitatis quilibet ſacerdos habet poteſtatē iuriſditionis in abſoluēdo omnes, nō tantum a peccatis, ſed etiam a ſententiis excōmunicationis. Ad primum de epiſcopo dicēdum, ꝙ verum eſt in caſibus epiſcopo reſeruatis, extra articulum neceſſitatis. In neceſſitatis autem articulo, in iis, & in aliis inconſulto epiſcopo, & proprio ſacerdote poteſt pœnitentem abſoluere. Ad ſm, debet venire, dicendum ꝙ verum eſt ꝓ abſolutione ſibi facta notificanda, nō requirenda. Ad excōmunicatorem ſimiliter debet venire pro recipiendo mandato eccleſię, non pro abſolutione. Ad tertium dicendum ꝙ non eſt ſimile, quia non eſt tantæ neceſſitatis pœnitentia ſicut baptiſmus, eo ꝙ baptiſmus totaliter a pœna liberat, non autem abſolutio clauium, ideo nulla poteſtas requiritur in miniſtro illius, ſicut in miniſtro huius.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ pęnitens in fine vitæ non ſuſtinebit pœnā purgatorii. Poſt hanc vitam pœna purgatorii excedit omnem pęnā huius mundi, vt habetur in litera. ſed pęna ad quam tenetur pęnitens non eſt tanta quātæ ſunt multæ pœnę huius mundi. ergo ſi punitur in purgatorio, punitur plus debito, & ſic fit ei iniuria. Præterea. Omne peccatum poteſt in hoc mūdo expiari per pęnas inflictas patienter toleratas. ſed mors eſt maxima pęnarū. ergo, ſi pœnitens eam patienter ſuſtineat, per eā totaliter expiatur. Præterea. Iudicium ſacerdotis, qđ fit claue non errante, Deus confirmat. ſed aliquando ſacerdos debita diſcretione adhibita, per quam error clauis excluditur, iniungit minorē pniam ĝ ſit cōdignum. ergo videtur ꝙ ſi pęnitentiam expleat, ad minus in tali caſu, pęnam in purgatorio nō patietur, præcipue cum ignorantia eum excuſare videatur. Contra. Iuſtitia diuina exigit vt peccatum, vel a Deo, vel ab homine puniatur. Sed non eſt punitum ſufficienter peccatum ab homine qui decedit in fine pœnitens. ergo punitur a Deo. Præterea. Nullus ex ſua negligentia debet cōmodū reportare. ſed ſi non puniretur talis in futuro, reportaret cōmodū de negligentia pęnitentiæ dilatæ. ergo &c. Reſpon. Dicendum ꝙ culpa per pęnam ordinatur, inquantum per eam

In alio ſcrip. vbi ſup. quæſtiuncu. 2.

ad ordinẽ iuſtitiæ reducitur. Iuſtitia autem in quadam æqualitate cõſiſtit, vnde cuilibet culpæ determinata pęna debetur. Vbi ergo hæc pęna aliquo modo fuerit expiata, non ſeruaretur ordo diuinæ iuſtitiæ, niſi eã peccator ex toto ſuſtineret. Cõtritio autem pęnitentis, & abſolutio ſacerdotis ſunt expiatiua pęnæ ſecundum aliquam determinatam quantitatem: vnde oportet ꝙ illud quod ſupereſt, pęnitẽs in hac vita vel in alia ſuſtineat. Ad primũ, homo non debet plus. &c. dicendum ꝙ quamuis pęna purgatorii non ſit in hoc mundo debita, tamen eſt in alio, ſicut eadem culpa, ſecundum diuerſum forum, grauius punitur in vna prouincia ꝙ̃ i alia, & maior ei pęna debetur. Ad ſecundum dicendum ꝙ pęna mortis naturalis, cũ ſit debita naturaliter pro pctõ originali, non ſatisfacit pro pctõ actuali, ſed pęna mortis illatæ pro Deo poſſet ſatisfacere. Ad tertium dicendum ꝙ etiã in caſu illo pęnitens poſt hanc vitam pęnam ſuſtinet, cum pęna ſibi debita pro peccato non ſit totaliter expiata, nec per cõtritionem, nec per abſolutionem, nec per ſatisfactionem peractam. Clauis autem, quãuis in impoſitione ſatisfactionis non errauerit ſecundum iudicii æquitatem, errauit tamen ſecundum rei veritatẽ, nec ignorantia excuſat a reatu peccati præteriti, ſed futuri.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vbi ſup. quæſtiun. 2.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ nullus poſſit pro alio ſatisfacere. Sedæ Cor. 5. dicitur. Omnes nos maniſeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis &c. ergo non aliena. Præterea. Tres ſunt partes pęnitentię, ſed non poteſt hõ conteri, aut confiteri pro alio. ergo nec ſatisfacere. Præterea. Quando quis ſuſcipit ſatisfactionem pro aliquo, ille cuius ſatisfactio ſuſcipitur antequam alius ſatisfaciat decedens, aut punitur pro peccatis illis, aut non. Si non, ergo ante ſatisfactionem debitam ſaluatur. Si ſic, ergo idem peccatum bis punitur, ſi alius poſt ſatisfactionẽ ipleat. Contra. Gal. 6. dicitur. Alter alterius onera portate. ergo vnus põt alterius onera pniæ portare. Præte. Plus poteſt charitas apud Deum ꝙ̃ apud homines. ſed charitas humana poteſt alterius debitum ſoluere. ergo multomagis diuina. Reſpon. Dicendum pęnitentia propter duo iniungitur. ſ. ad ſoluendum debitũ culpæ præteritæ, & præſtandum remedium futuræ. Secundo modo non poteſt aliquis pro alio ſatisfacere, quia per macerationem carnis vnius non maceratur caro alterius. Sed primo modo poteſt, dummodo ſatisfaciens ſit in charitate, quia poteſt ita pęnitentiam perficere ſicut ille cui iniungitur. Sed quia iniungitur non tantũ ad ſoluendum debitum, ſed ad præſtãdum remedium, vt dictum eſt, ideo non debet vnius ſatisfactio pro alio recipi, ſi defectus aliquis appareat in pœnitente vnde ſit impotens ad ſatisfaciendum. Ad primum dicendum ꝙ propria hominis dupliciter dicuntur. Aut proprie, quando ipſemet facit aliquid, aut interpretatiue quando facit alius pro eo. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſicut in articulo neceſſitatis poteſt quis pro alio ſatisfacere, ſic & confiteri, vt ſi ipſe non poſſet loqui. Vel dicendum ꝙ nõ eſt ſimile, quia verecũdia quam quis ſuſtinet in confeſſione eſt maxima pars ſatiſfactionis, non autem ſic verecũdaretur homo ſi per alium confiteretur, ſicut ſi per ſe. Pęna autem tãta poteſt ab

3. p. q. 14 art. 1. c. q. 48. art. 1. ad primũ. 3. contra c. 158. ſ. Ver. q. 92 articu. 7. c. Heb. 2. l. 4. co. 2.

ab alio perſolui ſicut a ſeipſo. Ad tertium dicendum ꝙ quãdiu non eſt ſolutum debitum per alterum, oportet ꝙ per ſeipſum ſoluat, & ſi poſtea ſoluatur per alterũ proderit ſoluenti in ſatisfactionẽ peccatorũ propriorum.

Diſtin. Vigeſimaprima.

Solet etiam quæri.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo an ſit purgatorium.

Secũdo an per pœnam purgatorii remittatur peccatum veniale.

Tertio an per confeſſionẽ generalẽ.

Quarto vtrum in quolibet caſu homo teneatur cęlare ea quæ ſub ſigillo confeſſionis habet.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ purgatorium non ſit. Apo. 14. dicitur. Beati mortui qui in Dño moriuntur. Amodo iam dicit Spi. vt requi. ergo illis qui in Domino moriuntur non manet aliquis locus pęnalis purgatorius, ſed nec illis qui in domino non moriuntur. ergo poſt hanc vitam non eſt aliquis locus purgatorius. Præterea. Deus eſt pronior ad remunerandum bona q̃ ad puniendum mala. ſed peccatores propter aliqua bona quæ fecerũt nõ retardantur a pęna. ergo multo fortius iuſti pp aliquã mala quę fecerũt, nõ retardatur a pręmio. Præterea. Grego. dicit. Qualis quiſq; exit hinc, talis in iudicio præſentabitur. ergo ſi exit non purgabitur vſq; ad diem iudicii. Sed nec poſt. ergo non eſt locus purgatorius animarum. Præterea. Ignis purgatorius durior eſt q̃ quicquid in hoc ſæculo pęnarum videre, aut ſentire, aut cogitare quis poteſt, vt Aug. dicit. ſed peccato pęnitentis debetur aliqua pęna in hac vita. ergo ſi in purgatorio punietur, punietur vltra condignum. Contra. Aliq decedunt hinc ſine culpa propter cõtritionem habitam, & tamen cum debito pęnæ propter ſatisfactionẽ non impletam. Aut ergo illam pęnam ſoluent, & ita reſtat poſt hanc vitam locus purgatorius. Aut non, & ſic perit diuina iuſtitia. Pręterea. Apoſt. dicit primæ Cor. 3. ꝙ qui ædificat ligna, fœnum, ſtipulam, ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. ſed nõ per ignem inferni, quia ad illum non ſeq̃tur ſalus. ergo purgatorii. Reſpõ. Dicẽdum ꝙ purgatorium ponere neceſſariũ eſt ex diuina iuſtitia quę non dimittit peccatũ impunitum, quia ſecundum Augu. Aut Deus, aut homo punit peccatum. Cum ergo moriẽtis peccatum in hac vita non fuerit ſufficienter punitum, oportet poſt hanc vitam puniri, Sed nõ in inferno, quia contingit talem decedere in gr̃a, quæ non compatitur ſecum pęnam infernalem. ergo neceſſarium eſt eſſe purgatorium. Ad primum dicendum ꝙ loquitur de laboribus in operãdo, non in patiendo. Ad ſecundum dicendum ꝙ verum eſt, quantum eſt de ſe, impedimentum autem cõtingit ex parte noſtra. Nam bona facta cũ mortali, non ſunt vere bona, ſed mala facta cum charitate, vere mala ſunt. Ad tertium dicendum ꝙ illud intelligitur de charitate prædominante, nõ de quacũq;. In iuſto vero ſemper prædominatur charitas, in peccatore vero iniquitas. Ad quartum dicẽdum ꝙ pęna purgatorii erit grauiſſima ꝓpter conditionem patientis. ſ. animæ quæ eſt principium ſentiendi: Pęna enim quæ ſuſtinetur in locis ſenſibilibus eſt plus afflictiua. Vnde nõ ſequitur ꝙ aliquis puniatur per eam vltra

In alio ſcript: vt hic. 4. cõtra. c. 91. ſi. op. 1. c. 33. ſi. op. 2. ar. 9.

quod

condignum,quia ſecũdum diuerſum ſorum,vel diuerſam conditionem pa tiẽtis,taxatur diuerſa dignitas pęnæ.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic.art.3.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ venialis culpa ꝑ purgatorium non deleatur. Super illud primæ Ioan.5. Eſt peccatum ad mortem:dicit glo.Quod in hac vita non corrigitur; fruſtra de illo poſt mortem venia ſperatur. ergo nulla culpa poſt hanc vitam remittitur. Præterea. Modica pęna cum gratia ſufficit delere omnem pęnam venialé.ergo multo fortius pęna mortis cum gratia. Præterea. Hoc eſt hominibus mors quod eſt angelis caſus,vt Dama.ait.ſed angelis poſt caſũ nulla culpa remittitur. ergo nec hominibus poſt mortem. Præterea. Facilius eſt in culpã cadere q̃ a culpa reſurgere. ſed non poſſunt homines poſt hanc vitam cadere in aliquã culpã.ergo nec reſurgere ab aliqua culpa. Contra. Greg.& Aug.dicũt, quòd peccata grauia non dimittũtur in futuro,ſed leuia.Aut ergo hoc intelligitur quo ad culpam,aut quo ad pęnam.Si quo ad pęnam,contra.Grauium pęna dimittitur in futuro. Si quo ad culpã, ergo aliquæ culpæ remittuntur in futuro. Præterea. Contingit aliquem iuſtum decedere cũ culpa veniali. Aut ergo purgabitur,& ſic aliqua culpa ibi delebitur; aut cum culpa veniali ſaluabitur, aut pro ſola culpa veniali dãnabitur,quorum vtrũq; eſt impoſſibile.ergo.&c. Reſpond. Dicendum ꝙ circa hoc eſt duplex opinio: Quidam enim dicũt ꝙ in morte quodlibet veniale deletur,quia corruptio concupiſcentię eſt cauſa venialis,in morte autem tollitur hæc cauſa in electis, ideo tollitur veniale. Sed quia hoc eſt contra authoritatem ſanctorum dicentiũ venialia dimitti poſt hanc vitam, ideo alii dicũt verius quòd in purgatorio peccata venialia dimittuntur, & hoc ſic manifeſtatur: Gratia enim non de ſe tollit veniale,quia ſecundum eſſentiam ei non opponitur, ſine alterius adiutorio,vel intrinſeco,vt motu liber.quod non eſſe poteſt poſt hanc vitam,quia non eſt meritorius talis motus,vel extrinſeco,vt virtute ſacramẽti quæ interius operatur ad venialis deletionem,vt patet in dormiente,q ſi poſt deſiderium baptiſmi committat aliquod veniale ante dormitionẽ, & in dormiendo baptizetur, virtute baptiſmi conſequitur remiſſionẽ venialis.Quãuis autem deſit ſacramẽtũ poſt hanc vitam, tamen aliquid loco eius põt delere pctm̃,& ſic pœna purgatorii vt extrinſecus coopans, ſup poſita gr̃a delet veniale voluntate ſe gratiæ cõformãte, q̃uis nõ auxiliãte, vt qdã dicunt.Alii vero dicunt ꝙ q̃diu aliqs eſt in ſtatu vię põt aliq̃l'r mereri,Et qm̃ in purgatorio hõ aliqual'r eſt in ſtatu viæ,quia adhuc non recepit pro meritis, ideo aliqualiter põt mereri, & ſi non præmium eſſentiale, tamen præmium accidentale, ſcilicet,accelerationẽ gloriæ, & ita remiſſionem venialis culpæ. Ad primum de glo.ſupradictum primæ Io. 5.dicendum ꝙ intelligenda eſt ſecundum textus proprietatem.Vnde loq̃tur de mortalibus,quæ requirunt ſimpliciter aſſenſum volũtatis in ſui ppetratione,non de venialibus,quæ ſimilem aſſenſum non requirunt. Clarum eſt autẽ ꝙ textus de mortalibus loquitur. Ad ſecundum dicendum ꝙ modica pęna voluntaria,non naturalis,ſufficit:naturalibus enim nõ meremur,ſed mors pęna ẽ naturalis, nõ voluntaria. Ad tertium dicendum

quòd

quòd verba Dam. intelliguntur quo ad remedium pęnitentię, non quo ad expiationem per modum pęnæ, quæ in hominibus eſſe poteſt qui cum gratia decedunt. Ad quartum de caſu dicēdum hoc verum eſſe de reſurrectione quæ fit conatu proprio, Et præterea veniale peccatum proprie nō eſt caſus.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. 3 p. q. 87. arti. 3. c. De ma. q. 7. art. 12. 0.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ per confeſſionem generalem quæ fit in prima, & completorio, & miſſa nō deleantur venialia: Quia huiuſmodi confeſſio ſacramentum non eſt, cum fiat frequenter non ſacerdoti. ergo non habet virtutē delendi peccata. Præterea. Per cōfeſſionem generalem, qua ratione deletur vnum eadem ratiōe aliud. ergo frequenter poteſt eſſe homo ſine omni peccato, etiam veniali. Præterea. Videtur ꝙ non deleat peccata mortalia oblita. Nam ſi ſufficeret ea delere. ergo non eſſent confitenda ad memoriā reducta. ſed hoc eſt falſum, ergo non delet ea. Contra. Confeſſio, & abſolutio generalis in eccleſia non fit fruſtra. ergo delet peccata quotidiana cōmiſſa. Præterea. Qui cōfitetur vere quodcūq; ſcit, ſine fictione confitetur. ſed qui non eſt fictus conſequitur effectum ſacramēti. ergo talis conſequitur remiſſionem omnium peccatorum ſuorum, qui eſt effectus ſacramenti. Reſpon. Dicendum ꝙ per actum charitatis cui venialia opponuntur, quia vel eum impediunt, vel retardant, remittūtur venialia, ſpecialiter ſi in earū deſtructionem feratur. Cum ergo confeſſio generalis exiſtentis in charitate ſit actus procedens ex charitate, & in venialium deletionem feratur, ſequitur ꝙ per confeſſionem generalem peccata venialia dimittuntur. Ad primū, non eſt ſacramentum, dicendum ꝙ cōfeſſio generalis quandoq; eſt ſacramē talis, quādocunq; fit de omnibus peccatis ſingillatim ſacerdoti, & hæc ád remiſſionē venialium, quātum ad culpam, & pęnam, valet ex tribus. ſ. ex cōtritione cōfitentis, ex oratione ſacerdotis, & ex vi clauium. Quandoq; autem non eſt ſacramentalis, quando fit ſimul de omnibus publice in eccleſia, & tunc habet efficaciam ex duobus primis, & nō ex tertio, & propter hoc etiam non ſubiungitur poſt talē confeſſionem abſolutio, ſed ſolum oratio. ſ. miſereatur veſtri, &c. Ad ſecundum dicendum ꝙ frequenter homo poteſt eſſe ſine peccato, nō tamē diu, nec certitudinaliter, vnde non poteſt illud aſſerere. Ad tertium dicendū ꝙ ratio qua in confeſſione generali peccata oblita dimittuntur eſt, quia Deus non requirit ab homine plus ꝙ̄ poſſit, peccata autem oblita confiteri ſpecialiter, non eſt in poteſtate hominis, ſed generaliter tantum, ideo ꝑ confeſſonem generalem Deus peccata oblita dimittit. Ceſſante autem impotentia requiritur ſpecialis confeſſio. In eo vero qui reducit ad memoriam ceſſat iam impotentia, & ideo requiritur ſpecialis confeſſio.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. art. 1. ſcda ſcdę. q. 70 arti. 1. ad 5m. quol. 1. art. 15. quol. 5. arti. 13. quo li. 12. arti. 17.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ nō ſemper ſacerdos debeat cęlare confeſſionem, quia dicit Bernar. Quod ꝑ charitate inſtitutum eſt, contra charitatem militare non debet. cęlatio confeſſionis pro charitate inſtituta eſt. ergo in caſu quo militat contra charitatem cœlari non debet. ſi quis ergo confiteatur dānum qđ alteri proponit facere cęlari, non debet. Præterea. Ad cęlandum confeſſionem tenetur quis ex præce

pto eccleſiæ. ergo præcepto eccleſiæ contrario abſoluitur. ergo quãdo eccleſia præcepit vt quicũq; tale crimẽ prodat, prodere debet. Præterea. Aliquando contingit excõmunicari omnes qui talem, vel talem rem ſciuerint, & non manifeſtauerint prælato, & interdum iuramento cogi ad dicendum veritatem. ergo ſi non dixerit, cũ ſciat, excõmunicatus erit, aut periurus. Præterea. Contingit ꝙ aliquis confeſſor audiens idem pctm̃ alio modo ſcit illud. ſi ergo confeſſio reuelari non debet, videtur ꝙ nec ſic dicere poſſit, nec etiam de licentia cõfitentis: quia confitens non poteſt dare licentiã faciendi contra præceptũ Dei, vel eccleſiæ. Contra. Dicit hic authoritas ꝙ nullo modo debet reuelare, etiam pro graui ſcandalo. Præterea. Greg. in litera de pœnitẽtia & remiſſ. dicit. Caueat ſacerdos ne verbo, vel opere, vel quouis alio modo prodat aliquatenus peccatorem. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut in omni ſacramento, quod extrinſecus agitur eſt ſignum eius quod agitur itrinſecus, ita & in pœnitentiæ ſacramẽto. Cum ergo Deus peccatum illius qui ſe intrinſecus ſibi per contritionem ſubiicit tegat, ſacerdos autẽ ſit loco Dei extrinſecus, iã tenetur cęlare peccatum ſubiicientis ſe ei per confeſſionem extrinſecus. Ad primum, dicit Bern. dicendum ꝙ quãuis aliquando videatur, militare cõtra charitatem priuatæ perſonæ, non tamen contra charitatem eccleſię publicæ, quia per occultationem homines ad confeſſionem magis attrahũtur, & ſimplicius peccata confitentur. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſicut confeſſio de iure diuino eſt, ita cęlatio confeſſionis, vnde ad contrarium non poteſt homo cogi, ideoq; tanquã violator ſacramenti, & pcepti diuini peccat qui reuelat. Ad tertium dicendum ꝙ non ligatur per excõmunicationem vel iuramentum, niſi ad illa quæ ſcit vt homo, nõ vt Deus. Ad quartum dicendum ꝙ quidam dixerunt ꝙ illud quod ſacerdos audit in confeſſione tenetur cęlare, & ſi ante confeſſionẽ vel poſt quomodolibet ſciat illud idem. Quidam vero dixerũt ꝙ claudit id quod prius erat ſcitum, non autem ſi contingat poſtmodum idem ſciri. Sed vtrumq; dictum iuſtitiæ repugnat, quia p hoc, & iuſtum iudicium, & verum teſtimonium impediretur, Et ideo alii verius dicunt ꝙ quantum eſt ex vi ſacramenti, non tenetur cęlare quod alias ſciuit, ſiue ante, ſiue poſt: ſed tamen propter ſcandalum vitandum non debet dicere, niſi neceſſitas immineat, nec tamen debet dicere ſe per confeſſionẽ hoc ſcire: Et ſic patet ꝙ de licẽtia cõfitentis poteſt hoc dicere, Ex hoc ipſo enim quòd eum licentiat, facit eũ alio modo ſcire.

Diſtin. Vigeſimaſecunda.

Cũq; multis authoritatibus &c.

Quæſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum dimiſſa peccata redeant.

Secundo vtrum peccata cõmiſſa poſt recidiuum ſint confitenda.

Tertio quid ſit res, & ſacramẽtum in pœnitentia.

Quarto de inſtitutione ſacramẽti pœnitentiæ.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ peccata mortalia redeant quantum ad culpam. Deletio culpæ eſt effectus immediatus gratiæ.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 88. art. 1.0.

tiæ.ſed remota cauſa imediata remo
uetur effectus.ergo cum remoueatur
gratia per recidiuum,remouetur effe
ctus gratię.ergo &c. Præterea. Vi
detur ꝙ redeant quantum ad reatum
pęnæ.Ponatur ꝙ aliquis contritus,&
confeſſus,tamen debitor pęnæ pecca
ti remiſſi, cadat denuo in peccatum
mortale,& moriatur ſtatim, cõſtat ꝙ
pro illo punietur,& non niſi in infer
no.pęna autem infernalis fuit debita
peccato mortali præterito.ergo re
dit peccatum mortale, quantum ad
reatum pęnæ.Pręt. Vr ꝙ veniale re
deat.Peccata venialia inter debita cõ
putantur in oratione dominica,quæ
ſpecialiter contra venialia valet. ſed
in litera dicitur ꝙ vniuerſum debitũ
requiritur ab eo qui recidiuat. ergo
venialia etiam redeunt. Præterea.
Dicit hic Rabanus ꝙ non ſolum pec
cata quæ homo poſt baptiſmum egit
imputabuntur ei,ſed etiam origina
lia quæ ei ad pęnam in baptiſmo fũt
dimiſſa.ergo &c. Reſpon. Dicen
dum ꝙ cũ in peccato ſint tria.ſ.actus
macula,& reatus,planum eſt ꝙ pecca
ta dimiſſa,quantum ad actum redire
non poſſunt. Dicunt tamen quidam
ꝙ per quodlibet peccatum ſequens
redeunt quãtum ad maculam,& rea
tum,quidam vero ꝙ non per quodli
bet peccatũ ſequens,ſed per quatuor
quæ in his verſibus continetur. Fra
tres odit,apoſtata fit,ſpernitq; fateri.
Pęnituiſſe piget,priſtina culpa redit.
Sed vtrũq; incõueniens eſt dicere: Cũ
enim macula ſit deleta,& reatus ſit di
miſſus abſolute per pœnitẽtiam præ
cedentem,non põt macula vel reatus
redire,niſi cauſa ꝓpria iteretur, quæ
fuit actus, qui iterari non poteſt: Et
ideo dicendum eſt,ſecundum alios,ꝙ
ſimpliciter peccata dimiſſa non rede
unt,ſed ſecũdum quid,ratione ingra
titudinis,prout recidiuans beneficio
prioris abſolutionis ingratus exiſtit,
& tantomagis quanto maiora ſunt ei
dimiſſa, & ſic quantitas præcedentiũ
peccatorum ĩ recidiuo quodãmodo
iteratur,non ſecundum cõmẽſuratio
nem,ſed ſecundum proportionẽ.Hęc
tamen ingratitudo non eſt ſpeciale
peccatum, ſed quædam circũſtantia
conſequens recidiuum. Ad primũ
dicendum ꝙ duplex eſt cauſa. Quædã
producens tantum effectũ in eſſe,quæ
dam non ſolum producens, ſed etiã
conſeruans.De ſecunda habet verita
tem: quia deſtructa cauſa deſtruitur
effectus,non de prima. Ad ſm dicen
dum ꝙ illud eſt per accidẽs,ſ.propter
recidiuum,cui debetur pœna inferna
lis,non quia ſecundũ ſe peccato præ
terito pęna infernalis debeatur, ſicut
patet de veniali. Ad tertium dicen
dum ꝙ non redit veniale quantũ ad
debitum quod ſibi ſecũdum ſe debea
tur, ſed quantum ad effectum,quia fa
cit recidiuum dignum maiori pœna
poſt dimiſſionem. Ad quartum de
originali dicendum ꝙ Rabanus intel
ligit peccatum originale redire quã
tum ad effectum ingratitudinis: quia
poſt eius remiſſionem recidiuans ma
gis eſt Deo ingratus, non vt propter
ſe redeat debitũ pœnæ quod ſibi an
te dimiſſionem debebatur.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & In alio ſcript. vt hic.art.4.
videtur ꝙ recidiuans teneatur
priora peccata confiteri de qui
bus prius confeſſus fuit. Quia ingrati
tudo eſt peccatum grauiſſimum, cum
per eam alia peccata redeãt, ideo eſt
confitenda.ſed non confitetur niſi ſi
mul alia peccata cõfiteantur,ex quo
rum remiſſione conſurgit ingratitu
do.ergo recidiuans oportet ꝙ prio
ra peccata confiteatur. Pręterea,

Per confeſſionem debet ſacerdoti ma nifeſtari quátitas culpæ,ſed quátitas peccatorum prius dimiſſorũ quodã modo manet in peccato illo quo qs recidiuat.ergo ille qui confitetur hu iuſmodi peccatum,debet & confiteri omnia præcedentia. Præterea. Cõ tingit aliquando aliquẽ poſt cõfeſſio nem peractam ante pœnitentiam re cidiuare,per recidiuum autem morti ficatur præcedens ſatisfactio,& ſequẽs mortua redditur. ergo oportet priora pctã confiteri propter pœnitentiam recipiendam. Contra. Naum.1.di citur.Non iudicabit Deus bis in idip ſum. ergo de peccatis de quibus eſt quis ſemel iudicatus in cõfeſſione,nõ oportet ꝙ iterum iudicetur. Præte rea.In decre.de pę.diſtin.1.dr.Nõ ne ceſſe eſt vt quæ ſemel ſacrdotibus cõ feſſi ſumus denuo confiteamur,ſed lin gua cordis non carnis apud verũ iu dicem ea confiteri debemus. ergo idẽ quod prius. Reſpon. Circa hoc ſunt tres opiniones.Quidam enim ſic diſtinguunt. Aut enim quis recidiuat ante ſatisfactionem peractam,& ſic te netur ſpecialiter confiteri,aut poſt,& ſic aut confitetur confeſſori eidẽ,aut alteri. Si eidem,& ille habet memo riam præcedentium peccatorũ eius, ſic non teneretur confiteri in ſpecia li. Sed contra hoc eſt,quia non re deunt peccata pręcedentia niſi per in gratitudinem.ergo ſecundum ſe non confitenda ſunt:homo enim non te netur cõfiteri peccatum quod nõ ha bet, ideo alii dicunt ꝙ non propter ſe ſed propter cautelam futuri pecca ti ſunt iterum confitendã in genera li,& aliquãdo aliqua in ſpeciali,put neceſſarium eſt ad manifeſtationẽ cau ſæ peccati per quod recidiuatur, vt determinata ſatisfactio ſibi iniunga tur ne iterum recidiuet. Sed contra hoc eſt quia aliquando nullum pec catum pręcedens eſt cauſa peccati p quod recidiuatur. Pręterea. Mul to melius ſcit quis vitare peccatũ fu turum per induſtriam propriam, ꝙ ſacerdos ſatisfactionem ſciat iniunge re ad vitandum peccatum. Præterea. Sic ſequeretur ꝙ omnes pronitates ad peccandum quas quis patitur, te neretur confiteri: Et ideo alii verius dicunt ꝙ cũ peccata præcedentia nõ maneant niſi quantum ad ingratitu dinem,quia ſecũdum ſe dimiſſa ſunt, ingratitudo autem nõ trahit in aliud genus ſpecialis peccati, ideo nec ſm ſe confitenda ſunt,nec ipſa ingratitu do ſecundum quã redire dicuntur. Ad primum,ingratitudo &c.dicendũ ꝙ verum eſt quo ad aliquid,inquantũ .ſ.per eam redeũt:Sed quia prout hic accipitur eſt circũſtantia non addens ſpeciem nouam peccati,ideo confitẽ da non eſt. Ad ſecundum dicendũ ꝙ verum eſt de quantitate culpæ quę conſurgit ex noua ſpecie peccati, nõ de quantitate quæ eſt de circũſtantiis quibuſcũq;. Ad tertium,per recidi uum ſatisfactio &c. dicendum ꝙ verũ eſt,quia per pœnitẽtiam opera mor tificata reuiuiſcunt,& ideo nõ opor tet quod poſt pœnitentiam de recidi uo ſatisfactio facta in charitate itere tur.Sed quia opera mortificata non reuiuiſcunt,ideo pars ſatisfactionis fa cta in mortali oportet quod iteretur ſeruatis iis quæ ſupra di.xv.ſũt dicta.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ exterior pœniten tia non ſit ſacramẽtale ſignũ, Quia ſecundum Hug. ſacra mentale ſignum eſt materiale elemen tum extrinſecus oculis ſuppoſitum. ſed pœnitẽtia exterior non eſt elemẽ tum materiale.ergo non eſt ſacramen tale

In alio ſcript. vt hic. q. 2. art.1.3.p. q.84.art. 1.0.

tale ſignum. Præterea. Videtur ꝙ interior pœnitẽtia non ſit res huius ſacramenti. Quia res non eſt cauſa ſigni, ſed econuerſo. ſed pœnitentia interior eſt cauſa exterioris, non econuerſo. ergo non eſt res eius. Prẹterea. Videtur quòd nec peccatorum remiſſio ſit res huius ſacramenti, quia res habet ſimilitudinẽ cum ſigno. ſed peccatorum remiſſio non habet ſimilitudinem cum confeſſione, aut ſatisfactione. ergo non eſt res eorum. Contra eſt quod magiſter dicit in litera. Reſpon. Sicut in baptiſmo ablutio exterior eſt ſignum characteris interioris, character aũt non eſt ſignũ ablutionis interioris, ſed res exterioris, ita & in pẹnitentia, deteſtatio peccati exterior, quæ fit per confeſſionẽ, & abſolutionem, eſt ſignũ deteſtationis interioris, ꝓut habet propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi annexum, ſecundum arbitrium ſacerdotis quæ eſt res exterioris, & ſignũ remiſſionis interioris. Ad primum dicẽdum ꝙ materiale elementum accipitur generaliter pro qualibet re ſenſibili, ſiue ſit ſubſtantia, ſiue accidẽs, & huiuſmodi ſunt actus exterioris pœnitentiæ. Ad ſecundum dicendum ꝙ quãuis ita ſit in ſacramẽtis quæ conſiſtunt in materia exteriori, tamen in ſacramentis quæ conſiſtunt in actu hominis conuenit aliter, quia actus hominis interior eſt cauſa exterioris: ſed interior, & exterior ſunt cauſa remiſſionis interius peccatorum. Ad tertium dicendum ꝙ pœnitentia exterior, tum ex parte confeſſionis, in qua homo committit ſe Deo ſanandum, ſicq; exterius peccata abijcit, tum ex parte abſolutionis, in qua ſignificatur infuſio gratiæ, quæ remiſſionẽ cauſat peccatorum, cum ipſa peccatorum remiſſione ſimilitudinem habet.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. artic. 3. 3. p. q. 84. art. 7. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſacramentũ pẹnitẽtiæ non ſit ab inſtitutione. Statim poſt peccatum fuit pẹnitentia. ergo ante omnem legem ſcriptam. ergo a lege naturali, & ſic non eſt ab inſtitutione. Præterea. Si eſt inſtituta, aut ergo in ve. le. aut in no. ſi in ve. le. ſacramẽtis non fiebat remiſſio peccatorum. ſi in no. contra. Chriſtus non legitur inſtituiſſe pẹnitentiam niſi quãdo dixit agite pẹnitentiam Mat. 4. tunc autem pẹnitentiam non inſtituit, quia eadẽ ratione Ioannes inſtituiſſet qui prius hoc prædicauit. ergo &c. Præterea. Pẹnitentia non ſolum eſt ſacramentum ſed virtus. virtus autem non eſt ab inſtitutione. ergo nec pœnitentia. Contra. Oẽ ſacramentum eſt ex inſtitutione ſignificans, vt dicit Hugo. Pẹnitentia vero eſt ſacramentum no. le. cum efficiat id quod figurat. ergo eſt inſtituta in no. le. Prẹterea. Sacramentum pẹnitentiæ præcipue conſiſtit in confeſſione peccatorũ, vt in eo quod eſt materiale in ea, & abſolutione ſacerdotis, vt in eo quod eſt formale in ea. ſed hæc ſunt in no. leg. inſtituta. ergo pẹnitentiæ ſacramentum inſtitutũ eſt in no. leg. Reſpon. Dicendũ ꝙ circa pẹnitentiam eſt tria conſiderare. ſ. actum pẹnitentiæ interiorem, & actum aliquem exteriorẽ, & modum determinatum in vtroq;. Quo ad primum, pẹnitentia eſt a le. naturæ ſine inſtitutione. Quo ad ſecũdũ eſt a le. Moiſi, quæ præcipiebat ꝓ peccato aliqua ſacrificia exteriora facere. Quo ad tertium eſt inſtituta in no. le. quæ præcipit confeſſionem, & ſatisfactionem ad arbitriũ hominis. Ab hoc vltimo habet ꝙ ſit ſacramentum. ſ. ſignũ, & cauſa remiſſionis peccatorum. Ad primum, Statim poſt

peccatum eſt, dicendum ꝙ hoc verū eſt de pęnitentia virtute, nō de pn̄ia quæ eſt ſacramentum, niſi accipiatur ſacrm̄ cōmuniter, non ꝓprie. Ad ſm̄ dicendum ꝙ Deus inſtituit pœnitentiam in no. le. Per ſeipſum quidem q̄tum ad id quod eſt formale in pœnitētia cum poteſtatem remiſſionis peccatorum dedit Mat. 16. & Ioā. 20. Per apoſtolos, autem quātum ad id quod materiale eſt ex parte noſtra. ſ. quādo per Iacobum præceptum confeſſionis promulgauit, quāuis dicāt alii ꝙ quantum ad vtrūq; Chriſtus per ſe inſtituerit. Ad tertium, non ſolū eſt ſacramentum &c. dicendum ꝙ vtrūq; eſt, ſed non ſecundum idem. Nā prout dicit actum tantum, ſic pertinet ad virtutem, prout concernit modum determinatum, qui conſiſtit in ſignificādo, & cauſando, eſt ſacrm̄.

Diſtin. Vigeſimatertia.

Præter p̄miſſa &c.

Hic quæruntur duo.
Primo de ipſo ſacramento.
Secundo de adminiſtratione.

Quæſtio prima.

Circa primum quæruntur tria.
Primo de materia eius.
Secundo de forma.
Tertio de effectu.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar. 3. o.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ oleum oliuæ nō ſit materia huius ſacramēti. Quiā hoc ſacramentum immediate ordinat ad incorruptionem. ſed incorruptio ſignificatur per balſamum, qđ in chriſmate ponitur. ergo chriſma eſt cōuenientior huius ſacramenti materia. Videtur ꝙ non oporteat eſſe oleum conſecratum, quia hoc ſacramentum habet vnam ſanctificationem in vſu p formam verborū. ergo ſuperfluit alia cōſecratio, ſi ad materiam ipſius fiat. Præterea. Videtur ꝙ non oporteat materiam huius ſacramenti eſſe conſecratam per Epiſcopum, quia dignior eſt materiæ conſecratio in ſacramento euchariſtiæ, quàm in hoc ſacramēto. ſed in euchariſtia materiam ſacerdos poteſt conſecrare. ergo & in hoc ſacramento. Contra. In aliis vnctionibus materia per Epiſcopum conſecratur. ergo ita debet eſſe in iſta. Reſpon. Hoc ſacramentum per modum cuiuſdam medicationis præbetur, & iō materia eius debet eſſe apta medicationi, Huiuſmodi autem eſt oleū, & ideo congrue hoc ſacramentū in oleo eſt inſtitutum. Sed quia nō habetur ex vſu Chriſti ſicut aliqua alia ſacramenta; quibus Chriſtus eſt vſus, vt baptiſmus, ideo oleum ſanctificari debuit, vt ex ſanctificatione efficaciā haberet, quia ſecundum Hugo. ſacramentum ex ſanctificatione eſt cauſans gratiam. Vt autem ſacerdotalis poteſtas ab epiſcopali deriuari oſtēdatur, oportet materiam ab Epiſcopo conſecratam eſſe. Ad primum dicendum, ꝙ incorruptio gloriæ eſt huiuſmodi ſacramenti res ſignata, ſed non contenta, & hanc non oportet p materiam ſacramēti ſignari, ſed tm̄ rem contentam, quæ eſt nitor conſcientię per oleum ſignificatus. Odor autem famæ ſignificatus per balſamum non eſt neceſſarius morienti ſed viuēti, vnde in chriſmate & non in oleo infirmorum balſamū admiſcetur. Ad ſm̄ dicēdū ꝙ prima eſt ſctificatio ad præparationem materiæ ſacri, ſecūda ad effectus eius cauſationem. Ad tertiū dicendum ꝙ non eſt ſimile: quia ſacramentum euchariſtiæ conſiſtit in ipſa materiæ ſanctificatione, ſiue conſecratione veri corporis Chriſti, non autē

in vſu eius. Ecõuerſo autem eſt de hoc ſacramento, quia conſiſtit in vſu fidelium ſiue corporis myſtici, non materiæ conſecratione. Quãtum autẽ ad corpus Chriſti verum, nullus ordo eſt ſupra ſacerdotiũ, & ideo in ſacramento euchariſtiæ Epiſcopus materiam non conſecrat. Sed quantum ad corpus Chriſti myſticum, epiſcopalis ordo eſt ſupra ſacerdotalẽ, & ideo in ſacramento extremę vnctionis Epiſcopus materiam conſecrat.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar 4. & q̃ſtiũcula. 1.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ hoc ſacramẽtum nõ habeat aliquam formam. Forma tradenda eſt ab inſtitutore ſacramenti. ſed a Chriſto, & ab apoſtolis eius non eſt huius ſacramenti aliqua forma tradita. ḡ hoc ſacramentũ non habet aliquam formam. Præterea. Videtur ꝙ forma huius ſacramẽti nõ ſit deprecatiua ſed potius indicatiua: Oĩa enim ſacramenta nouę legis hñt certum effectũ. ſed certitudo effectus non exprimitur in formis ſacramentorum niſi per orationem indicatiuam. ergo talis debet eſſe forma huius ſacramenti. Præterea. In formis ſacramẽtorum debet exprimi intentio miniſtri. ſed intentio nõ exprimitur niſi per orationem indicatiuã. ḡ &c. Pręt. In quibuſdã eccleſiis dicũtur hmõi verba in collatione huius ſacramenti, Vngo hos oculos oleo ſanctificato, in nomine patris. &c. ergo hęc eſt forma huius ſacramẽti, quę eſt indicatiua. Contra. Forma ſacramenti ab omnibus obſeruatur. ſed verba prædicta non dicuntur ſecũdũ cõſuetudinem omnium eccleſiarum, ſed tantum verba depræcatiua. ſ. Per iſtam vnctionem, & ſuam piiſſimã miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti ꝑ viſum, &c. ergo forma huius ſacramenti eſt oratio deprecatiua. Reſpon. Dicendum ꝙ quidam dicunt hoc ſacramentum nõ habere aliquam formam. Sed hoc nõ poteſt eſſe, quia ſignificatio materiæ determinatur ad effectum per formã verborũ, vnde in quolibet ſacramẽto nouę legis neceſſaria ẽ aliqua forma per quam faciat quod figurat. Forma autem huiuſmodi ſacramenti ſpecialiter in oratione conſiſtit ꝓpter tria. Primo propter cõditionem ſuſcipiẽtis, qui cum ſit infirmus, indiget aliorum prece iuuari. Secundo propter mortem imminentem, per quam homo ponitur extra forum eccleſiæ & ſolius Dei iudicio relinquitur, & ideo ei per orationem cõmẽdatur. Tertio propter effectum huius ſacramenti q contritionem pręſupponit, quæ eſt de eſſentia ſacramẽti, ſine qua hoc ſacramentum ſuum effectum conſequi non poteſt, vnde ad eam impetrandã eſt opus oratione. Ad primum, forma ſacramenti debet &c. Dicẽdum ꝙ duplex eſt opinio. Quidam dicunt ꝙ hoc ſacramentum, & alia ſacramenta immediate non ſunt a Chriſto inſtituta. Quod non videtur conueniens, quia cum ſacramenta ex inſtitutione efficaciam habeant, a ſolo Chriſto inſtitui poſſunt cuius virtute operãtur: Et ideo alii dicunt ꝙ hoc ſacramentum inſtitutum eſt a Chriſto, ſed ab Apoſtolis promulgatum, ſicut & confirmatio. Forma vero vel ab ipſomet Chriſto, vel ab Apoſtolis, qui procul dubio a Chriſto edocti fuerunt, deriuata eſt, quãuis non ſit in canone ſcripta: Multa enim facta ſunt quæ ſcripta non ſunt. Ad ſecundum patet ſolutio ex dictis. Ad tertium dicendum ꝙ per iſtum actum qui ponitur in forma. ſ. Per iſtam ſanctam vnctionem, ſatis exprimitur intentio. Ad

Hęc ẽ ſnia quã. S. D. vt probabiliorem amplectitur, vt patet ĩ alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar 1. q̃ſtiun. ſec. o.

quartum dicēdum ꝙ verba prædicta non ſunt forma, ſed diſpoſitio ad formam, inquantum intentio miniſtri determinatur per verba illa ad actum ſacramenti, & ideo more quarūdam eccleſiarum præmittuntur ad formā.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic.q.i.artic.2.& quæſtiun.1.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ extrema vnctio non valeat ad remiſſionem peccatorum: Ad hoc enim quod per vnum poteſt effici, aliud non exigitur. ſed in eo ꝗ extremam vnctionem accipit requiritur pœnitentia ad peccatorum remiſſionem. ergo per extremam vnctionē non dimittitur peccatum. Preterea. Videtur ꝙ ſanitas corporalis non ſit effectus huius ſacramenti: Omne enim ſacramētum eſt medicina ſpiritualis. ſed ſpiritualis medicina ad ſpiritualem ſanitatem ordinatur, ſicut corporalis ad corporalē. ergo ſanitas corporalis nō eſt effectus huius ſacramēti. Præterea. Efficacia huius ſacramenti nobis oſtenditur Iac. 5. ſed ibi nō attribuitur ſanationi effectus vnctioni, ſed oratiōi. Dicit.n. Oratio fidei ſanabit infirmum. ergo corporalis ſanatio non eſt effectus huius ſacramenti. Contra. Sacramenta nouæ legis ſignādo efficiunt. ſed baptiſmus per ablutionem corporalē, quā exterius facit, ſignat, & efficit ſpiritualem. ergo, & extrema vnctio per ſanationem corporalem, quā exterius efficit, ſignificat, & cauſat ſpiritualem. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut effectus baptiſmi eſt interior ablutio a peccatis, quia ſacramentum illud p modū ablutionis confertur, ita effectus huius ſacramenti, quod confertur p modum medicationis, eſt ſanatio quæ fit diuina virtute, principaliter quidem ſpiritualis, quæ conſiſtit, ſecundum quoſdam, in remiſſione peccatorum venialium, quia mortalia dicunt ante eſſe purgata per pœnitentiam, ſcdm alios vero in amotione reliquiarum peccati, vt homo plenarie purgatus ad gloriam admittatur. Secundario vero corporalis, quæ etiam ſpiritualem ſignificat. Sed hoc nō ſemper ſit per ſacramentum, ſed ſolum quando expedit ad principalem effectum. Ad primum dicendū ꝙ quāuis ſine actuali perceptione pœnitentiæ poſſit haberi effectus pœnitentiæ.ſ. per aliquod aliud ſacramentum vel etiam ſine ſacramento, non tamen ſine propoſito pœnitentiæ, ideo, nec per hoc, nec per aliud ſacramentum, per quod remittitur peccatum ex conſequenti, propter collationem gratiæ quæ cōfertur in eo, cum qua non poteſt eſſe peccatum, excluditur ſacramentū pœnitentiæ. Ad ſecundum dicendum ꝙ verum eſt per ſe, ſed ex cōſequenti poteſt ordinari ad ſalutem corporalem prout expedit ſanitati ſpirituali.

Ad tertium dicēdum ꝙ oratio illa eſt forma huius ſacramenti, vt dictū eſt. Sacramētum autem ex ſua forma habet efficaciam, ideo hoc ſacramentū, virtute orationis prædictæ, non tantum ſpiritualiter, ſed & corporaliter aliquando ſanat.

Quæſtio ſecunda.

Circa ſecūdū quæruntur tria.

Primo quis ſit miniſter huius ſacramenti.

Secundo cui debeat conferri.

Tertio vtrum debeat iterari.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ laicus poſſit hoc ſacramentum cōferre: quia hoc ſacramētum habet efficaciam ex oratione, vt

In alio ſcript. vt hic.4. cōtra.c. 73. fi.

vt dicit. Iac. ſed oratio laici quãdoq; eſt accepta Deo ſicut ſacerdotis. ergo poteſt hoc ſacramentum conferre. Præterea. Videtur ꝙ diaconi poſſint: quia ſecundum Dio. diaconi habent virtutem purgatiuã m. ſed hoc ſacramentum inſtitutum eſt tantum ad purgandum ab infirmitate mentis, & corporis. ergo diaconi poſſunt conferre. Præterea. Videtur ꝙ ſolus Epiſcopus poſſit: quia hoc ſacramentum vnctione perficitur, ſicut & confirmatio. ſed ſolus Epiſcopus pôt confirmare. ergo ſolus poteſt hoc ſacramentum conferre. Sed contra eſt qd dicit Iaco. Inducat presbyteros eccleſiæ. ergo ſufficiens miniſter huius ſacramenti eſt presbyter. Reſpon. Dicendum ꝙ triplex eſt actus hierarchicus, ſecundum Dio. ſ. perficere, illuminare, & purgare. Primus pertinet ad Epiſcopum, qui perficit per verbi Dei prædicationem, & ponendo aliquem in ſtatu perfectionis. Secundus ad presbyteros, qui illuminant per ſacramẽtorum adminiſtrationem. Tertius ad diaconos, qui purgant per impedimentorum remotionem a ſacramentorum perceptione. Quia autem laici non ſunt exercentes, ſed recipientes actiones hierarchicas, adminiſtratio autem ſacramentorũ eſt actio hierarchica, ideo ad eos nullius ſacramẽti pertinet adminiſtratio, niſi baptiſmi, propter neceſſitatem. Sed quia illuminatio, quę fit per ſacramẽtum hoc, non pertinet ad diaconos, ideo diaconus, nec eo inferior eſt miniſter huius ſacramenti. Rurſus, quia per hoc ſacramentum non ponitur ſuſcipiens in aliquo ſtatu perfectionis ſuper alios, ideo non ſolũ Epiſcopis, quorum eſt perficere, reſeruatur adminiſtratio huius ſacramenti, ſed per ſimplices ſacerdotes exerceri poteſt. Ad primum, oratio laici, dicendum ꝙ verum eſt loquẽdo de illa oratione quæ fit a ſacerdote in perſona ſua, quę, cum ſacerdos ſit quãdoq; peccator, non eſt exaudibilis. Sed huius ſacramenti oratio fit in perſona totius eccleſiæ, in cuius perſona ſacerdos orare poteſt quaſi perſona publica, non autem laicus, qui eſt perſona priuata. Ad ſm dicendũ ꝙ quia ſacramentum hoc illuminando per gratię collationem purgat, diacono vero non competit collatio gratiæ, ideo nõ poteſt illud diaconus adminiſtrare. Ad tertium dicendum ꝙ non eſt ſimile quia confirmatio imprimit characterẽ, quo collocatur hõ in ſtatu perfectionis, non autem eſt in hoc ſacramento extremæ vnctionis.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic procedirur, & videtur ꝙ ſanis debeat hoc ſacramentum conferri: quia principalior effectus huius ſacramenti eſt ſanatio mentis q̃ corporis. ſed ſani corpore indigent ſanatione mẽtis. ergo eis debet hoc ſacramentum conferri. Præterea. Videtur ꝙ in qualibet infirmitate hoc ſacramentum conferri debeat. Iaco. 5. vbi hoc ſacramentũ traditur, nulla infirmitas determinatur. ergo in omnibus ĩfirmitatibus debet hoc ſacramentum conferri. Præterea. Videtur ꝙ furioſis, & amentibus: Dignius enim eſt ſacramentum baptiſmus q̃ iſtud: ſed baptiſmus datur furioſis. ergo & hoc ſacramentum eis dari debet. Item videtur ꝙ pueris, quia eiſdem infirmitatibus quandoq; laborãt pueri, & adulti. ſed eidẽ morbo debet adhiberi idem remedium. g̃ ſicut adultis, ita & pueris debet hoc ſacramentum cõferri. Iuxta hoc quęritur in quibus partibus ſint inungendi infirmi. Reſpond. Dicendum ad

In alio ſcript. vt hic. &. 4. contra. c. 73.

In alio ſcript: vt hic.art.3. 4. cõtra. c. 73. ſi. op. 65.c. 7.

quæſitum ꝙ quia hoc ſacramentum per modum corporalis curatiõis tra ditur, ideo ſanis, quibus curatio cor poralis non competit, nõ debet hoc ſacramentum conferri. Rurſus quia ſpecialem deuotionem requirit in ſu ſcipiente hoc ſacramentum, ideo fu rioſis, & amentibus, & pueris, qui hac deuotione carent, non debet hoc ſa cramentum conferri. Ad primum, ſpiritualis ſanatio, dicendum ꝙ verũ eſt, ſed tamen oportet ꝙ per curatio nem corporalẽ ſignificetur: & ideo nõ confertur illis quibus non competit ſanatio corporalis, ſicut nec baptiſ mus confertur, niſi quibus competit ablutio corporalis. Ad ſecũdum dicendum ꝙ verum eſt quãtum ad ge nera infirmitatũ, & ideo in qualibet infirmitate augmentata poteſt hoc ſa cramentum conferri, non tamen in quolibet ſtatu cuiuſcũq; infirmitatis, ſed cum aliquis creditur morti pro pinquus, quod in qualiber infirmita te eſſe poteſt. Ad tertium dicendũ ꝙ non eſt ſimile, quia baptiſmus eſt ſa cramentum neceſſitatis, non autẽ ex trema vnctio. Sed circa hoc ſciẽdum eſt ꝙ furioſis, & amentibus, in quibus præceſſit deſideriũ baptiſmi cum ha berẽt lucida interualla, in actu furię & dementiæ, ſi timetur de periculo mortis, confertur ſacramẽtum baptiſ mi: ſed hoc ſacramentum non niſi cũ habent lucida interualla debet eis pe tentibus conferri. Ad quartum, ea dem eſt infirmitas, dicendum ꝙ nõ tã tum infirmitas eſt cauſa collatiõis hu ius ſacramenti, ſed in ſuſcipiente de uotio. Ad ſecundam quæſtionem dicẽdum, ꝙ ſicut iam dictum eſt, ſacra mentum hoc confertur per modum curationis corporalis. Ad curationẽ autem morbi corporalis non opor tet ꝙ totum corpus inungatur, ſed tã tum partes in quibus eſt cauſa morbi. Sed quia origo morbi ſpiritualis eſt in nobis ex quinq; ſenſibus, ideo quaſi de eſſentia ſacramenti eſt quinq; ſen ſus inungi. ſ. manus propter tactum, quoniam in pulpis digitorum præci pue tactus viget. Mutilati autem inun gi dñt quãto propinquius poteſt eſſe ad partes illas in quibus inunctio fie ri debuerat, quia quãuis non habeant membra, habent tamen potentias ani mæ quæ illis membris debentur, ſal tem in radice, & interius peccare poſ ſunt per ea quæ ad partes illas perti nent, quãuis non exterius. Inunctio autem in aliis membris q̃ in quinq; ſenſibus, vtputa in pedibus, & reni bus, non eſt de eſſentia ſacramenti, ideoq; ſecundum conſuetudinem di uerſarum eccleſiarum prætermittun tur. Aliquando autem tantum ſit illa quæ ad pedes, quãuis non ea quæ ad renes.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic, art.4. 0.4. cõtra c.73.

AD tertium ſic proceditur, & vi detur ꝙ hoc ſacramentum non debeat iterari: quia dignior eſt inun ctio quæ ſit homini q̃ quæ ſit lapidi. Sed inunctio altaris non iteratur, niſi altare illud fractum fuerit. ergo nec vnctio extrema, quæ adhibetur homi ni, non debet iterari. Præterea. Poſt vltimum nihil eſt. ſed hæc vnctio dicitur extrema. ergo non debet ite rari. Præterea. Videtur ꝙ nõ in eadẽ infirmitate: quia vni morbo non debetur niſi vna medicina. Sed hoc ſacramentum quædam ſpiritualis eſt medicina. ergo contra vnum morbũ non debet iterari. Contra. Mor bus, contra quem datur hoc ſacramẽ tum, eſt iterabilis. ergo & hoc ſacra mentum iterari debet. Reſpon. Dicendum ꝙ morbus contra quẽ da tur hoc ſacramentum eſt iterabilis; quia

quia contingit per diuerſa peccata diuerſam debilitatem ſpiritualē incurrere,& ſimiliter infirmitatem corporalē iterari cōtingit,& ideo ſine iniuria ſacramenti pōt ſacramentum hoc iterari. Sed quia ſacramētum hoc nō reſpicit infirmitatem,ſed ſtatum infirmitatis propinquum morti,ideo ſm ꝙ talis ſtatus in vna, vel in pluribus infirmitatibus iteratur,hoc ſacramentum poteſt in vna,vel in pluribus infirmitatibus iterari. Ad primum de vnctione lapidis dicendum ꝙ non eſt ſimile,quia effectus vnctionis in lapide,qui eſt deputatus ad ſacra, ſiue cōſecratio,eſt perpetua in lapide,ſed effectus extremæ vnctionis in homine non eſt ꝑpetuus,& ideo extrema vnctio iterabilis eſt. Ad ſecundum dicendum ꝙ verum eſt de vltimo,quod eſt ſecundum veritatem vltimum, nō ſecundum exiſtimationem hominum. Hoc autem ſacramentum dicitur extrema vnctio,non ſecundum veritatē ſemper,ſed ſecundum hominum exiſtimationem,quia nō debet dari niſi illis quibus mors eſt propinqua ſecūdum ęſtimationem hominum. Ad tertium,vni morbo non debetur niſi vna medicina,dicendum ꝙ hoc ſacramentum nō reſpicit morbum:ſed ſtatum morbi,qui in vno morbo iterabilis eſt,& ideo eſt ſacramentū in vno morbo iterabile,præcipue ſi morbus ſit diuturnus,non aūt ſi ſit breuis.

Diſtin. Vigeſimaquarta.

Nunc ad conſiderationem ſacrę ordinationis.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo an ordo ſit ſacramentum.
Secundo de diſtinctione ordinum.
Tertio de effectu ſacramenti ordinis.
Quarto an character vnius ordinis alterius characterem pręſupponat.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ ordo non ſit ſacramentum. Ordo eſt relatio quædam:eſt.n. ordo,vt ait Auguſt.in lib.de ci. Dei, parium diſpariumq; rerum ſua cuiq; tribuens loca diſpoſitio. Sacramentum vero eſt materiale elementum.ergo ordo non eſt ſacramentum. Præterea. Ordo non eſt tantum in hominibus,ſed etiam in angelis. in angelis vero nullum eſt ſacramentum.ergo &c. Præterea. Sacramentum eſt ſpiritualis medicina.ordo vero ſanis,& perfectis,non infirmis,datur.ergo non eſt ſacramentum. Contra. Propter ꝙ vnūquodq; tale, & ipſum magis tale ſed alia ſacramenta ꝑ poteſtatē ordinis cōferuntur.ergo ordo maxime eſt ſacramentum. Præterea. Sacramentum eſt ſacræ rei ſignum,& cauſa.ordo eſt huiuſmodi,quia ſignat ſpiritualem poteſtatem,quæ in eo cōfertur homini & eam cauſat.ergo ordo eſt ſacramentum. Reſpon. Dicendum ꝙ ſecundum Augu. Sacramentum eſt in quo diuina virtus ſub tegumento rerum ſenſibilium ſecretius operatur ſalutem,& quoniam in ordine ſub tegumento rerum ſenſibilium diuina virtus ſecretius operatur ſalutem,ideo eſt ſacramentum. Sed quia conſiſtit in deriuatione poteſtatis recipientis ſacramentum a poteſtate diſpenſatoris ſacramenti, ſicut poteſtas īperfecta deriuatur a perfecta, ideo quantum ad formam, & materiam,differt ab aliis ſacramentis,quia forma eius traditur per modū īmperatiuum ad denotationem traductionis prædictæ, cum expreſſione actus imperati,per quam poteſtas deriuata cognoſcitur. Formæ autem aliorum

In alio ſcript. vt hic q̄ſtiuncula.2.4. contra.c. 74.

ſacramentorum traduntur, vel p modum indicatiuũ, vt apparet in baptiſmo, vel per modum deprecatiuũ, vt apparet in extrema vnctione. Differt etiam quo ad materiam, quia in aliis ſacramentis, cum nihil deriuetur a diſpenſatore eorum in ſuſcipientẽ, ſed a Deo tantum, ideo in eis principalitas ſacramenti conſiſtit in materia ſacramenti, quæ ex ſanctificatione diuinam virtutem continet, & non in ſacramenti diſpenſatore. Sed econuerſo eſt hic, quia traducitur poteſtas a poteſtate diſpenſatoris, ideoq; principalitas ſacramenti conſiſtit in eius miniſtro, non in eius materia. Materia autem adhibetur tantum ad determinandum poteſtatem, quæ particulariter traditur ab habente eam complete. Ideo quidam dicunt ꝙ tactus materiæ non eſt de eſſentia ſacramẽti. Alii vero dicunt verius ꝙ ipſe tactus ĩportatur per formã, idõq; eſt de ſacramenti eſſentia. Ad primum dicendum ꝙ ordo non dicitur hic habitudo diuerſorum, ſed poteſtas, per quã quis ſuper alios conſtituitur, vel ritus in quo confertur talis poteſtas. Ad ſecundum dicendum ꝙ non accipitur vniuoce in angelis, & in hominibus ordo, qa poteſtas eorum nõ datur in aliquo ſenſibili, ſicut poteſtas hominum. Ad tertium dicendum ꝙ ordo medicina eſt, non propter ipſum in quo eſt, ſed propter alterum: eſt.n. collatus, non in remedium perſonæ, ſed eccleſiæ, vnde datur ad tollendũ defectum ignorantiæ in eccleſia, potius, q̃ in perſona.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic. q. 2. ar. 1. qſtiũ cu. 1. 4. cõ tra. c. 74. 75. op. 61 circa fi.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non ſint ſeptem ordines: quia in primitiua eccleſia nõ fuerunt niſi tres ordines. ſ. Epiſcopi pręsbyteri, & diaconi. ſi ergo plures ſunt modo, aut ibi fuit diminutio ordinum, aut hic ſuperfluitas. Præterea. Ordines diſtinguuntur ſecundũ actus ordinum. ſed actus ordinum nõ ſunt niſi tres: ſ. purgare, illuminare, & perficere. ergo non ſunt niſi tres ordines. Præterea. Diffinitio ordinum hæc, aut eſt totius vniuerſalis in partes ſubiectiuas, aut totius integralis in partes ĩtegrales, ſi in partes ſubiectiuas, ergo ſacramẽtum ordinis de quolibet ordine prędicatur. ergo tot ſunt ſacramenta, quot ſunt ordines. ſi in partes ĩtegrales. ergo ordo de nullo ordine ſpeciali prædicatur. Contra. Videtur ꝙ ſint plures q̃ ſeptem: quia Dio. epiſcopatum, ordinem appellat. In litera etiam dicitur ꝙ eſt ordo epiſcoporum quadripatitus. ergo præter ſeptem ordines, epiſcopatus eſt ordo octauus. Præterea. Ordo importat quædam dignitatis gradum. ſed clericus, ex hoc ipſo ꝙ clericus eſt, in gradu ſuper populum conſtituitur. ergo tonſura per quam efficitur clericus, eſt aliquis ordo præter ſeptem enumeratos. Reſpon. Dicendum ꝙ poteſtas ordinis ordinatur ad corpus Chriſti verũ prout ſub ſacramento euchariſtiæ continetur, vnde & ordinati conſecrantur ſicut altare, & vaſa quæ ad euchariſtiam ordinantur, & hæc miniſtrorum conſecratio eſt ordinis ſacramentum. Poteſt autem ſacramentum ordinis ordinari ad corpus Chriſti verum contentum ſub euchariſtia dupliciter. Vel ſecundum ſe, vel propter corpus Chriſti myſticum præparandũ ad receptionem corporis eius veri. Si primo modo, hoc poteſt eẽ quadrupliciter. Aut enim ordinatur ad euchariſtiæ conſecrationẽ, & ſic eſt ordo ſacerdotalis, Vel ad ſanguinis adminiſtrationem, & ſic ordo diaconatus, Vel ad materiæ

tiæ eius præparationem & in ſactis
vaſis collationem,& ſic eſt ordo ſub-
diaconatus, Vel ad materiæ præpara
tionem,tm̄ & ſic eſt acolitatus. Si aūt
ordinetur ad corpus Chriſti verū ꝓ-
pter corporis myſtici præparationē,
hoc poteſt eſſe, tripliciter ſecundum
tria genera immundorum,quia q̄ ſām
ſunt mundati ſunt etiam præparati.
Primum autem genus immundorum,
ſecundum Diony. eſt infidelium qui
omnino credere nolunt, Secūdum eſt
volentium credere,ignorantium au-
tem quid ſit credendum,Tertium ſciē
tium,ſed impeditorum aliqua dæmo
nis operatione. Primi excludēdi ſūt
ab euchariſtiæ participatione, ſecūdi
ſunt inſtruendi,tertii adiuuādi. Ideo
ad primorum excluſionem inſtitutus
eſt ordo oſtiariorum, ad ſecundorū
eruditionem inſtitutus eſt ordo lecto
rum,ad remotionem impedimentoꝝ
a tertus inſtitutus eſt ordo exorciſta-
rum. Ad primum dicendum ꝙ quia
pauciores erant fideles,iō minor mul
tiplicatio miniſtrorum fuit neceſſa-
ria, ſed multiplicato cultu diuino
oportet miniſtros cultus multiplica-
ri.Sub ordine autem diaconatus om
nes inferiores ordines a Dio.comprę
henduntur. Ad ſecundum dicen-
dum ꝙ ſecundum illos non diſtinguū
tur ordines in ſpeciali ſed ſecundum
actus poteſtatum ſacramentalium, vt
iam dictum eſt. Ad tertium dicen-
dum ꝙ ſecundum Boe.triplex eſt to-
tum.Totum vniuerſale,quod eſt ſecū
dum eſſentiam,& totam virtutem cui
libet ſuę parti, & totum potentiale,
quod adeſt cuilibet ſuę parti ſecundū
eſſentiam,non tamen ſecundum totā
virtutem, immo tantum parti ſupe-
riori,& totum integrale, quod nec ſe
cundum eſſentiam,nec ſecundum vir
tutem adeſt cuilibet ſuæ parti. Diui-
ſio ordinis in ſpeciales ordines,nec eſt
diuiſio totius vniuerſalis, nec totius
integralis,ſed totius potentialis. Ad
quartum dicēdum ꝙ ordo poteſt du-
pliciter accipi. Vno modo ſecundum
quod eſt ſacramentum, & ſic omnis
ordo ordinatur ad euchariſtiam. Vn
de cum Epiſcopus non habeat pote-
ſtatem ſuperiorem ſacerdote reſpectu
euchariſtiæ,epiſcopatus non erit or-
do. Alio modo accipitur ordo ſecun
dum ꝙ eſt officium quoddam reſpe-
ctu quarūcunq; actionum ſacrarum,
& ſic cum Epiſcopus habeat poteſta-
tem in actibus hierarchicis reſpectu
corporis myſtici, ſupra ſacerdotem
epiſcopatus erit ordo, & ſecundum
hoc loquūtur authoritates inductę.
Ad quintum dicēdum ꝙ ex hoc quòd
aliquis eſt clericus eſt in altiori ſtatu
q̄ laicus,non tamen habet ampliorē
poteſtatis gradum, qui ad ordinem
requiritur, & ideo tonſura nō eſt or-
do,ſed potius ad ordines diſpoſitio.

Articulus tertius. In alio ſcrip. vt hic. q. 1. ar. 2. quæſtiun. 2.

AD tertium ſic proceditur, & vi-
detur ꝙ ordo nō imprimat cha-
racterem,quātum ad omnes or-
dines:quia ordinis character eſt quæ
dam poteſtas ſpiritualis. ſed quidam
ordines non ordinantur niſi ad quoſ
dā actus corporales,vt patet in oſtia
riis,& acolytis.ergo in eis non impri
mitur character. Præterea. Om
nis character eſt indelebilis. ergo per
characterem homo ponitur in tali
ſtatu a quo nō poſſit recedere.ſed illi
qui habēt minores ordines poſſunt
licite redire ad laicatum accipiendo
vxorem.ergo non imprimitur chara
cter in omnibus ordinibus. Præte
rea. Videtur ꝙ nec gratia gratum In alio ſcrip. vt hic. art. 2. 4. contra c. 74.
faciens conferatur. Nulla cauſa prę
ſupponit effectum ſuum.ſed in eo qui
accedit ad ordines præſupponitur

gratia, vt dicetur. ergo talis gr̃a non confertur in ordinis collatione. Cõtra. Omne ſacramentum, in quo nõ ĩprimitur character, eſt iterabile. ſed nullus ordo eſt iterabilis. ergo i quolibet ordine imprimitur character. Præterea, Videtur ꝙ ordo cauſa ſit gratiæ: Ordo enim eſt ſacramentũ nouæ. ſed tale ſacramẽtum eſt cauſa gratiæ in ſuſcipiente. ergo ſacramentum ordinis confert gratiam. Reſpon. Dicendum ꝙ circa hoc ſunt tres opiniones. Quidam enim dicunt ꝙ in ſolo ſacerdotali ordine character imprimitur. Alii vero dicunt ꝙ in ſacris ordinibus character imprimitur, non autẽ in minoribus. Sed contra vtrũq; eſt, quia in quolibet ordine cõfertur ſpiritualis poteſtas ad ſacramentorũ, ſeu ſacramentalium diſpenſationem, quæ nihil aliud eſt q̃ character, quæ diſpenſatio non competit niſi habentibus hanc poteſtatem. Ideo dicendũ eſt cum aliis ꝙ in quolibet ordine character imprimitur. Cuius ſignum eſt ꝙ perpetuo manent, & nunquã iterantur. Ad primum dicendum ꝙ huiuſmodi actus, quãuis ſint corporales, ordinantur tamen ad ſacramentorum diſpenſationem, ſicut oſtiarii habent actum admittẽdi homines ad diuinorum ſacramentorum inſpectionem, & ſic de aliis, & ideo in omnibus requiritur poteſtas ſpiritualis. Ad ſecũdum dicendum ꝙ quãtumcũq; homo ſe ad laicatum trãsferat ſemper tamẽ in eo manet character, vt patet ex hoc ꝙ ſi ad clericatum reuertatur, nõ iterum ordinẽ, quem habuerat, ſuſcipit. Ad tertium dicendum ꝙ gratiã quã præſupponit non confert, ſed potius augmẽtum gratiæ. Ratio autem quare conferat gratiam hęc eſt, quia Dei perfecta ſunt opera: & ideo cui datur ſpiritualis poteſtas ad ſacramentum aliquod exequẽdum, datur gratia ad id congrue exequendum: Et ideo q̃a in ordine poteſtas ſpiritualis confertur ad ſacramentorum diſpenſationem, confertur gratia ad congrue diſpenſandum.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ character vnius ordinis præſupponat characterem alterius. Maior eſt conuenientia ordinis ad ordinem, q̃ ordinis ad aliud ſacramẽtũ. ſed character ordinis p̃ſupponit characterem alterius ſacramenti. ſ. baptiſmi. ergo multo fortius character vnius ordinis præſupponit characterem alterius. Præterea. Ordines ſunt quidam gradus. ſed nullus poteſt peruenire ad poſteriorem gradum, niſi prius priorem conſcẽderit. ergo nullus poteſt recipere characterem ordinis ſequentis, niſi prius accipiat ordinem pręcedentem. Præterea. Videtur ꝙ pręſupponat characterẽ confirmationis: quia in his quæ ſunt ordinata ad inuicẽ, ſicut medium præſupponit primum, ita vltimum præſupponit medium. ſed character cõfirmationis præſupponit baptiſmalẽ quaſi primum. ergo character ordinis præſupponit characterem confirmatiõis quaſi medium. Contra. Si omittatur aliquid de ſacramẽto, quod ſit de neceſſitate ſacramenti, oportet quòd ſacramẽtum iteretur. ſed ſi aliquis accipiat ſequentem ordinem, prætermiſſo primo, non reordinatur, ſed cõfertur ſibi quod deerat, ſecundum ſtatuta canonum. ergo præcedẽs ordo nõ eſt de neceſſitate ſequentis. Prętera Apoſtoli receperunt poteſtatem ordinis ante paſſionem Chriſti. Mat. 26. quãdo Dominus poteſtatem dedit diſcipulis in cœna conficiendi corpus ſuum. ſed confirmati ſunt poſt aſcenſionem

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar ti. 2. q̃ſtiũcu. 4.

In alio ſcript. vt ſup. q̃ſtiũcula. 3.

ſionem per aduentum, Spiritusſancti. ergo ordo non præſupponit confirmationem. Reſpon. Dicendum ꝙ ad ſuſceptionem ordinis prçexigitur aliquid dupliciter. Vno modo quaſi de neceſſitate ſacramenti, & ſic character baptiſmalis præſupponitur, per quem efficitur aliquis ordinis ſuſceptiuus. Alio modo de congruitate, & ſic requiritur omnis perfectio, per quã aliquis idoneus redditur ad ordinis exequutionem, & ſic exigitur confirmatio. Sed quia poteſtates ordinum ſunt diſtinctç, ideo vna non de neceſſitate, ſed de congruitate requirit aliam. Vnde in primitiua eccleſia aliqui ordinabantur in præſbyteros, & diaconos, qui prius ordines inferiores non ſuſceperant: Hinc eſt ꝙ ordinati per ſaltum non reordinãtur, ſed ordo omiſſus eis confertur. De neceſſitate tamẽ præcepti, vnus alterũ præ ſupponit. Ad primum, magis conuenit ordo &c. dicendũ ꝙ verum eſt ſecundum ſimilitudinem ſpeciei, non tamen ſecundum proportionem potẽtiæ ad actum: quia per baptiſmum acquirit homo potentiam paſſiuam recipiendi ordines; ſed non per inferiores recipiendi maiorem ordinem.

Ad ſecundum dicendum ꝙ verum eſt de gradibus qui habent ordinem neceſſitatis ad inuicem, non autem congruitatis. Ad tertium dicendum ꝙ verum eſt de primo medio, & vltimo quç habent eundem ordinem ad inuicem, & ſic non eſt in propoſito quia confirmatio habet ordinem eſſentialem ad baptiſmum, qui eſt ianua ſacramentorum, ordo aũt congruitatis habet ordinem ad confirmationem.

Diſtin. Vigeſimaquinta.

Solet ẽt quæri &c.

Hic quæruntur duo.

Primo de poteſtate conferentis ordines.

Secundo de vitio collationis, ideſt ſimonia.

Quçſtio prima.

Circa primum quçruntur duo.

Primo an ſolus Epiſcopus poſſit ordinare.

Secundo an Epiſcopus hçreticus, vel prçciſus.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ nõ ſolus Epiſcopus poſſit ordinare: Magis enim prçcellit prçsbyter diaconum, q̃ Epiſcopus Epiſcopum. ſed Epiſcopus poteſt conſecrare Epiſcopum. ergo prçsbyter diaconum. Præterea. Quæ ad ſolum Epiſcopum pertinent, alteri cõmitti non poſſunt. ſed ordinare prçſbyteris Cardinalibus cõmittitur: cõferunt enim minores ordines. ergo ordinare non pertinet ad ſolum Epiſcopum. Præterea. Qui habet principale, & maius, multomagis acceſſorium, & minus. ſacramẽtum ordinis eſt minus, & acceſſorium ad ſacramentum altaris. ergo qui poteſt conferre ſacramentũ altaris, multomagis poteſt conferre ſacramentum ordinis. Contra. Iſidorus lib. ethi. dicit. Eps̃ ipſe, ſũmus ſacerdos, & pontifex maximus nominatur: Ipſe. n. efficit ſacerdotes, & leuitas, ipſe omnes ordines eccleſiaſticos diſponit. ergo ad ipſum ſolum pertinet ordinare. Præterea. Non ad minorem pertinet in exercitu duces præponere, q̃ milites aſcribere. ſed ad ſolum Epiſcopum pertinet in exercitu eccleſiæ militãtis aſcribere milites per ſacramentum confirmationis. ergo multo fortius duces præponere, quod fit per ſacramentum ordinis. Reſpon. Dicendum ꝙ collatio or-

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 65. art. 3. ad ſecũdũ quol. 11. ar. 7. c.

dinum alicui dupliciter cõuenire poteſt. Aut de iure cõmuni, ratione ſuę ordinarię poteſtatis, aut ex indulgentia, ſiue generali, ſiue ſpeciali, ratione cõmiſſionis, & hoc vltimo modo conferre minores ordines conuenit aliqbus qui non ſunt Epiſcopi, ſed ſacerdotes. Primo autem modo conferre quoſcunq; ordines cõuenit ſolis Epiſcopis: Duo enim requiruntur ad collationem ordinis, Vnum eſt adeptio ordinis illius quem confert, quia qd non habet quis, dare non poteſt, Alterũ gradus poteſtatis, quia maior omni ordine debet eſſe qui omnes ordines confert. Ad primum ergo dicendum ꝙ non ſufficit ad ordinandũ excellentia ordinis, ſed requiritur excellentia dignitatis. Ad ſecundum dicendum ꝙ quãuis pertineat ad ſolũ Epiſcopum de iure cõmuni, ab eo tamen qui eſt ſupra ius, non ab alio, poteſt non Epiſcopo committi poteſtas minores ordines conferendi. Ad tertium dicendum ꝙ quãuis ſacramentũ ordinis ordinetur ad ſacramẽtum altaris, non tamen eſt acceſſorium eius, immo quoddam ſacramentum principale: Et quamuis per ſe ſit illo minus, non tamen in illo includitur. In his vero quæ in ſe includuntur, ſicut minor numerus in maiori, qui poteſt qd maius eſt, põt quod minus eſt.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur, ꝙ Epiſcopi hęretici vel pręciſi ab eccleſia non poſſint conferre ordines: quia in epiſcopali conſecratione nõ imprimitur character. ergo eccleſia poteſt dignitatem epiſcopalẽ auferre. ergo cum ille cui ablata eſt iam non ſit epiſcopus, non poteſt ordinare. Præterea. Nullus poteſt ordinare, niſi vt miniſter eccleſiæ, ſed qui præciſus eſt ab eccleſia nõ eſt miniſter eccleſiæ. ergo non poteſt ordinare. Præterea. Plus eſt aliquẽ ad ordinem promouere ꝙ in foro pœnitẽtiali abſoluere, vel ligare. ſed hęreticus vel pręciſus non poteſt ſoluere, vl' ligare. ergo nec ordinare. Contra. Sicut ſe habet ſacerdos ad poteſtatem conſecrandi, ita Epiſcopus ad poteſtatem ordinandi. ſed hæreticus, & pręciſus ab eccleſia põt cõſecrare, vt dictũ eſt ſupra. ergo & Epiſcopus ordinare. Pręterea. In ſacramentorum collatione non differt bonus a malo, dummodo habeat intentionẽ, & ſeruet formam. ergo nec infidelis a fideli. ſed fidelis poteſt ordinare. ergo etiam infidelis. Reſp. Dicẽdum ꝙ hæreticus, & pręciſus ab eccleſia, & ſi de iure nõ poſſit ordinare, tamen de facto poteſt: vnde ſi ordinet ordinatum eſt: Et huius ratio eſt, quia ſecundum Hug. ad ordinandum nõ exiguntur niſi quatuor. Dignitas epiſcopalis cum ordinibus habitis ſecundum veritatem, prolatio verborũ in quibus forma conſiſtit, intentio, & materia debita. Omnia vero iſta poteſt habere hęreticus, & pręciſus, & ita poteſt ordinare. Ad primum dicẽdum ꝙ quãuis character non imprimatur, tamen ob reuerentiam conſecratiõis poteſtas ſic collata nũquam amittitur. Ad ſecundum dicendũ ꝙ inquantum ordinem retinet eccleſiæ, & ſeruat eccleſię formã miniſter eccleſiæ eſt, licet non ſimpliciter. Ad tertium, plus eſt ordinare, dicendum ꝙ plus eſt. i. maioris dignitatis, ſed non plus. i. maioris iuriſdictionis, immo minus, & hoc patet: quia Epiſcopus non ſuum ſubditum poteſt ordinare, non tamen ſoluere vel ligare.

Circa

Quęſtio ſecunda.

Circa ſecũdũ quæruntur duo.

Primo vtrum ſimoniacus poſſit ordinem emere, vel vendere.

Secũdo vtrum ſimoniacus perdat ordinis executionem.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 1. qſtiũcula. 2. ſcda ſcdæ q. 100. ar. 6. ad pri.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſimoniacus non poſſit emere ordinem. Greg. 1. q. 1. dicit. Quicũq; ſtudet precii datione ſacerdotii ordinem accipere, non eſt ſacerdos. ergo ſacerdotii ordo emi nõ poteſt, & per conſequens nec alius quicunq;. ergo &c. Præterea. Videtur ꝙ non poſſit vendere ordinẽ. Leo enim papa. 1. q. 1. dicit ſic. Si gratis non datur, vel accipitur, gratia non eſt. ſed talis non gratis dat. ergo nulla gratia datur ibi. ergo nullum ſacramentum. Præterea. Dona Spiritus ſancti ſunt in poteſtate Dei, non hominis. ſed quilibet ordo eſt donũ Spiritus ſancti ergo non eſt ſub poteſtate hominis. ergo ab homine non poteſt vendi, vel emi. Contra. Nihil prohiberi debet quod nõ poteſt fieri. ſed prohibetur ne ordines vendantur. ergo. &c. Præterea. Quod poteſt furtiue accipi, poteſt emi, vel vẽdi. ſed ordo poteſt furtiue accipi. ergo. &c.

Reſpon. Dicendum ꝙ quædam ſunt pure ſpiritualia, vt gratiæ, & virtutes: Alia annexa, vel cõiuncta rei corporali, quæ ex hac vniõe ſacra efficitur, ſicut ordines in exterioribus ritibus corporalibus, qui ſunt ſancti, & character collatus per corporalem ablutionem. Alia ſunt ſpiritualia annexa corporalibus, manentibus corporalibus ſacris, vt cõſecratio calicis, ius patronatus in aliquo fundo. Prima, nec de iure, nec de facto poſſunt vendi, quia non eſt in poteſtate hominis illa dare. Secũda poſſunt vendi de facto, ſed nõ de iure, & hoc eſt quia facta corporalia in quibus dantur ſpiritualia venduntur, De iure tamen neutrũ vendi poteſt. Vltima vero, quãtum ad id quod eſt corporale ibi etiam cũ manet ſacratum poſſunt vendi, & tranſit ſpirituale cum corporali. Sed quantum ad id quod eſt ſpirituale, vẽdi nõ poſſunt. Vnde ſi ratione ſpiritualis plus emeretur, vel venderetur, vel principaliter ſpirituale intenderetur emi, vel vendi, ſimonia cõmitteretur.

Ad primum de Gregoro dicendum quòd dicitur non eſſe ſacerdos, quia caret ſanctitate ordinis, non quia careat ipſo ordine. Ad ſecundum dicendum ꝙ verum eſt ex parte vendentis, vel ementis, ſed non ex parte Dei qui gratis dat. Vel dicendũ quòd loquitur de gratia gratum faciente, quæ impeditur per culpam recipientis. Ad tertium dicendum ꝙ ratione eorum in ſe non poſſunt vendi, ſed ratione eius cui coniunguntur, poſſunt vendi de facto.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 1. qſtiũcu. 3.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſimoniacus non perdat exequutionem ordinis: quia contingit in ordinatione alicuius cõmitti ſimoniam eo ignorante. ſed homicidium caſuale, propter hoc quòd eſt per ignorantiam cõmiſſum, non facit irregularitatem. ergo & ſimiliter ille qui ſimoniace ordinatur non eſt irregularis. Præterea. Ab eo qui nõ habet exequutionem ordinis nullus debet ſacramentum accipere. ſed ab eo quem ſcio ſimoniacum debeo ordines accipere, ſi mihi præcipiatur, ne ſim inobediens. ergo non amittit ordinis exequutionem. Sed contra.

Videtur ꝙ ſimoniacus nec ordinem recipiat, quia defectus intentionis euacuat ſacramentum. ſed ille qui pretio aliquid intendit acqrere in ſuſceptione ordinis, non intendit ſuſcipere qd eccleſia tradit: quia illud non cadit ſub pretio. ergo non ſuſcipit ordinē. Præterea. Fides requiritur ad ſacramentum, quia dirigit intentionem, ſine qua non eſt ſacramentum. ergo hęreticus non ſuſcipit ordinis ſacramētum. ſimoniacus autem eſt hęreticus, quia vt dicit Grego. in regiſtro, Altare, decimas, & Spiritumſanctum emere, vel vendere, ſimoniacam hęreſim eſſe, nullus fidelium ignorat. ergo &c. Reſpon. Dicendum ꝙ in hoc diſtinguendum eſt: quia ſi dicatur ſimoniacus ex hoc quod recipit ordinem per ſimoniam, non recipit exequutionē, & eſt ipſo iure ſuſpenſus, & quo ad ſe, & quo ad alios, & punitur vlterius p depoſitionem, quando conſtiterit de crimine iudici. Si autē dicatur ſimoniacus quia contulit ordinem ſimoniace, vel quia dedit, vel recepit beneficium ſimoniace, vel quia mediator fuit ſimoniæ, ſi ſit occultus, ſuſpenſus eſt ipſo iure quo ad ſe. Si autem manifeſtus, eſt ſuſpenſus quo ad ſe, & quo ad alios, & iterum ille qui recipit beneficium per ſimoniam tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum perceptorum, & beneficio renunciare. Sed quia nullum ſacramentum perficitur in merito diſpenſatoris, ſed in virtute Spiritusſancti, ideo peccatum ſimoniæ nec ſacramentum ſuſcipiendū impedit, nec ſuſceptum tollit. Poteſt tamen impedire vltimam rem ſacramēti, ſi ſit peccatum ex parte recipiētis. Ad primum de homicidio dicendum ꝙ nō eſt ſimile, quia propter homicidium fit tantum defectus in ordinato, ſed propter ſimoniam fit defectus in ipſa ordinatione, quia ipſum ſacramentum ponitur ſub pretio, & ideo ſufficit quod ordinatus ſit immunis ſecundum ſuam conſcientiam de homicidio, tamen eſt ſuſpenſus quando ad notitiam ejus deuenerit. Ad ſecundum dicendum ꝙ quando manifeſtum eſt crimen ſimoniæ, tunc ordinator amittit exequutionem, & ſuſpenſus eſt quo ad ſe, & quo ad alios. Sed quando eſt occultum, ſuſpenſus eſt quo ad ſe tantum: Et ideo ſi ſit manifeſtum, ſecundum ꝙ in iure dicitur aliquid manifeſtum, tūc nullo modo aliqs debet ei obedire, nec ab eo ordinem recipere. Si autem non ſit manifeſtum, & nō poteſt quis ſubterfugere præceptum, debet obedire, etiam ſi ſciat ordinatorē eſſe ſimoniacum. Scda ſcdę q. 100. ar. 6. ad Pm.

Ad tertium dicendum ꝙ ipſe non intendit emere illud quod eſt per ſe ſpirituale, vt characterem, ſed operationem miniſtri, quæ eſt corporalis, & cā rei ſpiritualis. Ad quartum dicendum ꝙ ſimoniacus dicitur hęreticus, nō proprie, ſicut ille qui errat in credendis, ſed ſimilitudinarie, quia operatur ad modum errantis, emēdo, vel vendendo ſpiritualia, ac ſi crederet Spiritumſanctum eſſe ſub hominis poteſtate: Nec tamen ſequitur ꝙ hęreticus non poſſit ordinem ſuſcipere, vel conferre, quia ſi non erret circa ordinis ſacramentum, in nullo intentio impeditur. Si autem circa hoc erret, poteſt intendere dare, vel ſuſcipere quod eccleſia intendit, ſicut in baptiſmo, & euchariſtia. In alio ſcript. vt hic. q. 3. arti. 1. qſtiū. 1. Pa Pæ. q. 100. ar. 1. ad pri.

Diſtin. Vigeſimaſexta.

Cum alia ſacramēta poſt peccatum &c.

Quæſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo

Primo vtrum matrimonium ſit ſacramentum.
Secundo de inſtitutione eius.
Tertio vtrum carnalis copula ſit de integritate ipſius.
Quarto vtrum carnalis copula poſſit eſſe ſine peccato.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. o. 4. contra. c. 78.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ matrimonium nō ſit ſacramentum nouę legis. Oē enim ſacrm̄ nouæ legis habet formam determinatam verborū, & aliquod materiale elementū pro materia. ſed matrimonium hæc non habet. ergo nō eſt ſacramentum. Præterea. In aliis ſacramentis eſt aliquid quod eſt res & ſacramētum, ſicut character in baptiſmo. ſed nihil tale poteſt in matrimonio inueniri. ergo non eſt ſacramentum. Præterea. Omne ſacramentum nouę legis grām confert. ſed hoc matrimonio non competit, quia ſic non eſſet perfectionis a matrimonio abſtinere. ergo matrimonium non eſt ſacramentum. Sed contra eſt quod dicitur Epheſ. 5. Sacramentum hoc magnū eſt. loquitur autem de matrimonio. ergo eſt ſacramentum. Præterea. Sicut in eccleſia eſt neceſſaria ſpiritualis multiplicatio, ita & naturalis. ſed ad ſpiritualē multiplicationem ordinatur aliquod ſacramentū. ſ. ſacramentum ordinis. ergo matrimonium, quod ordinatur ad multiplicationem naturalem, eſt ſacramentum. Reſpon. Dicendum ꝙ de ratione ſacramenti eſt vt aliquod ſacrū ſignificet, & remedium prębeat cōtra vulnus peccati: Hæc autem duo matrimonio cōueniunt: Significat enim coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ. Præbet etiam remedium contra vulnus peccati concupiſcentiæ ex peccato relictum, Et ideo merito īter ſacramenta nouę legis cōputatur. Ad primum dicēdum ꝙ verba exprimentia cōſenſum de præſenti ſunt forma huius ſacramenti, non autem ſacerdotalis benedictio, quæ non eſt de neceſſitate ſacramēti, ſed de ſolēnitate. Pro materia vero habet actus contrahentium matrimonium, ſicut de pœnitētia dictum eſt. Ad ſecundum dicendum ꝙ in hoc ſacramento actus exterius apparentes ſunt ſacramentum tantum, obligatio vero quæ de his naſcitur, eſt res, & ſacramentum: ſed effectus, vel ſignificatum huius ſacramenti, eſt res tantum. Ad tertium, dicendum ꝙ quidam dixerunt in matrimonio nullo modo gratiam dari, ſed ꝙ remedium contra peccatum præſtare dicitur, eſt ꝓpter hoc ꝙ eius actus a peccato excuſatur, & impedit illicitas concupiſcentię corruptelas. Sed ſecundum hoc non poſſet inter ſacramēta nouę legis computari, niſi æquiuoce, nec hēret aliqd plus in noua legis q̄ in veteri: Et ideo alii dicunt ꝙ confertur ibi gratia ordinata ad receſſum a malo, non ad operationem boni. Sed quia eadem gratia impedit peccatum, & inclinat ad bonum, ideo alii dicunt probabilius ꝙ matrimonium, inquantum in fide Chriſti cōtrahitur, habet ex paſſione Chriſti, ſicut & cętera ſacramenta, ꝙ conferat gratiam ad reprimendum concupiſcentiam, & meritorie implendum hoc ad quod matrimonium ordinatur. Nec ꝓpter hoc ſequitur ꝙ abſtinere a matrimonio nō ſit perfectionis, quia in abſtinentibus ſunt alia quæ magis cōferunt ad gratiæ augmentum.

Scda ſcdę q. 100. ar. 2. ad ſex. & in alio ſcrip. vbi ſup. artic. 3. o.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ matrimonium inſtitutione non indigeat. Illud. n. quod eſt de iure naturali non indiget

inſtitutione.ſed matrimonium eſt huiuſmodi,vt patet Geñ.2. vbi dicitur. Quãobrem relinquet homo &c.ergo non indiget inſtitutione. Præterea. Sacramenta ſunt poſt peccatum inſtituta,cum ſint medicinę contra peccatum.ſed matrimonium fuit ante peccatum,vt patet ibidem. ergo non habet inſtitutionem. Præterea. Si matrimonium eſt aliquando inſtitutum, præcipue inſtitutum fuiſſe videtur p hoc ꝙ Deus dixit Geñ. 1. Creſcite, & multiplicamini &c.cum inſtitutio ſacramenti nõ poſſit eſſe niſi a Deo. ſed verba illa dicuntur per modum præcepti.ergo ſequeretur ꝙ omnes eſſent obligati ad matrimonium contrahẽdum,quod patet eſſe falſum, & ſic matrimonium non habet inſtitutionem. Sed cõtra eſt quod dicit Hug.de ſan. Vic. ꝙ ſacramentum ex inſtitutione ſignificat.ſed matrimonium eſt ſacramentum,vt dictum eſt.ergo habet inſtitutionem. Præterea. Matth. 19.dr̃.Non legiſtis ab initio,ꝙ q fecit hoĩes,maſculum,& fœminã fecit illos? Et poſtea ſubditur. Qđ ḡ Deus coniũxit,hõ non ſeparet. matrimonium ḡ eſt diuinitus inſtitutum. Reſpon. Dicendum ꝙ matrimonium dupliciter poteſt conſiderari.Vno modo ſecundum ꝙ eſt in officiũ naturę,& ſic non indiget aliqua inſtitutione, niſi inclinatione naturali ad matrimoniũ contrahendum in generali, ꝗuis quantũ ad aliquas matrimonii cõditiones indigeat determinatione per ſtatutũ iuris diuini vel humani. Alio modo poteſt conſiderari prout eſt in remediũ peccati,quod contingit dupliciter. Vno modo ex parte actus qui a peccato excuſatur,& actus turpes impedit,& ſic fuit inſtitutum poſt peccatũ. Alio modo ex parte effectus qui eſt ſupra ipſam concupiſcentiã,reprimens ipſam in ſua radice, & ſic habet inſtitutionẽ in noua lege per approbationem Chriſti,vt patet Matth. 19. & primæ ad Cor.7. Ad primum ergo dicendum ꝙ matrimonium eſt naturale,prout eſt in officiũ naturæ. Sic autem ante peccatum dicitur inſtitutũ, cum inquantum eſt homini indita naturalis inclinatio ad matrimonium, tum inquantum eſt edoctus diuinitus de ſpecialibus matrimonii conditionibus. Ad ſecundum dicendum ꝙ poſt peccatũ eſt inſtitutum matrimonium,prout eſt in remedium peccati, ſed ante peccatum, prout eſt in officium naturę. Ad tertium dicẽdum ꝙ præceptum de matrimonio non pertinet ad perfectionem vnius ſingularis perſonę, ſicut præceptum de honore parentum,ſed pertinet ad perfectionem ſpeciei. Vnde hoc modo obligat quòd quilibet illud tenetur implere,cum ſit neceſſarium ꝙ aliqui generationi vacent,& aliqui cõtemplationi,& præcipue pro tempore gratiæ,quando iam humanum genus eſt multiplicatum,& augmẽtatio cultus diuini non ſit per carnalem generationẽ,ſicut in veteri lege ſed per ſpiritualem.

In alio ſcrip. vt hic.q.1.artic.1.o.3. contra.c. 122.1.cor. 7.l.1.co.2

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar.2. o.p. p. q. 72. ad quartum.q.98 ar.1.o.Pa pę.q. 152 artic.2.ad pri.3.contra.c.136 1,Cor.7. l.6.ſi.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ carnalis cõmixtio ſit de integritate ſacramenti matrimonii:Ratio enim ſacramenti in ſignificando conſiſtit.ſignificatio matrimonii per carnalem copulã complet ur. ergo eſt de integritate ſacramenti. Præterea. Finis maxime pertinet ad perfectionem rei. ſed matrimoniũ non conſequitur finem ſuum.ſ. bonũ prolis,niſi per carnalem copulam.ḡ carnalis copula eſt de integritate matrimonii. Prẹterea. Perfectio ſacramenti ex inſtitutione depẽdet.ſed

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar.4. o.3. p.q.29.ar ti.2.o.

in

in inſtitutione matrimonii facta eſt mẽtio de carnali copula cum dicitur Geñ. 2. Erunt duo in carne vna. ergo carnalis copula eſt de integritate matrimonii. Sed contra. Inter beatã Virginem, & Ioſeph carnalis copula non interceſſit, fuit tamẽ inter eos verum matrimonium, vt dicitur Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. ergo carnalis copula nõ eſt de integritate matrimonii. Prçterea. In paradiſo non fuit carnalis copula, ibi fuit tamen matrimonium. ergo matrimonium non habet de ſui itegritate carnalem copulam. Reſpon. Dicendum ꝙ duplex eſt rei perfectio. ſ. prima quæ pertinet ad eẽ rei, prout forma dr̃ pfectio rei prima, & ſecunda, quæ pertinet ad operationem, prout operatio dicitur actus ſecundus, vt patet in ſecundo de anima. Primo ergo modo carnalis copula non eſt de matrimonii integritate, quia ſine hac matrimonium habet eẽ perfectum ex ſua materia, & forma: ſed ſecundo modo eſt de perfectione ipſius: Nam carnalis copula eſt quidã matrimonii vſus: Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Articulus quartus.

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. arti. 7. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ carnalis copula nõ poſſit eſſe ſine peccato. Nihil enim habet indulgentiam, niſi peccatũ. ſed carnalis copula, etiã in matrimonio, indulgentia indiget. Vnde dr̃. 1. ad Cor. 7. Ego aũt vobis parco. ergo carnalis copula etiã in matrimonio non eſt ſine peccato. Prçterea. Peccatum ex peccato originali cauſatur. ſed libido, quæ eſt in carnali copula, cauſat peccatum originale, etiam in pueris qui ex matrimonio naſcũtur, propter ſui feruorẽ. ergo ipſa eſt peccatum, & præcipue cum ſuperfluitas paſſionum ſine vitio non ſit. Præterea. Nihil impedit a rebus diuinis niſi peccatum, ſecũdum illud Eſa. 59. Iniqtates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrum. ſed carnalis copula eſt huiuſmodi. vnde Exo. 19. præcipitur populo qui d: bebat Deum videre ꝙ non accederent ad vxores. ergo carnalis copula non eſt ſine peccato. Sed contra. Peccatum ſub præcepto non cadit, ſed carnalis copula cadit ſub præcepto, vt patet. 1. Cor. 7. Vxori vir debitum reddat. ergo non eſt peccatum. Prçterea. Si cauſa eſt bõa, & effectus bonus. ſed carnalis copula eſt effectus matrimonii. ergo, cum matrimonium ſit bonũ, vt pote a Deo inſtitutum, videtur ꝙ carnalis copula ſit bona, & ſic poteſt eſſe ſine peccato. Reſpon. Dicẽdum ꝙ carnalis copula in matrimonio iunctorum poteſt conſiderari quantũ ad tria. Primo quantum ad naturã quæ per eam propagatur, & ad eam inclinat, & ſic conſtat ꝙ eſt bona, niſi ſecũdum Manicheos ponatur natura corporalis eſſe mala, quorum eſt error q in litera ponitur. Alio modo poteſt conſiderari quantum ad concupiſcẽtiam ex peccato relictam, ex qua quãdam fœditatem, & turpitudinẽ habet. Tertio modo poteſt conſiderari quãtum ad gratiam prout matrimonium eſt ſacramentum, & ſic iterum conſtat ꝙ eſt bona. Sic ergo dicendum eſt ꝙ carnalis copula, ſi mouet principaliter natura tantum, bona eſt, ſed non meritoria, vt patet in his qui gratia carẽt quando propter prolem cõmiſcentur. Si vero mouet principaliter gratia, ſic etiam eſt meritoria; eſt enim actus religionis, cũ quis ad vxorem accedit propter prolem generãdam ad cultum Dei, vel iuſtitiæ, cum quis vxorem cognoſcit vt debitũ red

1. ſcdæ. q. 34. art. 1. ad pri. ꝑ ꝑç. q. 153. ar. 2. o. 3. contra. c. 126. 127. prin. Ma. q. 4. ar. 1. ad decimũſepti. q. 15. arti. 1. 2. o. 1. Cor. 7. l. 1. co. 4. priç Theſ. 4. l. 1. co. 2. Heb. 13. l. 1. co. 2.

dat. Si vero cõcupiſcentia principaliter moueat, ſemp eſt peccatum, ſed quandoq; veniale, quando.ſ. non fertur vltra limites matrimonii, cum.ſ. quis conſentit vxori cõmiſceri ꝓpter delectationem, non autem ſi non eſſet vxor. Quandoq; vero eſt mortale, ſi concupiſcentia feratur vltra limites matrimonii, vt accedens ad vxorẽ intendens delectari cum ea, etiã ſi vxor non eſſet. Ad primum dicendum ꝙ de carnali copula, ſecundum ꝙ ad ipſam mouet libido infra limites matrimonii conſiſtens, eſt indulgentia talis qualis eſt de minoribus malis. Si vero ad eam mouet virtus, habet indulgentiam, quæ eſt de minoribus bonis, quę magis proprie conceſſio q̃ indulgentia nominatur. Ad ſecundum dicendum ꝙ in ſtatu peccati, licet quãdoq; cõcupiſcentia non ſit mouens in carnali copula, ſemper tamen eſt concomitans, & ideo ille actus ſemper habet aliquam fęditatem pęnalem, quæ inquantum eſt filia peccati, vt dicit Auguſt. trãſmittit peccatum in prolem, non tamen ſemper eſt culpabilis, quia illa delectationis vehementia nõ ſubiacet imperio rationis. Ad tertium dicendum ꝙ carnalis copula non impedit habitualem coniunctionem ad Deum, ſicut mortalia faciũt, ſed actualem, quæ eſt per contemplationem, ſicut et faciunt multæ occupationes, q̃ non ſunt peccata.

Diſtin. Vigeſimaſeptima.

Poſt hoc autem aduertendum eſt. &c.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo quid ſit matrimonium.
Secundo de cauſa eius.
Tertio de præparatione ipſius.ſ. de ſponſalibus.
Quarto de effectu eius.ſ. de irregularitate quã bigamus incurrit.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ matrimonium in litera inconuenienter deſcribatur: Coniunctio enim eſt quædam relatio. ſed matrimonium nõ eſt relatio, ſed relationis cauſa, cũ ſit qdã vinculum. ergo inconuenienter dicitur coniunctio. Præterea. Matrimoniũ a matre denominatur: qđ ſolum ad matrimonium pertinet. ergo inconuenienter in diffinitione matrimonii ponit virum, & mulierem. Præterea. Non eſt eadem numero relatio ęquiparãtiæ in vtroq; extremorum, vt Auic. dicit. cum ergo mr̃imonium ſit huiuſmodi, quia eſt coniunctio, ſequitur ꝙ ſi eſt duorũ.ſ. maris, & fęminæ, non ſit vnum, ſed duo. Præterea. Per matrimonium non ſolũ vir efficitur maritus, ſed mulier efficitur vxor. ergo matrimoniũ non magis debet dici coniunctiò maritalis q̃ vxoria. Præterea. Conſuetudo vitæ ad mores pertinet. ſed frequẽter matrimonio coniuncti ſunt moribus diuerſi. ergo inconuenienter additur, Indiuiduam vitæ conſuetudinẽ tenens. Reſpond. Dicendum ꝙ i hac matrimonii deſcriptiõe eſſentia matrimonii notificatur quantum ad tria.ſ. quantum ad id quod eſt formale in matrimonio, cũ dicitur, Coniunctio matrimonialis, & quãtum ad id quod eſt materiale, in hoc quod dicit, Viri, & mulieris, & inter legitimas perſonas, & quantum ad effectum in hoc quod dicit, Indiuiduam vitæ &c. Nam indiſſolubilitas, quæ ibi tangitur, eſt matrimonii effectus. Ad primum ergo dicendum ꝙ recte matrimonium

In alio ſcript. vt hic.

monium coniunctio dicitur eo quòd per matrimonium aliqui adinuicem colligantur. Nec eſt vinculum ligans effectiue, ſed formaliter, quod non eſt aliud a coniunctione. Ad ſecundũ dicẽdum ꝙ denominationes maxime fiũt a fine: Et qa ad finẽ matrimonii, qui eſt bonum prolis, propinquius ſe habet mater quàm pater, quæ prolẽ portat, parit, & nutrit, ideo magis matrimonium a matre nominatur. Dicitur etiam coniugium, inquantum eſt coniunctio, & nuptiæ a ritu deſponſationis, ꝑm ꝙ in ipſa deſponſatione ſolẽni ponitur quoddãvelamẽ ſuper capita nubentiũ, vt nuptiæ a nube dictę intelligãtur. Ad tertium dicẽdum ꝙ relatio mr̃imonii, quãuis hẽat pluralitatẽ ex parte ſubiecti, hẽt tñ vnitatẽ ex parte finis, qui eſt cã coniunctionis eoꝝ qui ad eandem prolem generandam coniunguntur, & ex hoc habet matrimonium vnitatem. Secus autem eſt de ſimilitudine, vel ęqualitate, quarum cauſa non eſt eadem numero, ſed ſpecie. ſ. qualitas, vel quantitas. Ad quartum dicendum ꝙ maritus eſt potior in cõiunctiõe, etſi nõ in ꝓle, quę eſt finis coniunctionis matrimonialis: vxor enim datur in adiutorium marito, & non econuerſo, & propter hoc coniunctio vtriuſq; non dicitur vxoria, ſed maritalis. Ad quintum dicendum ꝙ indiuidua vitæ conſuetudo hic intelligenda eſt quãtum ad cõmunicationem in vita cõiugali, & ſic per hoc non ſignificatur ſimilitudo morum, ſed indiuiſibilitas mr̃imonii.

Articulus ſecundus

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ conſenſus expreſſus p verba de præſenti inconuenienter ponatur cauſa matrimonii: Cauſa enim mutabilis nõ facit ſtabilem effectum, ſed matrimonium habet maximam ſtabilitatem, cum ſit indiuiſibile. ergo non poteſt cauſari a conſenſu voluntatis, qui eſt mutabilis. ergo &c. Præterea. Remota cauſa remouetur effectus. ſed aliquando eſt matrimonium ſine conſenſu, quandò exterius exprimitur conſenſus, & interius nõ adeſt, alias de matrimonio cõſtare non poteſt. Eſt etiam quandoq; matrimonium ſine expreſſiõe verboꝝ, vt cum puella præ verecũdia tacet, vel cum ſunt muti, vl' diuerſarum linguarum. ergo conſenſus per verba expreſſus non eſt cauſa matrimonii. Præterea. Verba exterius prolata in matrimonio requiruntur ad obligationem faciendam. ſed obl'o põt fieri p verba de futuro, vt patet i ciuilibus cõtractibus, & Deo, vt patet in voto. ergo ad matrimoniũ nõ requiritur quod ſint verba de pñti. Præt. Matrimonium habet indiuiduam conſuetudinem vitæ, vt dictũ eſt. ſed hoc nõ competit matrimonio, etiam poſt cõſenſum per verba de præſenti: qa poteſt alter coniugum religionem intrare ante carnalem copulam. ergo prædictus conſenſus non eſt cauſa matrimonii. Sed contra. Ille qui eſt ſui iuris, non redigitur in poteſtatem alterius, niſi per proprium conſenſum. ſed per matrimoniũ vir redigitur in poteſtatem mulieris, & econuerſo, vt patet. 1. ad Cor. 7. ergo conſenſus eſt cauſa matrimonii. Reſpon. Dicendum ꝙ in ſacramẽtis cauſę ſacramẽtales efficiunt hoc quod figurant. Matrimonium autem quoddam ſacramentum eſt, vnde oportet quòd in cã matrimonii ipſa matrimonialis coniunctio, quę eſt effectus matrimonii, deſignetur: Hoc autem fit per conſenſum per verba de pręſenti expreſſum: vnde talis conſenſus eſt cauſa matrimonii. Ad primum ergo dicendũ

In alio ſcript. vt hic.

ſſ

ꝙ matrimonium non habet immobi- litatem ex prædicto conſenſu, qui eſt cauſa proxima, ſed ex diuina inſtitu- tione, quæ eſt cauſa prima. Ad ſecũ dum dicendum eſt ꝙ ſicut in aliis ſa- cramentis requiritur intentio, ita & in iſto. Vnde ſicut aliqs exterius bap tizatus non reciperet baptiſmi ſacra- mentum ſi intentio deeſſet, ita nec ma trimonium contrahit qui verba pro- fert, ſed conſenſum interiorem nõ ha bet, ſed præſumendum, & iudicandũ eſt de his quę exterius apparent, cum de interiori non conſtat. Similiter cõ ſenſus ſine expreſſione verborum ma trimonium nõ facit, qa obligatio ho mini facienda ſignum exterius requi- rit, qd ſignum ſunt verba, vel quicũq; nutus, quibus conſenſus exprimitur, vt in mutis, & ſe non intelligentibus, & ſic etiam in puella verecunda, eſt ſi- gnum conſenſus, quando verbis parẽ- tum non contradicit, & ſi ipſa nõ ex- primat, quia qui tacet conſentire vi- detur &c. Ad tertium dicendum ꝙ verba de futuro non ſignificant ma- trimonium, ſed promiſſionem matri- monii, & ideo nõ ſunt ſufficienter ma trimonii cauſa, & ſimiliter eſt in aliis obligationibus, quibus homo actuali ter non tradit aliquid in alterius po teſtatem hominis, vel Dei. Ad quar tum dicendum ꝙ coniunctio matri- monii durat vſq; ad mortem, & ideo, ſicut matrimonium per carnalem co pulam conſumatum, per mortem cor poralem finitur, vt patet Roma. 7. ita matrimonium, quãdiu eſt in ſola ſpiri tuali coniunctione cõſiſtens, tollitur per mortem ſpiritualem. ſ. per religio nis ingreſſum.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. o.

AD tertium ſic proceditur, & vi- detur ꝙ promiſſio futurarũ nu- ptiarum conuenienter ſponſalia non dicantur. Quicunq; enim promit- tit aliquid, debet compelli ad ſoluen- dum. ſed illi qui ſponſalia contrahũt, non cõpellũtur per eccleſiam ad ma- trimonium complendum. ergo ſpon- ſalia non ſunt promiſſio futurarũ nu ptiarum. Præterea. Promiſſio nõ eſt firma, quæ fit ante annos diſcretio nis. ſed ſpõſalia ante annos diſcretio- nis contrahuntur. ſ. in ſeptẽnio. ergo idem quod prius. Præterea. Ali quis dicitur ſponſus ex præſentibus nuptiis, vt in litera dicitur. ſed ſponſa lia a ſponſo dicuntur. ergo ſponſalia non ſunt promiſſio futurarum nu- ptiarum. Præterea. Ad fidelita- tem hominis pertinet vt factam ꝓmiſ ſionem ſeruet. ſed ſpõſalia dirimi poſ ſunt. ergo ſponſalia non ſunt promiſ ſio futurarum nuptiarum. Reſpõ. Dicendum ꝙ ſicut dicit Auguſt. in. 8. confeſſ. ideo inſtitutum eſt vt pactæ ſponſæ non tradantur ſtatim, ne vilẽ habeat maritus datam, quam non ſu- ſpirauit ſponſus dilatam. Ad prouo- cãdum ergo amorem inter matrimo- nio iunctos promiſſio futuri mrĩmo- nii præcedit, non de neceſſitate ma- trimonii, ſed de congruitate., & hæc promiſſio ſponſalitia nominatur a ſpondẽdo, vt Iſid. dicit. Fit autem iſta promiſſio quandoq; abſolute, quan- doq; ſub conditione. Abſolute qua- tuor modis. Primo nuda promiſſio- ne per verba de futuro, vt cum dici- tur. Accipiam te in meam. Secundo datis arris ſponſalicis, vt pecunia, vł aliquid huiuſmodi. Tertio anuli ſub arratione. Quarto interueniente iu- ramento. Sub conditione autem fit tribus modis. Vno mõ qñ cõditio eſt honeſta, vt cum dicitur, Accipiam te ſi parentibus placet, & tunc ſtante cõ- ditione ſtat promiſſio, & nõ ſtante, nõ ſtat

ſtat. Secundo quando conditio eſt cõtraria bonis matrimonii, vt ſi dicat, Accipiam te, ſi venena ſterilitatis procures, & tunc ſponſalia nõ contrahũtur. Tertio quando conditio appoſita eſt inhoneſta, non tamen contraria bõis matrimonii, vt ſi dicat, Accipiã te, ſi furtis meis conſentias, & ſtat tũc promiſſio, ſed tollenda eſt conditio. Ad primum ergo dicẽdum ꝙ ideo eccleſia in foro contentioſo non cõpellit ſponſalia contrahentes ad matrimonium, quia matrimonia coacta cõſueuerunt malos exitus habere. Nihilominus ex tali promiſſione obligatur homo, quo ad Deum, & peccat, ſi non ſoluat promiſſum. Ad ſecundum dicendum ꝙ in fine primi ſeptẽnii diſcretio rationis incipit vigere, & pręcipue quantum ad ea ad quę natura inclinat, ſicut eſt matrimoniũ, & ideo conuenienter hoc tempus ſtatutum eſt ſponſalibus contrahendis. Ante vero non tenent niſi propter ꝓpinquitatem ad tempus prædictum, quæ eſt ſecundum conditionem contrahentium determinanda, prout in quibuſdam rationis vſus magis quàm in aliis acceleratur. Quia vero ratio nondum eſt firmata, ideo hoc tempus nondum eſt aptum perpetuo vinculo, vel matrimonii, vel profeſſionis religionis. Ad tertium dicendum, ꝙ ſponſalia ſemper dicuntur a ſpondẽdo. Spondetur autem quãdoq; ipſum matrimonium, & hoc per promiſſionem futurarum nuptiarum, & ſic non loquimur de ſponſalibus. Quandoq; vero ſpondetur actus matrimonii, & ſic ab ipſo matrimonio cõtracto aliquis dicitur ſponſus. Ad quartum dicendum ꝙ ſponſalia dirimuntur in octo caſibus, quorum primus eſt, cum alter intrat religionem. Secundus eſt cum alter ad longinquã regionem ſe transfert. Tertius eſt cum aliquis grauem infirmitatem incurrit, quę matrimoniũ redderet oneroſum, vt leprã vel paralyſim, vel aliquid huiuſmodi. Quartus quando interuenit affinitas, vt ſi ſpõſus cõſanguineã ſpõſę cognouerat ante. Quintus eſt quãdo mutuo ſe abſoluunt. Sextus eſt quando alter in fornicationem labitur. Septimus eſt propter defectum ętatis, quia tunc nec vere ſponſalia ſunt. Octauus quãdo alter contrahit cum alia per verba de præſenti. In primo autem, & vltimo caſu, ipſo facto, dirimuntur ſpõſalia, in aliis vero iudicium eccleſię requiritur: Nęc tamen ſequitur ꝙ ſemp fides promiſſionis frangatur qñ ſpõſalia dirimuntur, & ſi hoc aliquando contingat: Nam promiſſio intelligitur habere pias conditiones implicitas, per quas iuſta impedimenta excludantur.

In alio ſcript. vbi ſupra arti. 2. 0. & quol. 4. ar 13. ad decimũno.

In alio ſcript. vt ſupra. art. 3. 0.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ bigamia irregularitatẽ non cauſet: Aut enim cauſat ratione ſacramenti, aut ratione copulę carnalis. ſed non primo modo, quia ſic cum aliquis contraxiſſet cum vna per verba de præſenti, & ea mortua ante carnalem copulam duceret aliam, fieret irregularis, quod eſt contra decretalem. Similiter nec ſecundo, qa eadem ratione, qui plures per fornicationẽ cognoſceret, irregularis eẽt, quod eſt falſum. ergo bigamia nullo modo cauſat irregularitatem. Præterea. Defectus proprius magis impedit a perceptione ſacramenti, q̃ defectus alienus, ſed defectus virginitatis in viro non impedit eum a perceptione ordinis. ergo multominus ſi corruptam ducat in vxorẽ, ex quo bigamus iudicatur. Præterea. Inter

In alio ſcrip. vt hic. q. 3. ar ti. 1.

omnes defectus hominis,maximus eſt defectus peccati.ſed baptiſmus tollit omnia peccata.ergo multo magis tollit irregularitatem,& ſic ſaltem poſt baptiſmum,bigamus ante baptiſmũ, non eſt irregularis. Contra eſt quod dicitur primæ ad Timoth. tertio. Oportet Epiſcopum vnius vxoris virum eſſe.Nomine autem Epiſcopi ibi ſacerdos itelligitur. ergo bigamia impedit a perceptione ordinis ſacerdotalis,& ſic irregularitatẽ cauſat. Prę. Decretalis dicit.Cum clericis qui, in quantum in ipſis fuit,ſecundas mulieres ſibi matrimonialiter cõiunxerũt, tanquam cum bigamis non licet diſpenſare .ergo bigamia cauſat irregularitatem indiſpenſabilem. Reſp. Dicendum ꝙ per ſacramentũ ordinis fit aliqs ſacramẽtorũ diſpenſator: vnde nullum defectum in ſacramẽtis pati debet.Bigamus autẽ patitur defectum in ſacramento matrimonii: Nõ enim ſignificatur vnitas Chriſti, & eccleſiæ,& ideo per bigamiam aliquis redditur ineptus ad ordinis ſacramẽtum, & hęc indiſpoſitio irregularitas nominatur.Hęc autem bigamia irregularitatem cauſat quatuor modis. Primus eſt,cum quis habet ſucceſſiue plures vxores de iure.Secundus, cum ſimul hẽt plures, Vnã de iure, & aliã de facto.Tertius eſt,cum ſucceſſiue habet plures per modum eundem:in his .n.duobus modis,q̃uis non ſit ſacramentum,eſt tamen quędam ſacramenti ſimilitudo.Quartus eſt,cum aliquis viduam ducit in vxorem. Ad primũ ergo dicendum ꝙ de ratione vtriuſqꝫ ſimul,bigamia irregularitatẽ cauſat, quia carnalis copula ad perfectione ſignificationis matrimonii facit. Vnde per decretalem excluditur hoc qđ magiſter in litera dicit.ſ.ꝙ ſolus conſenſus per verba de præſenti ſufficit ad irregularitatem faciendam. Per fornicationem autem cum multis nõ inducitur irregularitas, quia non eſt ibi aliquod ſacramentum. Ad ſecũdum dicendum ꝙ corruptio vxoris matrimonium præcedens, irregularitatem viro inducit,etiam ſi eam virginem crediderit,niſi forte ſit ab eodem ante matrimoniũ corrupta, quia tũc vir carnem ſuam in plures nõ diuiſit. Similiter etiam ſi poſt matrimonium vxor fornicetur,vir irregularitatem contrahit eam cognoſcens, vt dicitur a quibuſdam. Ideo vero corruptio vxoris,& non viri,irregularitatem in viro cauſat,quia conſenſus matrimonium contrahentis nõ cadit ſupra ſe ipſum, ſed ſupra coniugẽ,quæ eſt materia indebita ſacramento matrimonii,quantum ad ſignificationem,quia vnitas requiritur tam in viro, quàm in vxore,& ſic incidit in ipſum ſacramentum defectus.Sed corruptio viri omnino eſt extra ſacramentũ m̃rimonii,reſpectu ipſius, Vnde ſi vxor poſſet ad ordines promoueri,ſimiliter irregularis fieret contrahendo cum viro corrupto. Ad tertium dicendũ ꝙ obiectio illa procedit ſecundũ opinionem Hieronymi,qui hoc poſuit. Sed eccleſia nunc ſequitur ſentẽtiam Auguſt.qui contrarium ſenſit,Et hoc ideo quia baptiſmus ſoluit crimina, non ſacramenta: ex ſacramento autẽ matrimonii cauſatur irregularitas ratione ſacramenti. Alia concedimus, excepto ꝙ irregularitas prędicta diſpenſabilis eſt per eum qui non eſt minoris poteſtatis in eccleſia q̃ Apoſtolus,qui hæc ſtatuit, & præcipue cum bigamia non repugnet eſſentialibus ſacramẽti ordinis:quia ſi bigamus ordinetur,characterem recipit.

Diſtin. Vigeſimaoctaua.

Hic q̄ri debet vtrū conſenſus,&c.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo in quid ſit conſenſus qui matrimonium facit.

Secundo vtrum iuramentum cum cō ſenſu expreſſo per verba de futuro matrimonium faciat.

Tertio vtrum carnalis copula eidem adueniens.

Quarto vtrum per conſenſum verbis de præſenti expreſſum in occulto matrimonium fiat.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, ar.4. o.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ conſenſus qui matrimonium cauſat ſit in carnalem copulam: Omnia enim quæ ſunt in matrimonio inter virum, & vxorem licite poſſunt eſſe inter fratrem, & ſororem, excepta carnali copula. ſi ergo conſenſus qui facit matrimonium nō ſit in carnalem copulam, videtur ꝙ inter fratrem,& ſororem matrimonium contrahi poſſit. Præterea. Ille qui continentiam vouit, peccat mortaliter in matrimonium conſentiendo. ſed matrimonium non opponitur continentiæ,niſi ratione carnalis copulę. ergo conſenſus matrimonii eſt in carnalem copulam. Præterea. Remoto eo quod non eſt de eſſe rei, poteſt res ipſa manere. ſed ſi a conſenſu matrimonii, carnalis copula excludatur, vt ſi dicatur, Cōſentio in te vt non cognoſcas me, non eſt cō ſenſus matrimonialis. ergo carnalis copula cadit ſub matrimoniali cōſenſu. Sed contra. Carnalis copula non eſt de integritate matrimonii q̄tum ad ſuum eſſe, vt ſupra dictum eſt. ergo cōſenſus qui matrimonium cauſat non oportet ꝙ ſit in carnalem copulam. Præterea. Quicunq; conſentit in carnalem copulā, deſinit eſſe virgo, ſaltem mēte. ſed beatus Ioānes fuit virgo mente,& carne,& tñ matrimonium contraxit. ergo conſenſus in carnalem copulam non requiritur ad matrimonium. Rñ. Dicēdum ꝙ cōſenſus per verba de præſenti expſ̄ſus ſignificat quod facit Facit aūt matrimonium, vnde ſignificat cōſenſum in matrimonium. Carnalis autem copula non eſt de eſſentia matrimonii, ſed poteſtas ordinata ad carnalem copulam, quia per matrimonium vnus coniugum accipit poteſtatem altero carnaliter vtendi. Vnde conſenſus in mutuam poteſtatem habendam reſpectu carnalis copulę, matrimoniū cauſat. Hæc autē poteſtas non poteſt eſſe inter fratrem, & ſororem. Repugnat etiam continentiæ, voto,& conditioni appoſitæ de abſtinendo a carnali copula. Vnde patet ſolutio ad obiecta.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, art.1. o.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ conſenſus expreſſus p verba de futuro, addito iuramēto, matrimonium cauſet: Iuramētum enim eſt efficacius vinculū q̄ ſimplex verbum. ſed ſimplici verbo de præſenti matrimoniū fit. ergo multo fortius verbo de futuro, cum iuramento. Præterea. Nihil poteſt hominem obligare vt faciat contra ius diuinum. ſed frangere iuramentū eſt contra ius diuinum. Matth. 5. Reddes autem Domino iuramenta tua. ergo iuramentū adiunctum verbo de futuro eſt implēdum, etiam ſi poſtea interueniat conſenſus cum altera per verba de præſenti expreſſus. ſed hoc non eſſet, niſi iuramentum præcedens matrimonium

faceret.ergo &c. Præterea. Iuramentum aliquid ſupra ſimplicē promiſſionem addit.ſed ſimplex promiſſio de futuro ſponſalia facit.ergo iuramentum additum facit pluſq̃ ſponſalia.vltra ſpōſalia vero nihil eſt niſi matrimonium. ergo facit matrimonium. Sed contra. Ad hoc quòd matrimonium fiat requiritur actualiter matrimonium ſignificari, vt ex ſupradictis patet. ſed iuramentum additum verbis de futuro, non facit actualem ſignificationem matrimonii. ergo matrimonium non cauſat. Præterea. Maius eſt tradere dominium ſui corporis, q̃ ſuæ rei.ſed iuramentū promiſſioni additum non ſufficit ad hoc ꝙ res promiſſa in dominium alterius trāſeat, cui facta eſt promiſſio. ergo nec iuramentum additum promiſſioni matrimonium facit, ꝙ vnus habeat poteſtatē in corpore alterius, quod ad matrimonium requiritur, & ita matrimonium non cauſat. Reſp. Dicendum ꝙ iuramentum eſt quædā confirmatio eorum quibus additur, vnde per iuramētum ea quæ prçerāt confirmantur, non autem aliquid nouum ſuperadditur. In verbis autem de futuro nō erat aliquid quod actualiter matrimonium faceret, ſed ſolū obligationem ad matrimonium: vnde iuramētum additum, matrimoniū non facit, ſed obligationem ad matrimonium firmiorem reddit. Ad primum ergo dicendum ꝙ iuramentum eſt fortius ſimplici verbo, quātum ad id cui adhibetur. Verba autem de prçſenti adhibentur ad ſignificandum actualiter matrimonii cōiunctionem, non autem iuramentum additum verbis de futuro, & ideo non eſt ſimile. Ad ſecundum dicendum ꝙ iuramenta illicita implere, non eſt de iure diuino, iuramentum autem promiſſioni matrimonii additum, factum eſt illicitum per ſequentem contractum, q fit per verba de prçſenti, quia matrimonio coniunctus non poteſt aliud matrimonium contrahere. Vnde ratio non ſequitur. Ad tertium dicendum ꝙ iuramentum plus facit q̃ ſimplex verbum promiſſionis, quia miſſionem firmiorem reddit, nec tamen ſequitur ꝙ m̃rimonium cauſet.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ carnalis copula verbis de futuro ſuperueniens matrimoniū faciat: Sicut enim ſupra dictum eſt, cōſenſus de præſenti, quibuſcūq; ſignis exprimatur, matrimonium facit. ſed nullum ſignum efficacius exprimit q̃ carnalis copula. ergo matrimonium facit. Præt. Ois coniunctio carnalis, præter matrimonium facta, eſt pctm̄. ſi ergo carnalis cōpula ſponſalibus ſuperueniens matrimonium nō facit, peccaret ſponſa ſponſum admittens ad carnalem copulam, quod nō videtur. Præterea. Quilibet damnum inferens, tenetur de damno illato ſatisfacere. ſed mulieri defloratæ ſub ſpecie matrimonii non poteſt ſatisfieri, niſi in matrimonium ducatur. ergo videtur ꝙ vel tunc, per carnalē copulam matrimonium cōſumetur, vel ꝙ ſaltem poſtmodum eam in matrimonium ducat. Sed contra eſt authoritas Nicolai Papæ, qui dicit. Si conſenſus in nuptiis defuerit, cætera etiam cum coitu celebrata fruſtrantur. Præterea. Illud quod poteſt ſine matrimonio fieri, non facit matrimonium. ſed carnalis copula eſt huiuſmod'. ergo &c. Reſpon. Dicendum ꝙ de matrimonio loqui poſſumus dupliciter. Vno modo quantū ad conſcientiam, & ſic carnalis copula ſpōſalibus ſuperueniens matrimonium

In alio ſcript. vt hic. art. 2. o.

nium non complet, ſi interior conſen ſus non aſſit. Videtur autem adeſſe, ſecundum aliquos, ex vi præcedentis permiſſionis, ſi expreſſe contrarium non intendat. Alio modo ſecundum iudicium eccleſiæ, quæ iudicat ſecundum ea quæ apparent, & ideo cum nullũ ſignum poſſit eſſe euidentius interioris conſenſus in matrimonium, q̃ carnalis copula ſponſalibus ſuperueniens, idcirco eccleſia iudicat ibi matrimonium eſſe, niſi aliqua euidenter appareant per quæ expreſſe contrarium probari poſſit. Ad primum ergo dicendum ꝙ quæcunq; ſigna exterius oſtendantur, dummodo conſenſus interior deſit, non fit matrimonium, et ſi verba de præſenti exprimantur quãtum ad conſcientiam, licet fiat ſecundum iudicium eccleſiæ. Ad ſecundũ dicendum ꝙ ſponſa in tali caſu ſponſum admittens excuſatur a peccato, cum præſumere debeat ꝙ intentione matrimonii conſumandi ad eam accedat, niſi cõtraria ſigna appareant. De quolibet enim præſumendum eſt bonum, niſi cõſtet de contrario. Sed ſpõſus non excuſatur à peccato fornicationis, & fraudis. Ad tertium dicendum ꝙ in tali caſu ſponſus tenetur eã ducere in vxorẽ anteq̃ aliam ducat. Sed ſi aliam iã duxerit, factus eſt iam impotens ad ſoluẽdum hoc ad quod tenebatur: vnde debet aliter ſatisfacere.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic, art. 3. & quol. 5. ar. 15.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ per verba de pñti cõſenſus expſſus in occulto, matrimonium non faciat. Matrimonium eſt quoddã ſacramentũ. ſed ſacramenta pertinẽt ad diſpenſationem miniſtrorum eccleſiæ. ergo matrimoniũ non poteſt perfici in occulto, ſine conſcientia miniſtrorum eccleſiæ. Præterea. Prohibitio eccleſię impedit matrimoniũ contrahendum, & dirimit contractũ, ſicut patet in illis qui contrahunt in ſecundo gradu contra eccleſię prohibitionem. ſed eccleſia prohibet clandeſtina matrimonia. ergo ſi contrahãtur, ſunt dirimenda, & ſic nõ ſũt vera matrimonia. Præterea. Ille qui non eſt ſui iuris, non poteſt ſe tradere in poteſtatem alterius abſq; conſenſu eius, ſub cuius poteſtate eſt. ſed puella ſub poteſtate patris exiſtens non eſt ſui iuris. ergo abſq; conſenſu patris non poteſt alicui, matrimonium contrahendo, tradere in occulto ſui corporis poteſtatẽ. Sed contra. Baptiſmus eſt dignius ſacrm̃ q̃ matrimoniũ. ſed ſeruata forma & materia ſacramenti, etiã in occulto, aliquis baptiſmum ſuſcipit. ergo multomagis matrimonium. Præterea. Ea quę non ſunt de eſſentia rei, ſubſtantiam rei non variant. ſed publicum, & occultum nõ pertinent ad ſubſtantiam matrimonii, ſed magis ad notitiam hominum aliorum. ergo per hoc ꝙ fit in occulto nihilominus verum eſt matrimonium. Reſpon. Dicendũ ꝙ ſicut in ſacramẽto baptiſmi, ſi omittãtur ea quæ ad ſolẽnitatem ſacramẽti pertinent, & nõ ſint de eſſentia eius, verum eſt ſacramentum, quãuis omittens peccet, niſi ſit cauſa legitima, ita eſt de matrimonio. Nã de eſſentia matrimonii ſunt perſonę legitimę ad cõtrahendum, quaſi materia, & conſenſus per verba de præſenti expreſſus, quaſi forma, alia vero ſunt de ſolẽnitate ſacramenti: vnde cum deſunt in matrimonio clandeſtino, veritatẽ matrimonii non tollunt, licet contrahentes peccent, niſi habeant excuſationem legitimam. Ad primum ergo dicendum ꝙ in aliis ſacramẽtis id qđ eſt ex parte miniſtrorum eſt de eſſen

tia ſacramenti,nõ autem in matrimonio,ſed ſolum de ſolẽnitate:quia matrimonium ordinatur ad carnalem multiplicationem,& naturalem, vnde abſq; miniſtris eccleſiæ poteſt fieri matrimonium,non autem alia ſacramenta. Ad ſecundum dicendum ꝙ matrimonia clãdeſtina per eccleſiam prohibentur propter pericula quæ inde venire ſolẽt, & ꝑpter hoc quod habent ſpeciem turpitudinis.Non autem prohibitio eccleſiæ facit ꝙ manifeſtatio matrimonii ſit de efficacia ſacramenti,quod tamen facit in gradibus cognationis,& ideo non eſt ſimile. Ad tertium dicendum ꝙ puella quãuis ſit in poteſtatẹ patris in rebus ciuilibus,& domeſticis,tamen in his quæ ad propriam perſonam pertinent, eſt ſui iuris cum ſit libera, non ancilla,& ideo poteſt abſq; conſenſu parẽtum in religionem intrare,& matrimonium contrahere.

Diſtin. Vigeſimanona, & Trigeſi.

Oportet autem cõ-

ſenſum coniugalem &c.

Quæſtio vnica.

Circa hanc diſtinctionẽ & ſequentẽ quæruntur quatuor.

Primo vtrum coactio cõſenſus impediat matrimonium.

Secundo vtrum error.

Tertio vtrum turpis cauſa.

Quarto vtrum iter beatã Virginẽ, & Ioſeph verum matrimoniũ fuerit.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic,art.3. o.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ coactio cõſenſus matrimonium non impediat. Conſenſus enim eſt actus liberi arbitrii quod cogi nõ poteſt.ergo coactio cõſenſus non poteſt matrimonium impedire. Præt. Si aliqua coactio impedit matrimonium, non niſi illa quæ põt cadere in conſtantem virum. ſed nulla coactio,vel metus eſt talis, quia fortes,nec etiam morte coguntur,cuius periculis ſe exponunt,vt patet ꝑ Philoſophum in.3. ethi.ergo coactio cõſenſus matrimonium non impedit. Præterea. Coactio conſenſus nõ poteſt abſolute eſſe ſed ſub conditione, puta ſi dicatur,Si non conſentias, te interficiam.ſed in tali coactione plus eſt de voluntario q̃ de inuoluntario, vt Philoſophus dicit in.3. Ethi. ergo videtur ꝙ per huiuſmodi coactionẽ matrimonium nõ impediatur, & præcipue quantum ad eum qui coactionem inducit, qui omnino volũtarius videtur. Præterea. Non ſolum per violentiam aliquis cogitur,ſed etiam per pręceptum aliquis poteſt cogi ad matrimonium contrahendum, & tamen verum eſt matrimonium:Filii.n. tenentur per omnia parentibus obedire,vt patet Col.3.vnde parẽtes pro filiis futura matrimonia ſub iuramento promittũt.ergo coactio matrimonium non impedit. Sed contra eſt ꝙ decretalis dicit ꝙ vbi conſenſus communis requiritur,coactionis materia repellatur.in mrimonio aũt requiritur,vt ex dictis patet,cõis cõſenſus. g̃ coactio matrimoniũ impedit. Præterea. Nullus per coactionem ius acquirit in re alterius.ſed per matrimonium vnius coniugum ius acquiritur in corpore alterius.ergo coactio matrimonium impedit. Reſp. Dicendum ꝙ duplex eſt coactio. Vna abſoluta,& ſimplex,quando.ſ.ille qui vim patitur nihil agit,ſed ſolum patitur, vt cum vnus ab alio impellitur,& hęc coactio non cadit in voluntatem. Vnde de hac nunc non loquimur: ſic enim conſenſus,qui eſt actus voluntatis,coactus eſſe non poteſt. Alia eſt

coactio

coactio conditionata, vel mixta, quãdo.ſ. vt aliquis vitet quod eſt magis contra voluntatem, facit id quod eſt minus contrarium voluntati, ſicut cum nautę proiiciunt merces in mari ne ſubmergãtur,& hæc coactio in voluntatem cadit, quando.ſ. propter timorem periculi imminẽtis aliquis eligit hoc quod eſt volũtati ſimpliciter contrarium. Conſenſus autem ſic coactus, ſi ſit talis coactio quæ in cõſtantem virum cadere poſſit, matrimoniũ impedit, alias nõ. Vnde talis coactio tollit perpetuitatem contractus, quia competit coacto, ſecundum iura, reſtitutio in integrum. Quare matrimonium, quod de ſui ratione perpetuitatem habet, impeditur, ſi conſenſus, etiam interior, fuit per coactionẽ extortus: Nec ſolum hoc, ſed & ſi verba conſenſum exprimentia, modo ſimili ſint extorta. Ad primum, patet reſponſio ex dictis. Ad ſecundum dicendum ꝙ nullus metus cadit in cõſtantem virum, vt faciat eum in peccatum conſentire, tamen per metum poteſt induci ad ſuſtinendum aliqua alia minora dãna,& hęc ſũt præcipue quę in hoc verſu continentur. Stupri, ſiue ſtatus verberis, atq; necis. Hic ponitur ſtatus, pro conditione ſeruili, alia vero incõmoda non reputantur tanti, ꝙ conſtantem virum moueant ad aliquid magnum faciendum. Ad tertium dicendum ꝙ ad matrimoniũ nõ ſufficit quodcũq; voluntarium, ſed requiritur voluntarium completũ propter eius perpetuitatem,& ideo p admixtionem violentiæ impeditur. Nec poteſt eſſe ꝙ ſit matrimonium ex parte vna,& non ex alia, quia matrimonium in quadam relatione conſiſtit, quæ requirit duo extrema. Ad quartum dicẽdũ ꝙ qa filius, vel filia nõ ſeruilis, ſed liberę condõnis ſũt nõ poſſunt cogi a parentibus per præceptũ ad aliquid quod eorum ſtatum perpetuo mutet, ſicut ad ſeruitutem, vel matrimonium, vel religionem: Et quãdo parentes iurant, ſubintelligitur cõditio.ſ. ſi filiis placuerit quos tenentur ad hoc inducere bona fide.

In alio ſcript. vt hic, art. 4.

o. ſ. a 2. ſ. æ. q. 104. ar. 5. c.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ error matrimonium non impediat: Nihil enim impedit matrimonium, niſi quod habet cõtrarietatem ad ipſum. ſed error nõ eſt huiuſmodi. ergo matrimonium non impedit: Probatio medię. Error non opponitur matrimonio, niſi forte inquantum cauſat inuoluntarium. ſed quilibet error inuolũtarium cauſat. ſic ergo quilibet error matrimonium impediret, quod patet eſſe falſum. Pręterea. Si aliquis error matrimonium impedit, præcipue hoc facit error perſonæ,& conditionis.ſ. ſeruitutis. ſed error perſonæ non impedit alias inter Liam & Iacob verum matrimonium non fuiſſet: Nec error ſeruitutis, quia pari ratione, & error cultus, vel impotentiæ coeũdi matrimonium impediret, quibus matrimoniũ impeditur, ſicut & per ſeruitutẽ. ĝ error matrimonium non impedit. Præterea. Poteſt contingere ꝙ iſte error duret quouſq; filios,& filias generet. graue autem eſſet dicere quod tunc eſſent diuidendi. ergo primus error matrimonium non impedit. Præterea. Poteſt contingere ꝙ frater viri in quem mulier ſe conſentire credit, offeratur ei,& cum eo carnaliter cõmiſceatur. in tali autem caſu nõ videtur ꝙ poſſit eum habere in virũ, cum quo contrahere ſe credidit, propter affinitatem contractam,& ita videtur ꝙ matrimonium ſtare debeat cum alio, nõ impediente errore. Sed

In alio ſcript. vt hic. d. 30. q. 1. ar. 1. et. 2. o.

contra eſt quod iuriſperitus dicit, ꝙ nihil eſt tam contrarium conſenſui q̃ error. ſed conſenſus requiritur ad matrimonium. ergo error matrimoniũ impedit. Præterea. Sicut coactio excludit voluntarium, ita & error. ſed coactio impedit matrimonium. ergo & error. Reſpon. Dicendum ꝙ remota cauſa remouetur effectus. Error autem conſenſum remouet, q eſt matrimonii cauſa, quia error voluntarium tollit: quod conſenſum includit, & ideo error matrimonium naturaliter impedit. Non autem quilibet error, ſed error eorum quæ matrimonio ſunt eſſentialia. Pertinent autem eſſentialiter ad matrimoniũ ipſę perſonæ contrahentes materialiter, & poteſtas inuicem vtendi formaliter, & iõ error perſonæ, quę repugnat primo, & error ſeruitutis, quæ repugnat ſecundo, matrimonium impedit. Error vero qualitatis, vtputa pulchritudinis, vel ſcientiæ, vel error fortunæ, vt diuitiarum, vel dignitatis, vel alicuius huiuſmodi, matrimonium non impedit, quia omnia hęc accidentaliter ſe habent ad matrimonium. Ad primum ergo dicendum ꝙ iam ex dictis patet, quomodo error matrimonio cõtrariatur ratione cauſæ ſuæ, & quare non quilibet error. Ad ſecundũ dicendum ꝙ inter Iacob, & Liam nõ fuit matrimonium ex ipſo cõcubitu, qui ex errore contigit, ſed ex conſenſu poſtmodum ſuperueniente. Error autẽ non ſolum ſeruitutis, ſed etiam aliarum conditionũ quæ faciunt perſonam illegitimam ad contrahendũ matrimoniũ impedit: ſed ideo de earum errore non fit mentio, quia iſtæ cõditiones, vtputa ſacer ordo, vel cognatio, vel diſparitas cultus ipediunt matrimoniũ, & cum errore, & ſine errore, ſeruitus autẽ non, niſi cum errore. Ad tertium dicendum ꝙ multitudo tẽporis matrimonium non cõfirmat, niſi de nouo inuicem conſentire velint. Ad quartum dicendũ ꝙ ſi ante non conſenſerit in fratrẽ eius, poteſt eum quẽ per errorem accepit retinere, nec poteſt fratrẽ habere, præcipuẽ ſi ab alio ſit cognita carnaliter. Si autem cõſenſerit in fratrẽ per verba de præſenti, non poteſt ſecundum habere, primo viuente, ſed debet redire ad primũ niſi ſęculũ relinquat, & ignorantia facti excuſat pctm̃.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ turpis cauſa matrimonium impediat. Matrimoniũ enim ſemper eſt bonum. ſed effectus bonus non poteſt eſſe a cauſa mala. ergo turpis cauſa matrimonium impedit. Præterea. Coniunctio matrimonii eſt a Deo, vt patet Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. ſed cõiunctio quæ eſt propter turpes cauſas, non eſt a Deo. ergo non eſt matrimonium. Præterea. Ad ſacramentum requiritur debita intentio. ſed non ſeruatur debita intẽtio cum aliquis turpem cauſam intẽdit. ergo. Sed contra. Poſita cauſa ponitur effectus. ſed cauſa matrimonii eſt conſenſus verbis de præſenti expreſſus, qui etiam poteſt eſſe cum turpi intentione. ergo turpis cauſa matrimoniũ non impedit. Pręterea. Baptiſmus eſt dignius ſacramẽtum q̃ matrimonium. ſed turpis intentio baptizãtis, vel baptizati baptiſmum non euacuat, puta ſi quis ex hoc lucrum intẽdat. ergo nec matrimonium per turpem intentionem impeditur. Reſp. Dicendum ꝙ in ſacramentis põt eſſe duplex intentio. Prima eſt intẽtio cõſtituentis ſacramentũ: ſecunda eſt intẽtio ſacramẽto vtendi. Prima intẽtio

In alio ſcrip. vbi ſupra ar. 3.o.

eſt

eſt de neceſſitate ſacramenti, vnde per eius defectum ſacramentū impeditur, ſicut ſi aliquis non intenderet baptizare. Secunda vero intentio cōſequitur ad ſacramentū, vnde defectus eius ſacramentum non tollit, vt ſi aliquis baptiſmum ſuſciperet hac intentione vt lucra conquireret. Turpitudo ergo cauſæ, ſi contrarietur eſſentiæ matrimonii, matrimoniū tollit, quia remouet primā intentionē, vt ſi aliquis conſentiret in aliquam vt in meretricem. Sed turpitudo cauſæ quæ matrimonio non contrariatur ſecundum ſuam eſſentiā, opponitur ſecundæ intentioni, & nō primæ: vnde matrimonium non impedit, vtputa ſi aliquis in vxorem conſentit hac intentione, vt libere cum ea ſuam libidinem exerceat. Ad primum ergo dicendū ꝙ cauſa matrimonii ſecundū ſe ſemper eſt bona, quia de ſe ordinatū eſt ad bonum prolis, ſed ex parte contrahentis poteſt habere aliquas cauſas, vel turpes, vel honeſtas, quæ non variant conditionē matrimonii, ſed contrahentis. Ad ſecundū dicendum quòd coniunctio matrimonii eſt a Deo, ſicut a cauſa prima inſtituente, & ſic habet honeſtam cauſam. Sed eſt ab homine ſicut a cauſa proxima, & ex hac parte pōt habere cauſas inhoneſtas. Ad tertiū patet reſponſio per diſtinctionē intentionis præmiſſam.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vbi ſup. q. 2. ar. 2. o. 3. p. q. 29. ar 2. o. Mat. 1. cō. 4. ſi.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ inter Ioſeph, & Beatam Virginē verum matrimoniū nō fuerit: Vouentes. n. virginitatem matrimonium non poſſunt contrahere ſine peccato, ſed Beata Virgo virginitatem vouerat. Cum ergo fuerit īmunis ab omni peccato, videtur ꝙ in matrimonio non conſenſit, & ita inter eam, & Ioſeph verum matrimonium non fuit. Præterea. Matrimoniū eſt perpetuum vinculum. ſed Ioſeph, quāuis eſſet iuſtus, volebat occulte dimittere Beatam Virginem, vt dicitur Matth. 1. ergo non erat inter eos verū matrimonium. Pręterea. Nulla cauſa rationalis poteſt aſſignari qualiter matrimonio fuerit iuncta: Non .n. per hoc virginitas matris Dei diabolū latere potuit, quia corporū conditiōes naturali ſenſu cognoſcit, nec iterum ſi nupta non eſſet poterat lapidari, propter ſuſpitionem fornicationis, quaſi adultera, nec iterum decuit vt Chriſtus, qui labores noſtros portare venerat, ſolatium viri ad ſuſtentationem matris prępararet, quæ tamen cauſæ in litera ponūtur. ergo non decuit quòd Beata Virgo matrimonio iuncta eſſet. Sed contra eſt qd dicitur Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuā. Pręterea. Chriſtus ſua natiuitate omnē licitum ſtatū debuit approbare. ſed matrimonium aliter approbari melius nō potuit, ꝗ quod ex matrimonio iūcta naſceretur, ergo mater Chriſti debuit eē matrimonio iuncta. Reſpon. Dicendū ꝙ matrimoniū, vt ſupra dictū eſt, habet duplicē perfectionem. ſ. primam, ex qua dicitur matrimoniū verum, & ſecundā ex qua dicitur conſumatū. Prīa ergo perfectio fuit in matrimonio Beatę Virginis: quod patet ex hoc ꝙ fuerunt perſonæ legitimæ ad contrahendū, & fuit ibi conſenſus mutuus per verba expreſſus, quę ſunt quaſi materia, & forma huius ſacramenti. Sed ſecunda perfectio defuit, quia carnalis copula nūquā fuit ſubſecuta: Virgo enim in ęuum permanſit. Vnde matrimoniū illud fuit verū, ſed tamen nunquā conſumatum. Ad primum ergo dicendū ꝙ votum dupliciter poteſt fieri. Vno modo abſo

lute,& ſic votum virginitatis,ſi ſit ſolenne,impedit matrimonium ſequens, & de iure,& de facto.Si autem ſit ſimplex,impedit vt non fiat de iure,q̃uis poſſit fieri de facto.Alio modo ſit votum virginitatis,vel continentiæ ſub conditione,& tunc ſecundum tenoré conditionis appoſitæ, poterit vel nó poterit matrimonium ſequi.Sic auté Beata Virgo virginitatem vouerat, ſub hac.ſ.conditione ſi Deo placeret, non quia ei deficeret virginitatis voluntas ſeruãdę.ſed quia in veteri lege nondum perfectionis virginalis tempus aduenerat,& ideo ex familiari cõſilio Spiritusſancti in matrimonium conſenſit abſolute, virginitatem ſuã Deo cõmittens,& ſic patet ꝙ cõſenſus in matrimonium,neq; voto fuit contrarius, neq; voluntatem virginitatis abſtulit. Ad ſecundum dicendum quòd Ioſeph noluit eam dimittere quaſi aliam ducturus,vel propter aliquam ſuſpicionem,ſed propter timorem reuerentiæ.Vnde ei dicitur,Mat. primo.Noli timere &c. Ad tertium dicendum ꝙ diabolus potuiſſet naturali cognitione virginitatem matris Dei perpendere,matrimonio non obſtante,niſi diuina virtute prohibitus eſſet a diligenti examinatione eorum quæ circa virginem erant.Hoc etiam quod de lapidatione dicitur,intelligitur de lapidatione infamiæ, vel quia erat de ſtirpe ſacerdotali,in qua puellis non nuptis depræhenſis in ſtupro lapidatio inferebatur,vt patet Leuit. 21.Nec obſtat ꝙ Beata Virgo fuit de ſtirpe Dauid,quia ſtirps regia,ſacerdotali fuit coniuncta.Vnde beata virgo dicitur fuiſſe cognata Eliſabeth, quæ erat de filiabus Aaron, vt patet Luc. primo.Chriſtus etiam neceſſitatis ſolatia refutare non debuit, nec quantum ad ſe,nec quantum ad matrem.

3.p q. 29 arti. 1. ad tertium.

Vnde patet quòd rõnes in litera poſitę ſunt conuenientes.

Diſtin. Trigeſimaprima.

Poſt hæc de bonis

coniugii &c.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo de numero bonorum matrimonii.

Secundo de comparatione eorũdé.

Tertio vtrum per ea actus matrimonii excuſetur.

Quarto vtrum ſine eis actus matrimonii ſemper ſit peccatum mortale.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ inſufficienter bona matrimonii in litera enumerentur: Eccleſia enim perfectius coniungitur Chriſto per charitatem, q̃ per fidem. matrimonium ſignificat coniunctionem Chriſti,& eccleſię.ergo inter bona mr̃monii, ſicut enumeratur fides, ita etiã charitas enumerari deberet. Præterea. Ad matrimonium requiritur ꝙ vnus coniugum alteri debitũ reddat.ſed hoc pertinet ad iuſtitiam. g̃ iuſtitia debet poni inter bona matrimonii. Pręterea. Ad matrimonium requiritur ꝙ ſit vnius. ſed hoc non pertinet ad aliquod trium quæ hic tanguntur.ergo inſufficiẽter enumerantur. Sed contra,Videtur ꝙ ſuperfluant: Vna enim virtus ſufficit ad vnius actus honeſtatem.ergo ſufficit ſola fides ad actũ matrimonii honeſtandum. Pręterea. Hæc tria bona ad matrimonium pertinent.ſed matrimonium eſt quoddam ſacramẽtum.ergo alia duo ſub ſacramẽto includuntur,& ſic ſuperflue apponuntur. Reſpon. Dicendum ꝙ matrimonium habet duplicem bonitatem.

In alio ſcript. vt hic.q.1.ar ti.2.0.4. contra.G. 78.ſ.1. Cor.7.li. co.3.

Vnam ſecundum ꝙ eſt in officium naturæ. Aliam ſecundum ꝙ eſt eccleſiæ ſacramentum. Primo modo, eius bonitas dependet ex duobus. ſ. ex debito fine, ad quē pertinet bonum prolis: Ad prolem enim ordinari debet ſicut ad vltimum finem: Ad ipſum ēt finem pertinet cōmunicatio operum inter virum, & vxorem, quā etiam matrimonii finem Philoſophus ponit, & ex ordinatione, vel bonitate ipſius, ſecundū ſe & ad hoc pertinet fides: Matrimonium enim cōſiſtit in mutua obligatione, quæ honeſta eſſe non poteſt, niſi fideliter vtrūq; ſeruetur. Bonitatem vero matrimonii, ſecundum ꝙ eſt eccleſiæ ſacramentum, oſtendit tertium quod apponitur. ſ. ſacramentum, & ſic patet quòd cōuenienter ponuntur tria bona matrimonii. ſ. fides, proles, & ſacramentum. Ad primū ergo dicendum ꝙ obiectio illa procedit ex ęquiuocatione fidei: Non enim accipitur hic fides, ſecundum ꝙ cōtra charitatem diuiditur, prout eſt virtus theologica, ſed prout eſt pars iuſtitię, & eſt idem ꝙ fidelitas. Ad ſecundū dicendum ꝙ ad fidem pertinet non ſolum ꝙ neuter coniugum alteri cōmiſceatur, ſed etiam ꝙ vnus alteri debitum reddat. Vtrūq; enim eſt iuſtitiæ. Ad tertium dicendum ꝙ vnitas illa quā obiectio tangit, pertinet ad fidē, vel etiam ad ſacramentum, quia non ſolum indiuiſibilitas, ſed etiā vnitas competit matrimonio, inquātū eſt ſignum coniunctionis Chriſti, & eccleſiæ. Ad quartum dicendum quòd vnus actus interdum ab vna virtute non ſufficienter honeſtatur quantum ad omnia quæ in ipſo ſunt, ſed quātum ad vnum tantum, ſicut actus caſtitatis honeſtatur, quantum ad debitū modum, per temperantiam, & quantū ad vltimum finem per charitatem: Et ſimiliter actus matrimonii indiget diuerſis honeſtātibus, quātum ad diuerſa. Ad quintum dicendnm ꝙ ſacramentum hic non dicitur ipſum matrimonium, ſed inſeparabilitas eius, quæ matrimonio competit ex ſua ſignificatione, qua ſignificat coniunctionem Chriſti, & eccleſiæ. Vel dicendum ꝙ quāuis matrimonium ſit ſacramentum, tamen ab alio habet ꝙ ſit ſacramentum, & ab alio ꝙ ſit in officium naturæ, propterea diuerſa bona matrimonio attribuuntur.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſacramentum nō ſit principalius inter cętera matrimonii bona. Finis. n. optimum eſt in vnoquoq;. ſed proles ē finis matrimonii. ergo bonum prolis inter cætera eſt principalius. Præterea. Gratia, & virtutes digniores ſunt ſacramētis, quia ſacramenta propter gratiā ſunt inſtituta. ſed fides eſt virtus. ergo eſt principalius bonum ꝙ̄ ſacramentum. Præterea. Ad ſacramentum pertinet indiuiſibilitas matrimonii, vt in litera dicitur. ſed aliquando eſt matrimonium, quod non habet inſeparabilitatem, ſicut cum aliquis poſt contractū matrimonium per verba de præſenti, ante carnalem copulam religionē intrat. ergo ſacramentum non eſt prīcipalius cęteris bonis matrimonii. Sed contra. Illud quod ponitur in diffinitione alicuius eſt maxime illi eſſentiale. ſed indiuiſio, quę ad ſacramentum pertinet, ponitur in diffinitiōe matrimonii, vt ſupra patuit. ergo ſacramentum eſt præcipuum inter matrimonii bona. Præterea. Ad Eph. 5. dicit Apoſtolus. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico, in Chriſto, & in eccleſia, & ſubintelligitur, magnum eſt. ergo illud eſt po-

In alio ſcript. vt hic, art. 3. o.

tiſſimum in matrimonio, quod Chriſti, & eccleſiæ coniunctionem figurat. ſed hoc pertinet ad bonum ſacramenti. ergo inter bona matrimonii præcipuum eſt ſacramentum. Reſpond. Dicẽdum ꝙ iſta bona matrimonii dupliciter poſſunt conſiderari. Vno modo ſecundum ſe. Alio modo in ſuis principiis. Primo modo, ſacramẽtum eſt principalius inter cętera matrimonii bona, tum ratione dignitatis, cũ pertineat ad gratiæ ſignificationem, alia vero duo ad naturæ officium, tũ ẽt rõne propinquitatis. Nã indiuiſibilitas, quã ſacrm importat, pertinet ad ipſam eſſentiã matrimonii, fides autẽ, & ꝓles ad mr̃imonii vſum. Scdo mõ fides, & proles ſunt magis mr̃imonio propinqua ſiue eſſẽtialia, cũ .ſ. proles accipitur ꝓ intentione prolis, & fides pro debito ſeruandi fidẽ: hęc.n. conſequũtur matrimonium, ſecundũ quęlibet ſuũ ſtatum, ſed tertium conſequitur ipſum, ſecundum ꝙ eſt eccleſiæ ſacramentum. Ad primum dicendum ꝙ finis matrimonii eſt proles, ſecũdũ ꝙ ordinatur in officium naturæ. Habet autem matrimonium ſuper hoc aliam digniorem conditionem quam exprimit ſacramentum, & ideo non oportet ꝙ proles ſit potiſſimum, quantum ad dignitatem, nec etiam ratione proximitatis, quia finis, & ſi ſit primum in intentione, exequutione tamen eſt vltimum, & remotum. Ad ſecundum dicendum ꝙ obiectio illa procedit de gratia, & virtutibus, quæ ſunt ſacramenti effectus, fides autem, de qua nunc loquimur non eſt huiuſmodi, ſed eſt vna de conditionibus ſacramenti. Ad tertium dicendum quod diſſolutio matrimonii per mortem ſpiritualem, vel corporalem, non repugnat matrimonii indiuiſibilitati, quia vinculum matrimonii eſt ſolum in vita præſenti.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ per huiuſmodi bona actus matrimonii non excuſetur: Sicut enim in actu generatiuæ eſt delectatio, ita in actu nutritiuę. ſed actus nutritiuæ nõ indiget aliquo honeſtãte. ergo nec actus generatiuę, qui eſt actus matrimonii. Præterea. Vna indebita circũſtantia totum actum vitiat, quęcũqꝫ honeſtæ conditiones apponantur. ſed hæc bona nõ poſſunt impedire quin in actu matrimonii ſit aliqua indebita circũſtantia, quia eſt ibi delectatio immoderata, quæ verecũdiam cauſat, & ſimiliter rationis ligamentum, vt in illo actu intelligere non poſſit, ſecundum Philoſophũ, nec ſpiritu prophetico tangi, ſecundum Hierony. ergo actus matrimonii per huiuſmodi bona nõ excuſatur. Præterea. Si iſtis bonis actus matrimonii excuſaretur, ſemper ſine iſtis eſſet peccatum. hoc autẽ videtur falſum, ſicut cum quis ad vxorem accedit ſolum inſtinctu naturæ, vel ad fornicationem vitandam, vel ad ſanitatem corporis conſeruandã, nullum videtur eſſe peccatum. ergo bonis prædictis actus matrimonii nõ excuſatur. Sed contra. Vbicũqꝫ eſt indulgentia, ibi eſt neceſſaria aliqua excuſationis ratio. ſed poſt peccatum, matrimonium conceditur ſecundum indulgentiam, vt patet primo ad Corin. 7. ergo oportet quòd per aliqua bona excuſetur. Præterea. Actus matrimonialis a fornicatione non differt, niſi per huiuſmodi bona. cum ergo in fornicatione ſit culpa, non autem in concubitu coniugali, videtur quòd actus matrimonii per huiuſmodi bona excuſetur. Reſpon. Dicendum ꝙ actus excuſari

In alio ſcrip. vt hic. art. 1o.

ſari dicitur per hoc quòd ei ſubtrahitur ratio culpæ, vñ accuſabilis eſſet ſi non ſubtraheretur, in toto ſiue in parte: quędam enim excuſant a toto, quædam a tanto. Ipſa autem carnalis copula, poſt peccatum, quandam turpitudinem habet ad genus culpæ pertinentem, inquantum ex peccato originali procedit propter inobedientiam quãdam inferioris partis ad rationem quam habet annexam. Vnde niſi huiuſmodi deformitas p aliquod bonum recompẽſaretur, carnalis copula abſq; culpa eſſe non poſſet. Recompenſatur autem per hmõi bona inquantum proles facit intentionem rectam, fides actionẽ iuſtam, ſacramentum Deo dicatam, & ideo actus matrimonii per bona prædicta a culpa excuſatur, & honeſtus redditur. Ad primum ergo dicendum ꝙ in actu nutritiuæ nõ eſt delectatio adeo vehemẽs, rationem totaliter ligans, ſicut in actu generatiuę, eo ꝙ generatiua eſt nõ ſolum in ſe corrupta, ſed etiã in effectu per peccatum originale, vnde actus nutritiuæ non habet turpitudinem; & per conſequens neq; erubeſcentiam quam habet actus generatiuæ. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſuperabundantia delectationis, quę culpa eſt, non attenditur ſolum ſecundũ intenſionem quantitatis, ſed ſecundũ ꝙ exceditur ordo rationis, qui per delectationem matrimonialis actus non exceditur, ſed ſeruatur. Quãuis enim actu ratio ligetur, vel impediatur, tamen nihil fit contra id quod habitu ratio tenet, ſed ſecundum ꝙ ratio pręordinauit: Nec eſt inconueniens, ꝙ actus rationis ad momentum impediatur propter aliqua alia bona. Ad tertium dicendum ꝙ ſemper in actu matrimonii aliquod peccatum incidit, niſi hac intentione fiat coniunctio, vt proles procreetur, quod pertinet ad bonum prolis, vel ſaltem vt debitum reddatur, quod pertinet ad bonum fidei, motus autem naturæ ſolius tendit in prolem habendam abſolute, quę intentio non eſt recta, niſi vlteriusreferatur in Deũ, ita quòd proles quęratur ad cultum Dei ſuſcipienda, & nutrienda. Vitatio vero fornicationis intenta, non excuſat a toto, quia aliter quis poteſt fornicationem vitare. ſ. penitus abſtinendo: Nõ enim totaliter excuſatur qui facit minus malum, vt vitet maius, ſi poſſit vtrũq; vitare. Similiter etiam nec ſanitas corporis intenta, quæ licet in ſe ſit finis bonus, non tamen eſt mãtrimonio cõgruus, ſicut nec baptiſmo.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſi quandoq; aliquis ex libidine ad vxorẽ accedat, præter prædicta matrimonii bona, mortaliter peccet. Conſenſus enim in delectationem eſt peccatũ mortale. ſed quicũq; cognoſcit vxorẽ cauſa delectationis conſentit in delectationem. ergo peccat mortaliter. Præterea. Qui acciperet baptiſmum principaliter propter lucra acquirenda, mortaliter peccaret. ſed non eſt minus turpis finis delectatio libidinoſa, ꝗ acquiſitio temporalium rerum. cum ergo matrimonium ſit ſacramentum, ſicut baptiſmus, videtur ꝙ quicũq; vtitur matrimonio cognoſcendo vxorẽ cauſa libidinoſæ delectationis, mortaliter peccet. Præterea. Nullus arcetur ab introitu eccleſiæ, niſi excommunicatus, nec aliquis excommunicatur iuſte, niſi pro peccato mortali. cognoſcens autem vxorem ex ſola libidine arcetur ab introitu eccleſię, vt in litera dicitur. ergo mortal'r peccat. Sed contra eſt quod dicit Aug, ꝙ ta

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 3. o.

lis concubitus ponitur inter peccata
quotidiana, pro quibus dicitur, pater
noſter. hęc autem ſunt venialia pecca
ta. ergo cognoſcere vxorem cauſa li
bidinis, non eſt peccatum mortale.
Præterea. Delectari in re ſua, non fa
cit peccatum mortale. ſed cognoſcẽs
vxorem cauſa delectationis, quærit
delectationem in re ſua. ergo nõ pec
cat mortaliter. Reſpon. Dicen
dum ꝙ libido dupliciter poteſt moue
re ad actum matrimonii. Vno modo
ſingulariter, quando. ſ. ita delectatio
nem quærit, vt nullum reſpectum ad
matrimonium habeat, ſed accedit ad
vxorem ſicut ad aliam, ad quã nõ mi
nus libenter accederet, & talis motus
eſt directe contra bona matrimonii.
Vnde conſtat ꝙ mortaliter peccat: Et
talis dicitur ardẽtior amator vxoris,
quia talis ardor limites matrimonii
tranſit. Alio modo mouet libido nõ
ſingulariter, ſed cum matrimonii con
ſideratiõe, cum aliquis quærit in vxo
re delectationem quam in ea nõ quæ
reret ſi vxor non eſſet. Talis aũt libi
dinis motus non eſt contra bona ma
trimonii, ſed præter ea. Vnde talis nõ
peccat mortaliter, ſed venialiter.
Ad primum ergo dicendum ꝙ cõſen
ſus in delectationem eſt mortale pec
catum, non in quãcunqꝫ, ſed in illam
quæ conſequitur actum peccati mor
talis. In talem autem delectationem
non ſemper conſentit vir cauſa libidi
nis vxorem cognoſcens. Ad ſecun
dum dicendum ꝙ baptiſmus ſingula
riter eſt inſtitutus ad ſpiritualem ſalu
tem: vnde quicũqꝫ alium finem princi
palem conſtituit, mortaliter peccat.
Sed matrimonium inſtitutum eſt etiã
in remedium, & ideo non omnino ex
tra intentionẽ matrimonii effertur
qui ſuæ libidini quærit ſatisfacere in
vxore. Ad tertium dicendũ quod
non arcetur ab ingreſſu eccleſiæ, qua
ſi excommunicatus, ſed quia eſt inep
tus ad ſpiritualiũ contẽplationem.

Diſtin. Trigeſimaſecunda.

Sciendum eſt ꝙ cũ

in omnibus &c.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrũ in redditione debiti vir
& vxor ſint æquales.
Secundo vtrũ ex neceſſitate pręcepti
vnus coniugũ alteri debitũ redde
re teneatur.
Tertio vtrũ hoc debitũ impediat ne
vnus coniugũ continẽtię votũ poſ
ſit emittere abſqꝫ cõſenſu alterius.
Quarto vtrũ tempus ſacrum reddi
tionem impediat.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & In alio
videtur ꝙ in redditione debi ſcript. vt
ti nõ ſint ęquales, vir, & vxor: hic, art. 3.
quia propter quod vnũqdqꝫ, o.
& illud magis. ſed mulier facta ẽ prop
ter virũ, vt patet Gen. 2. Faciamus
ei adiutoriũ ſimile ſibi. ergo etiã in
carnali opere, vir eſt principalior.
Præterea. Per carnalẽ copulã pro
les generatur. ſed proles principalius
eſt a patre, ꝙ̃ a matre: nam pater dat
formã, & mater materiam, ſecundum
Philoſophum in lib. de animalibus.
ergo in carnali copula vir principa
lior eſt. Præterea. Matrimonium
quantum ad carnalẽ copulam ſignifi
cat coniunctionem Chriſti ad eccle
ſiam, per carnis conformitatem. ſed
in hac coniunctione Chriſtus eſt prin
cipalior, ꝙ̃ eccleſia. ergo & vir, quàm
vxor. Sed contra eſt ꝙ mulier non
eſt formata de capite viri, ne domina
reputaretur, neqꝫ de pedibus, ne vi
deatur

deatur ancilla,ſed de latere, vt ſocia habeatur,vt in ſecundo libro habitũ eſt.ergo ſaltẽ in his quæ ad matrimonium ſpectant,vir & mulier ſũt ęquales. Præterea. Vnitas eſt cauſa ęqualitatis.ſed in carnali opere vir & mulier vniuntur, vt dicitur Geñ.2. Erunt duo in carne vna.ergo &c.

Reſpond. Dicendum ꝙ actus matrimonialis poteſt conſiderari quantum ad duo:videlicet quãtum ad modum agendi,& quãtum ad poteſtatem. Primo modo vir & mulier in actu matrimoniali non ſunt pares: Viro enim nobilior cõpetit modus, cum vir ſit agens in generatione, fęmina vero patiens. Sed quãtum ad ſecundum, vir & mulier ſunt pares quia ſicut vir nõ habet poteſtatẽ ſui corporis,ſed mulier,ita nec ecõuerſo, vt patet primæ ad Cor.7.Quantum vero ad diſpenſationem domus,& familiæ,vir ſimpliciter vxori prefertur,vt caput corpori. Ad primum dicendum ꝙ ratio illa procedit ſm primũ modum: Nã patiens eſt propter agentem, & non econuerſo: Et ſimiliter dicendum ad ſecundum:Nam forma eſt in generato ex agente,ſed materia ex patiente. Ad tertium dicendum ꝙ ſignificatio illa accipitur ſecundum ſimilitudinem vnionis,non poteſtatis. Sicut enim vir,& mulier carnaliter vniuntur,ita Chriſtus eccleſię ẽſt vnitus per conformitatem carnalis naturæ. Nõ tamen eccleſia accepit aliquam poteſtatem in Chriſtum ſicut vxor in virum,ſed econuerſo, & ideo non eſt ſimile.

2a 2ę.q. 32.art.8. ad ſecũdũ 1.Cor.7.l. 1.co.3.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, art.1.o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non ſemper vnus coniugum teneatur debitum reddere poſcenti.Nullus eñi tenetur facere hoc quod eſt in præiudiciũ propriæ ſalutis,vel corporalis,vel ſpiritualis. ſed reddere debitum vxori,quandoq; eſt noxium ſaluti corporali, vel rõne infirmitatis,vel ratiõe ſolutionis iam factę,& ſimiliter ſpirituali,quia ille q̃ vxori debitum reddit non poteſt carnes agni edere,vt Hierony.dicit.ergo non de neceſſitate tenetur vir ad debitum reddendum. Præterea. Redditio debiti nõ debet bono prolis cõtrariari, ad quod principaliter ordinatur.ſed redditio debiti quãdoq; ordinatur in malum prolis,vt patet in cõmixtione leproſorum ex quibus leproſi filii generantur. ergo non ſemper tenetur vir vxori debitum reddere,& econuerſo. Pręterea. Vxori debetur carnalis coniunctio, non ſolum quando petit,ſed etiam quando non petit.ſi ergo ex neceſſitate pręcepti vxori vir debitum reddere teneatur,videtur ꝙ ſemper teneatur, quod eſt falſum. Sed contra eſt quod habetur Rom.13. Reddite omnibus debita.ſi ergo carnalis cõiunctio eſt vxori debita, videtur ꝙ ſit ei reddenda. Præterea. Quicunq; non reddit alteri quod debet,eſt iniuſtus alienæ rei detentor.ſed hoc eſt cõtra pręceptũ. ergo reddere debitum coniugi cadit ſub præcepto. Reſpon. Dicendũ ꝙ ſicut generatiua ordinatur ad conſeruationem ſpeciei,ita nutritiua ad conſeruationem indiuidui. Vnde,ſicut generatiua nutritiuam pręſupponit,ita debitum,qd aliquis debet vxori,& ordinatur ad conſeruationẽ ſpeciei,præſupponit debitum quod aliquis ſibiipſi debet, & ad conſeruationem indiuidui ordinatur. Cõiunx ergo debitum carnalis coniunctionis tenetur reddere,ſalua tamen incolumitate propriæ perſonæ:reddere eñ debitum actus iuſtitię eſt,qui ſub pręcepto cadit. Ad primum ergo di

ct

cendum ꝙ quando redditio debiti in periculum ſalutis corporalis vergit, tunc per impotẽtiam excuſatur. Sed notandum ꝙ hæc impotentia, ſi conſequatur ex matrimonio, vel aliqua licita cauſa, vir non tenetur reddere, nec mulier poteſt exigere, alias magis ſe meretricem, q̃ vxorem demonſtraret. Si vero impotentia ſit ex cauſa illicita, videtur ꝙ aliquo modo peccatum vxoris, ſi per ſubtractionem debiti fornicetur, in virum redũdet. vnde vir tenetur operam dare vt vxor contineat. Non poteſt autem in detrimẽtum ſpiritualis ſalutis redditio debiti vergere, quãuis per huiuſmodi actũ aliquis ineptus ad ſpiritualia reddatur, quia hoc non eſt ratione peccati, ſed ratione carnalis paſſionis. Ad ſecundum dicendum quòd quãuis lepra parentis in prolem redundet,

i.Cor.7.l. 3.co.2.

non tamen propter hoc abſoluitur coniux a debito reddendo, quia melius eſt ꝓli ſic eſſe, q̃ penitus non eſſe. Ex redditione etiam debiti non de facili coniux inficitur ex lepra alterius, ſicut inficeretur ex cohabitatione, & ideo tenetur vxor viro leproſo debitum reddere, ſed non cohabitare, & econuerſo. Ad tertium dicendum ꝙ vir vxori debitum reddere tenetur, non ſolum qundo verbis expreſſe petit, ſed etiam quãdo alia ſigna expreſſa apparent in vxore ꝙ velit ſibi debitum reddi, quãuis propter verecũdiã expreſſe non petat, quæ magis in vxore q̃ in viro eſſe conſueuit: tunc enim eſt petitio interpretata.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic, art. 4. o.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ vnus coniugũ poſſit votum emittere abſq; conſenſu alterius, contra matrimonii actum: De quolibet enim præſumendum eſt bonũ, niſi probetur contrarium. Sed hoc eſt bonum ꝙ vnus coniugum alteri volenti continentiam ſeruare præbeat aſſenſum, & contrarium videtur eſſe peccatum in Spiritumſanctum dum profeſſus ſpiritualis impeditur. ergo vnus coniugum poteſt continentiam vouere ſine cõſenſu alterius, dũmodo nõ appareat manifeſtus diſſenſus. Præterea. Licitum eſt viro, vxore prohibente, accipere crucem in ſubſidiũ terræ ſanctæ. ſed huiuſmodi voto redditio debiti impeditur, ſicut & per votum continentiæ. ergo pari ratione, licet viro continentiam vouere, vxore prohibente. Præterea. Seruire Deo eſt magis debitum q̃ ſeruire homini. ſed homo poteſt impediri a debito reddendo vxori propter ſeruitium hominis, vtputa cum dominus tẽporalis virum in ſuis miniſteriis occupat. ergo multo fortius per votũ licet ſe diuino ſeruitio mancipare, nõ obſtante debito coniugali. Sed cõtra eſt quod dicitur primę Cor. 7. Non fraudetis inuicem, niſi ex cõmuni cõſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. Pręterea. Seruus non poteſt facere votum abſq; domini conſenſu. ſed per matrimonium vnus coniugũ ſeruus ſit alterius, q̃tum ad redditionem debiti carnalis. ergo in præiudicium huius debiti vnus coniugum non poteſt votum emittere abſq; conſenſu alterius. Reſpond. Dicendum ꝙ ea quæ vouentur reddi debent ſecundum illud Pſal. 75. Vouete, & reddite domino Deo veſtro. Illa ergo, quæ dari non poſſunt, voueri non debent. Quod autem eſt alicui obligatũ; non poteſt dari, abſq; eius conſenſu. Vnde, cum vir per matrimonium ſit obligatus vxori ad debitum reddendũ, & econuerſo, non poteſt vnus abſq; conſenſu alterius votum continentiæ emitere, vel quodcũq; aliud in præiudiciũ

dicium prędicti debiti. Ad primū dicēdum ꝙ de quolibet debemus præſumere bonum, ad quod de neceſſitate tenetur. Coniux autem nō tenetur velle continentiam ſeruare, cum hoc ſit in conſilio, & per conſequens nec coniugis cōtinentiam acceptare, nec peccat profeſſum ſpiritualem coniugis impediēs, qui in ſuum præiudiciū redundaret. Ad ſecundum dicendum ꝙ per votum terrę ſanctæ nō totaliter impeditur redditio debiti, qa mulier poteſt virum ſequi, non tamē ecōuerſo poteſt vxor huiuſmodi votum emittere abſq; conſenſu viri, qa vir caput eſt mulieris, vnde non tenetur vxorem ſequi, ſed econueſo. Ad tertium dicendum ꝙ mulier accepit poteſtatem in corpore viri ſaluis viis in quibus aliis tenetur, quæ tamen nō ſunt talia, vt ſimpliciter actum matrimonialem impediant.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic, ar. 5. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ tēpus ſacrum matrimonialem actum non impediat. Mrīmonium enim eſt ordinatum in remediū concupiſcentiæ. ſed concupiſcentia poteſt fieri in tempore ſacro, ſicut & in alio tempore ergo matrimonialis actus non impeditur propter temporis ſanctitatem. Præterea. Si matrimonialis actus propter tempus ſacrum impeditur, videtur pariter eſſe illicitum petere, & reddere debitum: quia peccantes, & cōſentientes ſimul puniuntur, vt patet Rom. 1. ſed ſacrū tempus non poteſt impedire quin debitum reddatur: hoc. n. eēt cōtra præceptum Apoſto. 1. ad Cor. 7. Nolite fraudare &c. ergo nec etiam tempus ſacrum impedire poteſt debiti petitionem. Præterea. Si ſacrum tempus impediat matrimonialē actum, hoc non eſt, niſi propter eccleſiæ pręceptum. ſed facere contra præceptū eccleſię eſt pctm̄ mortale. ergo ſequeretur ꝙ petētes debitum in tēpore ſacro peccarent mortaliter, quod videtur nimis graue. Præterea. Matrimonium quoddam ſacramentum eſt. ſed tempus ſacrum non repugnat celebrationi ſacramentorū, ergo nec celebratio nuptiarum eſt interdicenda propter aliquod tēpus ſacrum, & præcipue quando debitum reddere licet. Sed contra eſt quod dicitur Eccle. 3. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Pręterea. Sicut ſunt aliqua loca ſacra diuino cultui mancipata, ita & aliqua tempora. ſed in locis ſacris matrimonialis actus exerceri non debet. ergo nec in temporibus ſacris. Reſpon. Dicēdum ꝙ ex præcepto iuris naturalis tenetur homo ad hoc ꝙ aliquando rebus diuinis vacet, vt patet ex tertio pręcepto decalogi. Sed determinatio temporis ad quod quis tenetur depēdet ex iure poſitiuo, ſiue ſit diuinitus inſtitutū, ſicut obſeruatio ſabbati in veteri lege, ſiue ab homine, ſicut feſta quæ eccleſia inſtituit celebrāda. Quia ergo carnalis copula a ſpiritualibus abſtrahit, in temporibus ſacris ab actu matrimonii eſt abſtinendum, non ſolum in ipſa hora quando diuinum officium celebratur, ſed etiā tota die, quia carnalis copula, nō ſolum dum agitur ineptum ad ſpiritualia reddit, ſed etiam poſtea. Ad primum ergo dicendum ꝙ temporibus ſacris poſſunt aliqua remedia adhiberi ad concupiſcentiam reprimendam, q̄ copula carnalis, ſicut oratio, meditatio, & alia huiuſmodi. Ad ſecundum dicē dum ꝙ in tempore ſacro abſq; peccato poſcēti debitum redditur, non tamen petitur abſq; peccato: qui enim reddit inuitus, non conſentit, ſed co

gitur, nec fractor præcepti, quia damnum illius horæ poteſt aliis horis recompenſari, vt diuinis vacetur: Eſt.n. ſalubriter inſtitutum, vt quolibet tēpore debitum reddatur petenti, ad vitandum occaſiones peccati. Ad tertium dicendum quòd petens debitum in tempore ſacro, ſi petat ex contemptu, mortaliter peccat. Si autem ex puſillanimitate timens ſibi de lubrico carnis, non peccat mortaliter, cum tempus ſacrum non ſit circūſtantia trahens in aliquod genus peccati, & ita non aggrauat in infinitum. Ad quartum dicēdum ꝙ in celebratione nuptiarum mentes contrahentiū magis ad carnalia occupantur, & quædā ſigna diſſolutæ letitiæ ſolent oſtendi, ideo ſtatutum eſt vt tribus temporibus nuptiæ non celebrentur, in quibus ſe debent homines ad ſpiritualia præparare. Quorum primum eſt ab aduentu vſq; ad epiphaniam propter cōmunionem in natiuitate: Secundū a ſeptuageſima vſq; ad octauam paſchę, propter cōmunionem paſchalem. Tertiū a tribus diebus ante aſcēſionem vſq; ad octauam pentecoſtes. His.n.tēporibus tribus ſecundum antiquos canones, tenebantur cōmunicare fideles, nec eſt ſimile de aliis ſacramentis, quę ſunt omnino ſpiritualia.

Diſtin. Trigeſimatertia.

Quæritur hic de antiquis patribus &c.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrum habere plures vxores ſit contra legem naturæ.
Secundo vtrum habere cōcubinam.
Tertio vtrum vxorem repudiare.
Quarto vtrum virginitas ſit virtus.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ habere plures vxores non ſit contra legē naturæ: Lex .n. naturæ oī tpe obligat. ſed aliquo tpe licuit plures vxores habere, vt in litera dr̄, nec pōt dici ꝙ hoc fuit per aliquā diſpēſationē, cū ſup hoc, nec diſpēſatio, nec diſpenſatiōis reuocatio facta legatur. ģ plures vxores habere nō eſt cōtra legē naturæ. Præt. Matrimonium ad legē naturæ pertinet, ſecundū ꝙ in officium naturæ eſt. ſic autem nō repugnat matrimonio plures vxores habere, quia vnus vir poteſt plures fœminas fœcundare: vnde & in quibuſdā animalibus vnus mas plures fœminas habet. ergo habere plures vxores nō eſt contra legem naturæ. Præterea. Omne quod eſt contra legem naturæ, eſt contra præceptum, cui conſuetudo non pręiudicat. Sed, ſicut dicit Auguſt. & habetur in litera, habere plures non erat cōntra præceptum, & peccatum nō erat quando mos erat. ergo habere plures vxores non eſt contra legem naturæ. Sed cōtra. Vir, & mulier in matrimonio ad paria obligantur. ſed contra legem naturæ eſt ꝙ vna mulier hēat plures viros, quod oſtendit naturalis zelus viri nolens habere conſortium in vxore. ergo contra legem naturæ eſt ꝙ vnus vir habeat plures vxores. Præterea. Contra legem naturæ eſt ꝙ aliquis rem vnius alteri tradat. ſed quando aliquis cum vna contrahit, tradit ei ſui corporis poteſtatem. ergo contra legem naturę eſt vt, ea viuente, cum alia matrimoniū contrahat. Reſpond. Dicendum ꝙ aliquid poteſt contra legem naturæ eſſe dupliciter. Vno modo quia repugnat naturæ hominis, ex qua eſt animal, ſicut vitium ſodomiticum eſt cōtra

In alio ſcrip. vt hic. 3. cō. c. 124. et lib. 4. c. 78. fin. Eſa. 4. cō. 1.

tra naturam, per quod prolis generatio impeditur, a natura omnium animalium intenta, & ſic non eſt contra legem naturæ, ꝙ vnus vir habeat plures vxores. eſt autem contra legem naturæ ꝙ vna vxor habeat plures viros: vnus enim poteſt plures fęcundare, non autem fœcundari vna a pluribus. Alio modo dicitur aliquid eſſe contra legem naturæ, quia eſt contra naturam hominis, ex qua eſt homo. ſ. contra rationem, ſicut furtum eſt contra legem naturæ, inquantum ꝗ. ſ. aliquid fit, cui rō naturaliter repugnat. Repugnat autem aliquid rationi dupliciter. Vno modo ſicut id cum quo nullo modo poteſt ſtare bonū rationis, ſicut furtum, homicidium, & huiuſmodi. Alio modo ſicut id cum quo poteſt aliqualiter ſtare bonum, quod ratio intendit, ſed tamen cum aliqua difficultate, vel incommoditate, & ſic habere plures vxores eſt contra legē naturæ: intendit enim naturalis ratio in homine, non ſolum procreationē prolis, ſed ēt cōicationem in vita, quę nō poteſt defacili eſſe pacifica, ſi vnus vir habeat plures vxores. Ad primum ergo dicendū ꝙ id quod eſt contra legem naturæ, ſicut exiſtens contrarium naturæ generis, vel totaliter bonum rationis excludens, nullo poteſt tempore licere. Quod autem eſt contra legem naturæ, vtpote difficultatem faciens in obtinendo rationis bono, poteſt per diſpenſationē ſuperioris fieri licitum, aliqua neceſſaria cauſa exiſtente. Lex autem matrimonii eſt a ſolo Deo, per cuius diſpēſationem ſanctorum patrum mentibus inſpiratam, & eorum exemplis deriuatam ad alios, licuit aliquādo plures vxores habere, illo. ſ. tēpore quo genus humanū, & cultus diuinus carnali multiplicatione indigebant, ꝗđ non eſt tempore gratiæ, quando cultus diuinus ſpiritualiter multiplicatur. Ad ſecundum dicendum ꝙ ratio illa procedit primo modo. Ad tertium dicendum ꝙ ideo dicit Aug. ꝙ non erat contra præceptum legis naturæ, quia pro illo tpe non obligabat, & ideo non eſt mirum ſi conſuetudo in hoc prȩualebat, ex diuina diſpēſatione originem habens. Ad quartum patet reſponſio ex dictis, ꝙ non eſt ſimile de viro, & vxore. Ad quintum dicendum ꝙ ratio illa procedit ad probandum ꝙ pluralitas vxorum totaliter bonum ratiōis excluderet, ſi vxor haberet talem in viri corpore poteſtatem, ꝙ ſemper, & continue ei debitum reddere teneretur.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ habere concubinā nō ſit contra legem naturæ: Quicquid enim eſt contra legem naturæ, eſt peccatum mortale. ſed accedere, ad concubinam non eſt peccatū mortale, quod patet ex hoc ꝙ Iudas, qui horruit ſimplex mendacium, nō horruit ſimplicem fornicationem, vt patet Geñ. 38. ğ accedere ad concubinā non eſt contra legem naturę. Prȩterea. Non eſt credendum ꝙ Abraham, & Iacob aliquid contra legē naturæ fecerint. habuerunt autem cōcubinas, vt in Geñ. legitur. ergo non eſt contra legem naturæ. Præterea. Vti re ſua, non eſt contra legem naturæ. ſed ancilla eſt res domini. ſi ergo dñs ſuus vtatur ea vt cōcubina, nō eſt contra legem naturæ. Sed cōtra. Matrimonium eſt naturale, vt patet etiam per Philoſophum in. 8. ethic. hoc autem non eſſet, ſi ſine præiudicio legis naturæ vir poſſet cōiūgi mulieri, præter matrimonium. ergo con

In alio ſcript. vt hic, art. 3. o. Pa ſę. q. 154. ar. 2. o. 3. cō. c. 122. Ma. q. 15. art. 1. & 2. o.

tra legem naturæ eſt concubinam habere. Præterea. Præcepta decalogi ad legem naturæ pertinent. ſed accedere ad concubinam eſt contra hoc præceptum decalogi, Nō mechaberis, vt in. 3. lib. dictum eſt. ergo habere concubinam eſt cōtra legem naturæ. Rñ. Dicendū ꝙ hēre cōcubinā eſt cōtra legē naturæ, quia contrariatur bono qd natura intēdit ex carnali cōiunctiōe in oībus aīalibus: Intēdit. n. natura, non ſolum prolis generationē, ſed etiam educationem, quæ ſi non poſſit fieri ab vno generantiū ſufficienter, requiritur ꝙ ambo commaneant ad prolis educationem, vt etiam in quibuſdam animalibus patet. Homo autem ſuper hoc indiget a parentibus inſtrui, quod longum tempus requirit. Vnde accedere ad mulierem quācūq; indifferenter, ſine aliquo vinculo cum ea cōmorandi, eſt cōtra legem naturæ. Ad primum dicendū ꝙ cum concubitus fornicarius ſit cōtra fœdus ſocietatis inter parentes & prolem, eſt contra charitatem, & ideo pctm̄ mortale eſt: Nec oportet Iudā a peccato mortali excuſare, qui in venditionem fratris conſenſit: magis tamen horruit mēdaciuni ꝙ̄ fornicationem, propter fidei fractionem. Ad ſcm dicendum ꝙ Abrahā, & Iacob habuerunt concubinas, quas vxorio affectu cognoſcebant: erāt. n. q̄tum ad aliquid vxores. ſ. q̄tū ad actū mr̄imonialem, & q̄tū ad aliquid concubinæ. ſ. quantum ad diſpenſationem familiæ, inquantum non habebant dominium, ſed erāt ancillæ: hoc enim cum non eſſet contra principale matrimonii bonum, diſpenſationē recipiebat. Vnde & in ſcriptura dicuntur aliquādo vxores, aliquando concubinæ.

1. Cor. 6. l. 3. o.. 1. Theſ. 4. l. 1. co. 2. & 3.

Ad tertium dicendum ꝙ licet ancilla ſit res domini, quātum ad miniſteriū, non tñ quātū ad concubitū: vñ accedēdo ad cōcubinā accedit ad nō ſuā.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ repudiare vxorem non ſit contra legem naturæ: Lex. n. Moiſi legi naturæ non fuit cōtraria. ſed lex Moiſi libellum repudii permiſit, nec hoc eſſe malum oſtdit, vel ipſe legiſlator, vel aliquis prophetarum. ergo repudiare vxorem non eſt contra legē naturæ. Præt. Sacra non ſunt de lege naturæ, vñ nec matrimoniū, ſm ꝙ eſt ſacrm, ſed ſecundū ꝙ eſt naturæ officium. inſeparabilitas autē matrimonio competit ſecundum ꝙ eſt eccleſiæ ſacramentum, non autem ſecundum ꝙ eſt naturæ officium, cum frequenter bonum prolis, quod natura intendit, per hoc impediatur, quia aliquis vir non poteſt ex aliqua vxore generare, qui generaret ex alia. ergo repudiare vxorem, non eſt contra legem naturæ. Præterea. Agar aliquo modo vxor fuit Abrahæ, vt dictum eſt, & tamen Abraham eam eiecit, vt habetur Geñ. 21. ergo repudiare vxorem non eſt contra legem naturæ, alias Abraham hoc minime feciſſet. Sed contra. De lege naturæ eſt, vt quod Deus coniunxit, homo nō ſeparet. ſed per hoc probatur matrimonii inſeparabilitas, Matth. 19. ergo contra legem naturæ eſt vxorem dimittere. Præterea. Naturæ modus, & intentio præcipue in inſtitutione ipſius oſtendi debuit. ſed in principio inſtitutionis humanæ naturæ fuit inſeparabilitas matrimonii demōſtrata per hoc quod dicitur Geñ. 2. Adhærebit vxori ſuæ. ergo inſeparabilitas matrimonii eſt de lege naturæ. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut habere cōcubinam eſt contra legem naturæ, ita repudiare vxorem: Parentes enim nō ſolum

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. 3. cō. c. 123. & l. 4. c. 78.

ſolum debent educationi filiorũ inſiſtere,ſecundum aliquod tempus, ſed etiam toto tempore vitæ ſuę:vnde filiis omnia theſaurizant: Et ideo lex naturæ requirit vt vir, & mulier per totum tempus cõmaneant. Sed ſciendum eſt ꝙ ſicut contra bonum rationis aliquid eſt,quod totaliter bonum rationis excludit, & hoc diſpenſationem non recipit,aliquid vero eſt qđ bonum rationis impedit, etſi non totaliter tollat,& hoc recipit diſpenſationem a legis authore, ita bonum, quod natura intendit, per aliquid totaliter tollitur,ſicut per innaturalem concubitum,& hoc diſpenſationẽ nõ recipit: per aliquid vero aliqualiter impeditur,& hoc diſpenſationem recipit,& ſic non eſt contra naturam repudium vxoris:quia etiam, hoc poſito,filii ſuſtentari poſſunt, licet nõ ita conuenienter,& ideo hoc diſpenſationẽ habere potuit a Deo qui eſt legis matrimonii author. Ad primum ergo dicendum,ꝙ de libello repudii in lege permiſſo eſt duplex opinio: Quidam enim dicũt ꝙ illa permiſſio excuſabat a pęna temporali per legẽ infligenda,non autem a culpa. Aliis videtur etiam ꝙ diuina authoritate talis permiſſio a culpa excuſaret. Vnde ſecundum primam opinionem,nõ poterat vxor dimiſſa alii nubere poterat vero,iuxtam ſecundam opinionem. Ratio vero permiſſionis fuit vitatio vxoricidii,ad quod ꝓni erant propter iraſcibilis corruptionem, ſicut fęnerari extraneis fuit eis permiſſum propter corruptionem concupiſcibilis,& ſacrificium zelotipiæ,pp rationis corruptionem. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſeparabilitas matrimonii totaliter excludit eius ſignificationem,ſecundum ꝙ eſt ſacramentum inſeparabilis vnionis Chriſti,& eccleſię, non autem totaliter tollit bonum intentum a natura,quãuis illud impediat,& ideo maxime eſt contra matrimonium,inquantum eſt ſacramentũ, licet non ſit contra ipſum aliquo modo,inquãtum eſt in naturæ officium, Nec obſtat ꝙ in quibuſdam per hoc bonum prolis impediri videtur: quia in legibus matrimonii attenditur qđ hoibus expediat,non quid competat vni tm̃. Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ Abrahã eiecit Agar, ex diſpenſatione diuina.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ virginitas non ſit virtus:Omnis enim virtus conſiſtit ſolum in mente.ſed virginitas cõſiſtit etiam in carne.ergo non eſt virtus. *In alio ſcript. vt hic.q.3.arti.2.o. 2a 2ę.q.152 ar.3.o.* Præterea. Nulla virtus repugnat præcepto legis naturalis.virginitas autem repugnat illi naturalis legis præcepto,quod habetur Gen̄.1.Creſcite,& multiplicamini,&c.ergo non eſt virtus. Pręterea. Omnis virtus conſiſtit in medio. ſed virginitas conſiſtit in extremo:quia abſtinet ab omni.ergo virginitas non eſt virtus, ſed magis vitium. Sed contra eſt quod dicit Amb.in lib.de virgi.Iuuitat virginitatis amor, vt aliquid de virginitate dicamus, quæ principalis eſt virtus. Præterea. Pręmium non debetur niſi virtuti. virginitati autem debetur pręmium.ſ. fructus cẽteſimus,vt patet Matth.13. iuxta ſanctorum expoſitionem.ergo virginitas eſt virtus. Reſpond. Dicendum ꝙ virginitas virtus eſt:Nec tamen nomine virginitatis ſola virtus deſignatur, ſed cum virtute quoddam accidens eius,ſiue ſtatus aliquis ipſius:ſignificat enim virginitatis nomen virtutem cõtinentiæ,quæ nunquã in actum carnalis cõmixtionis proceſſit, cum propoſito perpetuo conſeruandi huiuſ- *pria 2ę.q.64.art.1. ad ter. 2a 2ę.q.155.ar.1.c.*

modi ſtatum. Alias virginitas non haberet rationem virtutis, ſicut patet in iis qui nondum contraxerunt, habent tamen propoſitum contrahendi, vel etiam fornicandi: Et hoc eſt quod Augu. dicit, ꝙ virginitas eſt in carne corruptibili, incorruptionis ꝑpetua meditatio. Ad primum ergo dicendum ꝙ virginitas eſſentialiter conſiſtit in mente, ſed materiam ſuam habet in carne. Vnde virginitati non fit præiudicium, ſi omnino præter conſenſum mentis caro corrumpatur. Et inde eſt ꝙ Lucia dixit. Non inquinatur corpus, niſi de conſenſu mentis. Ad tertium dicendum ꝙ omnis virtus requirit tempus opportunum, ſicut & cęteras circũſtantias debitas. Vnde virginitas obſeruata pro illo tempore in quo ad contractum præceptum legis naturalis non obligat, virtutis rationem habet, alias non: dictum enim eſt ſupra quod præceptum de multiplicatione ſeminis non obligat ſemper, & omni tempore. Ad tertium dicẽdum ꝙ medium virtutis non accipitur ſecundum quantitatem, cum aliqua virtus ſit quæ maximũ in ſua materia opatur ſicut magnificentia, vel magnanimitas. Sed medium virtutis attenditur ſecũdum rationem rectã, vt ſ. actus virtutis fiat illis circũſtantiis adhibitis quæ ratio recta determinat, alias non, & ſic virginitas in medio eſt, ſi obſeruetur quando debet, & prout debet, & a quo debet, & ſic de aliis.

Diſt. Trigeſimaquar. & Trigeſimaqn.

Nunc ſupereſt attẽdere.

Quæſtio vnica.

Circa hanc diſtinctionem, & ſequentẽ quæruntur quatuor.

Primo vtrum matrimonio conueniẽter aſſignentur impedimenta.

Secundo vtrum aliqua corporalis infirmitas, vtputa, frigiditas, vel aliquid huiuſmodi, ſit matrimonii impedimentum.

Tertio vtrum aliquod crimen.

Quarto vtrum liceat vxorem dimittere ob cauſam fornicationis.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ matrimonio ĩpedimenta aſſignari non debeant: Matrimonium enim eſt inſtitutum in remediũ concupiſcentiæ carnalis. ſed hęc eſt in omnibus. ergo nulla ꝑſona debet impediri a contractu matrimonii. Præterea. Matrimonium inter alia ſacramenta eſt minus perfectum. ſed aliis ſacramentis non aſſignantur impedimenta. ergo nec matrimonio debent aſſignari. Pręterea. Matrimonium eſt de lege naturæ. ſi ergo impedimẽtum aliquod matrimonio aſſignatur, oportet ꝙ ſit de lege naturæ. huiuſmodi autem ſunt eodem modo apud omnes. ergo non debent aſſignari matrimonio impedimenta quę apud oẽs non ſil'r impediunt, ſicut cõſanguinitas, & affinitas, & alia huiuſmodi. Sed contra. Poſito impedimento res poni nõ poteſt, cum nihil impediatur niſi per ſuum oppoſitũ. nõ ergo debent poni matrimonii impedimenta, niſi illa quę faciunt perſonas ſimpliciter illegitimas ad contrahendum. hæc autem non ſolum impediunt ad contrahẽdum, ſed etiam dirimunt contractum. ergo cũ ſint multa huiuſmodi, & impedientia ad contrahendum, & dirimẽtia iam contractum, ſequitur ꝙ matrimonio ſint aſſignanda ſimpliciter multa impedimẽta. Præterea. Matrimonium eſt quoddam

In alio ſcript. vt hic.

quoddam bonum. ſed infinitis modis contingit bonum aliquod impediri. ergo impedimenta matrimonii poſſunt eſſe infinita, & non debent ad aliquem certum numerum reduci. Reſpon. Dicendum ꝙ matrimonium impediri poteſt dupliciter. Vno modo per aliquid quod contrariatur ſacramenti ſolẽnitati, & huiuſmodi impedimenta impediunt contrahendũ, ſed non dirimunt contractum, & ſunt duo. ſ. prohibitio eccleſiæ, & tempus feriatum. Vndę verſus. Eccleſiæ vetitum, nec non tempus feriatum. Impediunt fieri, permittunt iuncta teneri. Alio modo matrimonium impeditur per aliquid quod eſt contra eſſentialia matrimonii, & hoc poteſt eſſe tripliciter. Vno modo quia impedit matrimonii cauſam, & ſic ſunt duo. ſ. coactio, & error, quæ tollunt voluntarium conſenſũ. Alio modo quia impediunt matrimonii actum, vel impedimento naturali, & ſic eſt impotẽtia coeundi, vel impedimento ciuili, & ſic eſt conditio ſeruitutis, vel impedimẽto ſpũali, & ſic ĩpedit votũ ſolẽne, & ſacer ordo. Tertio modo ĩpedimentum matrimonii repugnat ei ex parte perſonarum cõtrahentium, & hoc quadrupliciter. Vno modo propter fidei diſtantiam, & ſic eſt diſparitas cultus. Alio modo propter propinquitatem carnalẽ: & ſic impedimenta matrimonii ponuntur, cognatio, affinitas, & publicę honeſtatis iuſtitia. Tertio modo propter reatum perſonæ, ſiue culpam, & ſic crimẽ adulterii matrimonium impedit. Quarto modo propter matrimonium cum alia perſona iam contractum, Quæ quidẽ impedimenta iis verſibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen. Cultus diſparitas, ius, ordo, ligamen, honeſtas. Si ſis affinis, ſi forte coire nequibis. Hæc ſocianda vetant, cõnubia facta retractant. Intelligitur autem per vim, coactio, per ligamẽ, matrimonium cum alia perſona cõtractum, quia non poteſt vna perſona ſimul duabus matrimonio coniungi.

Ad primum ergo dicendum ꝙ morbo concupiſcentiæ poteſt aliis remediis ſubueniri, & ideo non eſt inconueniens ſi a matrimonio aliquę perſonę abſtineant. Ad ſecundum dicendũ ꝙ matrimonio prę aliis ſacramentis impedimenta aſſignantur, tum qa eſt inter duos, & ex pluribus cauſis ĩpeditur, tũ quia eſt onus ſpũale, & per impedimenta datur occaſio ſpiritualis profectus. Ad tertium dicendum ꝙ ius naturale recipit determinationẽ per ius poſitiuum: vnde non eſt inconueniens ꝙ aliqua matrimonii impedimẽta ſint de iure poſitiuo, quãuis matrimonium ſit de iure naturali. Ad quartum dicendum ꝙ illa quæ impediunt matrimonium vt penitus non fiat, non poſſunt ſimul cum matrimonio eſſe, & hęc ſunt quę impediunt cõtrahendum, & dirimunt contractum, vtpote matrimonii eſſentiales conditiones tollentia. Quædam vero ſunt quæ impediunt ne licite fiat, & cũ matrimonio ſimul eſſe poſſunt, vnde nõ dirimunt matrimonium contractum. Eſt etiam alia differentia inter huiuſmodi impedimenta conſideranda, qa quædam ſunt quę perſonam omnino illegitimam faciunt ad contrahendũ, vt votum, & ſacer ordo, quæ reſpiciunt perſonam abſolute. Quædã vero nõ faciunt ſimpliciter illegitimã, ſed ſolum reſpectu talis perſonæ, & hæc ſunt impedimenta quæ ordinem ad aliud important. Ad quintum dicendum quod ea quæ per accidens impediunt matrimonium ſunt infinita. ſed ea, quę ĩpediunt proprie in ge-

nerali accepta, aliquem certum numerum habent.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic art.4. o. ar.2.o. ar.3.o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ carnalis iſirmitas matrimonium impedire nõ poſſit. Non enim poteſt impediri matrimonium, niſi ratiõe carnalis copulę. hãc aũt furia non impedit. ergo furia matrimonium non impedit. Præt. Oẽs vetuli ſunt natural'r frigidi. ſed pñt vetuli matrimoniũ contrahere. ergo frigiditas matrimonium nõ impedit. Præterea. Matrimonium non impeditur vt omnino nõ fit, niſi per aliquod impedimentum perpetuum. ſed maleficium non poteſt eſſe impedimẽtum perpetuũ, tum quia per exorciſmos eccleſiæ vis dęmonum reprimitur, tum quia aliquis poteſt per pœnitentiam a dęmonis poteſtate eximi, tum quia dependet ex dęmonis volũtate. ergo maleficium non poteſt matrimonium impedire. Sed contra. Pueri ab adultis non differunt, niſi ꝑ corporales conditiones. ſed pueri nõ poſſunt matrimonium contrahere. ergo defectus corporalis mr̃imoniũ impedit. Præterea. Carnali copulæ magis repugnat impedimentũ corporale, ꝗ impedimentum ſpirituale. ſed quædam ſpiritualia matrimoniũ impediunt, ratione carnalis copulæ .ſ. ſacer ordo, & votum. ergo multo fortius defectus corporalis. Reſpõ. Dicendum ꝙ corporalis defectus eſt duplex. Vnus qui redũdat in mẽtem, ſicut furia, & talis defectus ĩpedit matrimonii cãm .ſ. conſenſum, qui vſum ratiõis præſupponit: vnde reducitur ad impedimentum erroris, de quo ſupra habitum eſt. Alius eſt defectus pure corporalis, & hic defectus, ſi actum matrimonii non impedit, nullatenus eſt matrimonii impedimentum, ſicut cęcitas, vel aliquid huiuſmodi. Si vero ad actum matrimonii omnino impotentem reddat; ſiue ex cauſa naturali intrinſeca, quæ frigiditas appellatur, ſiue ex operatione dæmonis, matrimonium impeditur, dũmodo ſit defectus perpetuus, ad quod ꝓbãdum tempus certum ab eccleſia eſt inſtitutum, poſt quod, ſi facultas reddendi debitum pręſtaretur, eccleſia reputaret ſe deceptam in iudicio quo iudicauit impedimẽtum perpetuum, matrimonium dirimendo, & ipſum reintegraret. Ideo autem talis defectus matrimoniũ impedit, quia matrimonium eſt quędam obligatio ad carnalem copulam: nullus autem poteſt ad impoſſibile ſe obligare, alias deciperetur ille cui ſit obligatio, ſi hãc impoſſibilitatem neſciret. Vnde & ſi alter coniugum ſciat impotẽtiam alterius, quæ eſt per naturam, vel maleficium, matrimonium non impeditur. Ad primũ ꝗ dicẽdum ꝙ furia, aut ꝓcedit matrimoniũ, aut ſequitur. Si ſeqtur, matrimonium non tollit: regula enĩ eſt ꝙ nullum impedimẽtum matrimonio iam contracto ſuperueniens, põt dirimere ipſum. Si autem furia pręcedit matrimonium, tunc, aut furioſus habet lucida interualla, aut nõ. Si habet, poteſt cõtrahere matrimonium, quando eſt ſanæ mentis, licet ſit periculoſum, & vxori, & proli. Si autem non habet, vel ſi contrahat quando non eſt ſanæ mentis, nullum eſt matrimonium, propter impedimentum cõſenſus. Ad ſecundum dicendum ꝙ vetuli, licet non habeant caliditatem ſufficientem ad prolis generationem, habent tamen ſufficientem ad carnalem cõmixtionem: vnde in eis poteſt eſſe matrimonium prout eſt in remedium concupiſcentiæ, licet non prout eſt in officium naturæ. Sciendum

tamen

tamen ꝙ omne impedimentum naturale, ex quacunq; cauſa proueniat, in frigiditate intelligitur, eo ꝙ vix pôt eſſe aliquod impedimẽtum perpetuũ quod non habeat frigiditatem ꝓ cauſa, vel pro effectu conſequente. Ad tertium dicẽdum ꝙ maleficium reputatur impedimentum perpetuũ, quando opere humano non poteſt remedium adhiberi, licet poſſit opere diuino: Nec oportet ꝙ per exorciſmos eccleſiæ huiuſmodi maleficia pellantur, cum ad hoc non ſint inſtituti, nec etiam per pœnitentiam maleficiati, quia aliquis poteſt ſubdi dęmonũ poteſtati quo ad corpus, & ſi nõ quo ad animam, vt patet Iob. 2. Voluntas etiam dęmonis eſt obſtinata in malo, & ideo impedimentum ab ea dependens, perpetuum reputatur. Hæc tamen eſt differentia inter frigiditatem, & maleficium, quia frigiditas facit æqualiter impotentem ad omnes, maleficium aũt non. Vnde quando matrimonium dirimitur iudicio eccleſiæ, propter maleficium, datur eis licẽtia aliis nubendi, non autem quando dirimitur propter frigiditatem, quantũ ad illum quo eſt impedimentum. Quare ſi poſtmodum cum altera perſona carnaliter commiſceatur, reputatur impedimentum non fuiſſe perpetuum, & cogitur redire ad perſonam. Hoc autem in maleficio non contingit.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic art. 5. quol. 5. ar. 15. ſ.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ crimen matrimonium non impediat: Inceſtus .n. quo aliquis cognoſcit cõſanguineam vxoris, maxime videtur matrimoniũ impedire. ſed hoc non impedit, quia ſic mulier puniretur pro pctõ viri, qđ nõ eſt conueniens. ergo crimen inceſtus matrimonium non impedit. Præterea. Impediri a matrimonio, eſt quædam pęna. ſi ergo crimen eſt cauſa huius impedimẽti, videtur ꝙ ſi tollitur crimen per pœnitentiam, ceſſet impedimentum. Pręterea. Pœna peccati abſolute perſonam reſpicit peccantem. ſed huiuſmodi impedimẽta faciunt perſonas ſimpliciter illegitimas ad contrahendum. ergo ſequeretur ꝙ poſt commiſſum inceſtũ, vel adulterium, aliquis cum nulla cõtrahere poſſet, ſi hæc crimina matrimonium impedirẽt. Sed contra. Vnũ qdq; impeditur per ſuum contrariũ. ſed hęc cria bonis matrimonii cõtrariantur, ergo matrimonium impediunt. Præterea. Pœna debet culpæ rñdere. ergo qui contra matrimonium peccat, matrimonio priuari debet. Reſpon. Dicendum ꝙ aliquod crimen poteſt impedire matrimonium dupliciter. Vno modo ſic ꝙ impediat contrahendum, & non dirimat cõtractum, & ſic impediunt matrimonium iſta, quorum primum eſt inceſtus, ſecundum vxoricidium, tertium rapina alienæ ſponſę, quartum quando aliquis, inſidiando matrimonio, filium proprium de ſacro fonte ſuſcepit, quintum quãdo pro aliquo crimine peregit pęnitentiam ſolẽnẽ, ſextum qñ aliqs interfecit ſacerdotẽ. Alio modo aliquod crimen impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, & hoc in tribus caſibus. Primus eſt quando aliquis cognita vxore alterius, machinatur in mortem viri cum effectu: tunc enim, ſi contraxerint vtroq; faciente hoc impedimentũ, ſeparantur. Secundus eſt quãdo pręſtat fidẽ adulterę, quod ducet eam in vxorem poſt mortẽ viri. Tertius eſt quando contrahit cum ea de facto viuente viro ſubſequente carnali copula: tunc enim ſi poſt mortem

viri vellet cum ea cõtrahere, nõ eſſet matrimonium. Ad primum ergo dicendum ꝙ ſi poſt matrimonium conſtractum,& conſummatum, aliquis cõſanguineã ſuæ vxoris cognoſcat, non debet matrimonium reparari, ſed vir amittit ius petendi, non autẽ mulier, quia non debet puniri pro peccato alterius. Debet etiam propter reatum criminis, perpetuo manere abſq; ſpe coniugii, niſi cum eo diſpẽſetur. Hoc tamen impedimentũ non dirimit cõtractum, vt dictum eſt. Si autẽ cognoſcat conſanguineam vxoris ante contractum matrimonium, contrahitur affinitas, quæ impedit contrahendũ, & dirimit contractum. Ad ſecundũ dicendum ꝙ licet culpa per pniam aboleatur, tñ affinitas manet, & prętere a ceſſante culpa ceſſat reatus pęnæ ęternę, ſed põt remanere reatus ad pęnã tpalẽ. Ad tertiũ dicẽdũ ꝙ vnuſqſq; põt puniri in quo peccauit. & ideo pp aliquã criã magis ĩpeditur aliquis ne contrahat cum vna perſona, q̃ ne cõtrahat cum alia, & præterea affinitas contrahitur ad vnam, & non ad aliã.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. d. 35. ar. 1. 0. ar. 3. 0. 1. cor. 7. l. 3. co. 2.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ propter fornicationem vir vxorem dimittere non poſſit: Homo enim non cogitur eſſe ſine vxore. ſi ergo propter fornicationẽ vxoris poteſt eam dimittere videtur ꝙ poſſet aliam ducere, quod eſt contra Apoſto. primæ Corin. 7. qui dicit vxorem a viro non diſcedere, ꝙ ſi diſceſſerit manere innuptam. Præterea. Quędam alia peccata ſunt grauiora q̃ adulterium, vt infidelitas, vitium cõtra naturam, & alia huiuſmodi. ſi ergo propter adulterium poteſt aliquis vxorẽ dimittere, vr̃ ꝙ pari rõne pp huiuſmodi crimina. Præterea. Si vir poſſet vxorẽ dimittere ꝓpter fornicationẽ, aut hoc poſſet iudicio eccleſiæ, aut proprio arbitrio. ſed nõ proprio arbitrio, quia ſic eſſet vir in eadem cauſa actor, & iudex. ſimiliter nec iudicio eccleſiæ, quia vir non debet eam eccleſiæ deferre, niſi monitione præmiſſa, vt habetur Matth. 18. ergo videtur ꝙ vir nullo modo poſſit propter fornicationẽ vxorem dimittere. Præterea. Aut licet viro cum vxore fornicante cõmorari, aut non. ſi non licet, ergo non licet eam dimiſſam reuocare, & hoc eſt contra Apoſtolum. 1. ad Cor. 7. Si diſceſſerit manere innuptam, aut viro reconciliari. ſi autem licet videtur ꝙ vir vxorem dimittens de propria offenſa vindictam ſumat, quod eſt contra Apoſtolum Roma. 12. & ſic vr̃ ꝙ nullo mõ liceat vxorem dimittere ꝓpter fornicationẽ. Sed cõtra eſt quod hr̃ Matth. 5. & 19. Præterea. Frangenti fidem, non eſt fides ſeruanda. ſed uxor, fornicando, frangit fidem, quã debet marito. ergo maritus poteſt eam dimittere. Reſpon. Dicendum ꝙ duplex ẽ matrimonii ſeparatio. Vna, qua ipſum matrimonium dirimitur, & hæc non poteſt fieri propter fornicationem ſequẽtem, neq; propter aliquod impedimentum matrimonio ſuperueniens, ut dictum fuit ſuperiori articulo in corpore. Alia eſt ſeparatio quantum ad matrimonii actum, quæ dicitur ſeparatio a thoro, & hæc conceſſa eſt a Domino in pęnã illius qui fidem fregit, & in fauorem illius qui ſeruauit. Vnde in hoc uir, & mulier ſunt pares, ſicut etiam in debito fidei. Sunt tamen aliqui caſus in quibus uir uxorem propter fornicationem dimittere non poteſt, in quibus vel mulier eſt ſine culpa, vl' utriq; ſũt ęqualiter culpabiles, vel vir eſt particeps culpæ uxoris quorum primus

eſt

eſt, ſi fuerit ſimiliter vir fornicatus, ſecundus, ſi vxorem proſtituerit, tertius ſi vxor virum mortuum probabiliter credens propter longam illius abſentiam, alteri nupſerit, quartus, ſi adulter ad eam acceſſerit latenter ſub ſpecie viri, quintus, ſi fuerit vi oppreſſa, ſextus, ſi reconciliauerit eam ſibi poſt noticiam adulterii perpetrati, carnaliter eam cognoſcés, ſeptimus, ſi libellum repudii ei dederit poſt matrimonium cum ea contractum in ſtatu infidelitatis. Ad primum ergo dicendum ꝙ quia matrimonii vinculũ non eſt ſolutum, nõ poteſt vir, dimiſſa vxore propter fornicationem, aliam ducere, nec eſt inconueniens ꝙ per accidens aliquis ad continentiam obligetur per id ꝙ eſt ex parte alterius, ſicut per infirmitatem vxoris, vel fornicationem, quãuis non obligetur abſolute. Ad ſecundum dicendum ꝙ quãuis aliqua peccata ſint grauiora adulterio, non tamen ita directe bonis matrimonii repugnant, ſicut homicidiũ, ſacrilegium, & huiuſmodi. Infidelitas autem, quæ dicitur ſpiritualis fornicatio, eſt contra intentum matrimonii, quod eſt proles educanda ad cultum Dei, & ideo diuortium cauſat ꝓpter conſuetudinem, quæ pertinaciã monſtrat, non propter vnum actum tantum, ſicut eſt in fornicatione carnali. Vitium vero contra naturam ſimiliter poteſt eſſe cauſa diuortii, ſed de eo non ita fit mentio, propter eius turpitudinem. Ad tertium dicendum ꝙ vxorem propter fornicationẽ dimitti poſſe, poteſt intelligi dupliciter. Vno modo, quantum ad thorum, vt ei debitũ vir non reddat, & ſic poſt quã ei de crimine vxoris cõſtiterit, poteſt eam proprio arbitrio dimittere, alias ſi debitum redderet, ſibi præiudiciũ generaret, nec oportet eam poſt modũ dimittere, niſi forte ad hoc iudicio eccleſiæ compelleretur. Alio modo quantum ad thorum, & cohabitationem, quod proprie dicitur diuortium, & hic quæritur eccleſiæ iudicium, & poteſt præcedere charitatiua ammonitio, non tamen eſt neceſſaria, ſi per viam accuſationis procedatur, non tamen in tali accuſatione requiritur obligatio ad legem talionis: quia ſic vir conſequeretur in omnem euentum ſuam intentionem. Ad quartum dicendum ꝙ ſi mulier fornicatur, & admonita correcta fuerit, poteſt vir eã licite retinere, vel reconciliare dimiſſam, licet non cogatur. Si autem ſit incorrigibilis, tenetur eam dimittere, nec debet dimiſſam recipere, ne pronus turpitudinis videatur.

Diſtin. Trigeſimaſexta, & ſeptima.

Nunc de conditione videamus &c.

Quæſtio vnica.

Circa hanc diſtinctionem, & ſequentẽ quatuor quæruntur.

Primo vtrum conditio ſeruitutis matrimonium impediat.

Secundo vtrum defectus ętatis.

Tertio vtrum ordo.

Quarto vtrum vxoricidium.

Articulus primus.

Ad primum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſeruitus matrimonium nõ impediat: Matrimonii enim impedimenta quolibet modo ipſum matrimonium impediunt, vt patet de ordine, & voto. ſed ſeruitus, ſi ſciatur, matrimonium non impedit. ergo ſeruitus impedimẽtum matrimonii poni non debet, ſed ſufficienter ſub errore comprehenditur. Præterea. Si ſeruitus matrimoniũ

In alio ſcript. vt hic. o.

impedit,patri ratione matrimonium impediret ſeruitutem. hoc autem falſum eſt:nam vir poteſt ſe in ſeruum vendere abſq; conſenſu vxoris, licet non econuerſo.ergo nec ſeruitus impedit matrimonium. Præterea. Si ſeruitus matrimonium impediret, maxime videretur impedire propter obligationē qua domino ſuo ſeruus obligatur ,ſed hoc non impedit:quia abſq; conſenſu domini ſeruus poteſt matrimonium contrahere.ergo ſeruitus matrimonium non impedit. Sed cōtra eſt quod dec.dicit de coniugio ſeruorum ꝙ error conditionis impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. Præterea. Matrimonium quædam ſeruitus eſt. Cum per ipſum vnus coniugum accipiat in corpore alterius poteſtatem. ſed ſeruitus præcedens impedit ſeruitutem ſequentem:qui enim eſt ſeruus vnius non poteſt ſe tradere alteri in ſeruum.ergo pari ratiōe ſeruitus matrimonium impedit. Reſpon. Dicendum ꝙ per matrimonium aliquis ſe coniugio obligat ad hoc ꝙ petenti debitum reddat,& ad hoc ꝙ procreādæ, & nutriendæ proli operam det, ad quæ duo ſeruitus de ſui rōne quādam oppoſitionem habet: Nam ſeruus non eſt idoneus vt liber vxori debitum reddat,eo ꝙ eſt obligatus ſuo domino,qui circa ſua obſequia eum poteſt multipliciter impedire. Similiter etiam ſeruitus parētum proli prę iudicat, cum ratione procreationis, quia partus ſequitur conditionē parentum:matris quidem ſecūdum legē ciui. patris vero,vel matris ſeruitutem,indifferenter,ſecundum aliquarum terrarum aſſuetudinem,tum etiam ratione nutritionis, quia ſeruus nihil poſſidet,vnde valeat filios nutrire,vl' eis theſaurizare,& ideo conuenienter ſeruitus matrimonii ponitur impedimentum. Ad primum ergo dicendum ꝙ impedimenta illa quæ ſunt cōtra cauſam matrimonii , vel contra eſſentiam eius , impediunt matrimonium,ſecundum ſe,ſiue ſciantur , ſiue non,quæ vero impediunt matrimonium ratione effectus a quo cōiuges poſſunt abſtinere,ſi volunt, nō impediunt matrimonium,niſi ſecūdum ꝙ generant alteri præiudicium,cui non erit liberum vti matrimonio,vel non vti,& huiuſmodi ſunt impotentia coeundi, & conditio ſeruitutis , & ideo quando ſciuntur, matrimonium non impediunt,quia hoc præiudicium alter coniugum acceptat.Ideo tamē ſeruitus ponitur impedimentum prętet errorem,quia ex ſe ipſa habet vnde matrimonium impediat præter rationem erroris,non autem perſona ſub introducta,cuius error ſimiliter matrimonium impedit. Ad ſecundum dicendum ꝙ poſt matrimonium contractum,quia vir prę eſt mulieri in rebus domeſticis & ciuilibus, quāuis in actu naturæ ſint pares , pōt vir abſq; conſenſu mulieris ſe in ſeruum vendere,non autem econuerſo,ſed per hoc matrimonium non dirimitur, nec aliquod præiudicium fit vxori , quantū ad debiti redditionē,a qua dominus eum impedire non poterit, niſi cōſenſus vxoris interuenerit,Nec eſt ſimile de ſeruitute añ matrimoniū , & poſt, quia nullum impedimentum matrimonio ſuperueniens dirimit ipſum. Ad tertium dicendum ꝙ ſeruus ſubditur domino in ciuilibus: vnde ſicut non poteſt eum impedire quin comedat & dormiat , ita nec quin matrimonium contrahat,ſed tamen ſic matrimonium cōtrahens, non tenetur vxori debitum reddere, domino aliquid aliud imperante,ſed ſi de eius conſenſu

ſu

ſu matrimonium, contraxit non poteſt impedire quin petenti vxori debitum reddat.

Articulus ſecundus

In alio ſcript. vt hic, art. 5. o. quol. 4. ar. 23. ad decimum nonum.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ defectus ætatis matrimonium non impediat. Frigiditas enim, niſi ſit perpetua, matrimonium non impedit. ſed defectus ętatis non eſt perpetuus. ergo matrimoniũ non impedit. Præterea. Si defectus ætatis impedit matrimonium, deberet impedire quouſq; ſecundum iura reputatur quis minor ætate. hoc autem eſt vſq; ad.xxv.annum. ergo ante, illud tempus cõtrahere matrimonium non poſſet. Præterea. Vir, & mulier ad paria in matrimonium, obligantur. ſed mulier ante. xiiii. annum poteſt contrahere matrimoniũ. ergo & vir. Sed contra eſt quod decre. dicit. ꝙ puer qui nõ poteſt reddere debitum, nõ eſt aptus matrimonio. hoc autem non eſt ante quartum decimum annum, vt in pluribus, ſicut dicitur in.9. de animalibus. ergo ante hoc tempus vir matrimonium contrahere non poteſt. Præterea. Ea quæ ſunt in natura, habent tẽpus determinatum. matrimonium autem eſt naturale. ergo debet ei tempus determinari, ante quod non contrahatur. Rñ. Dicendũ ꝙ tẽpus contrahendi matrimoniũ determinatur a iure & maſculo & fęminæ ex duorũ cõderatione. ſ. cauſæ matrimonii, & effectus. Ex conſideratione ſiquidẽ cauſæ, ordinatũ eſt vt ante annos diſcretionis matrimonium non contrahatur, quia indiſcretio puerilis conſenſum impedit, & reducitur ad errorẽ, ſicut & furia. Ex conſideratiõe vero effectus, ordinatum eſt ne tempus contrahendi matrimonium protrahatur vltra hoc tempus in quo cõiuges ſibi debitum reddere poſſunt, ad vitandũ dãnabiles corruptelas, in quas incidere poſſent, ſi eis contractus matrimonium negaretur. Hoc autem mulier poteſt in duodecimo anno, vir autẽ in quartodecimo, vt in.9. de animalibus dicitur loquendo vt in pluribus, & ideo hoc tempus eſt aptum matrimoniis contrahendis, & non ante, ita tamẽ quòd ſi ante hoc tẽmpus perfectio naturæ acceleretur in aliquo, matrimonium conſumatum non diſſoluitur, vtputa ſi malitia ſuppleuerit ętatem. Ad primum dicendum ꝙ defectus ætatis non ponitur matrimonii impedimẽtum ſolum propter matrimonii effectum, ſicut frigiditas, ſed etiam propter cauſam, vt dictum eſt, & ideo non eſt ſimile. Ad ſecundum dicendum ꝙ minor diſcretio ſufficit ad opera naturæ, q̃ ad contractus ciuiles, & ideo breuius tempus contrahendis matrimoniis eſt ſtatutum q̃ tẽpus vigintiquinq; annorum, quod ſtatuitur quantum ad ciuiles cõtractus. Ad tertium dicẽdum ꝙ mulier citius ad tempus pubertatis peruenit q̃ vir, & ideo non eſt ſimile de vtroq;.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vt hic. d. 37. q. 1. art. 1. o.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ordo matrimoniũ nõ impediat. Aut enim ordo impedit ratione ordinis, aut ratione voti annexi. Si ratiõe ordinis, quilibet ordo impediret, quod eſt falſum. Si ratione voti. ergo nõ debet poni aliud impedimentum q̃ uotum. inconueniẽter ergo ponitur ſpeciale matrimonii impedimentum. Præterea. Idem eſt ordo apud omnes. ſed apud Græcos ordo matrimonium nõ impedit, quia etiam ſacerdotes eorum vxores habent. ergo ordo nõ debet poni matrimonii impedimentum. Pręterea. Si ordo impedit matrimonium, pari

ratione matrimonium poteſt ordinē impedire,ſed aliquis poſt cōtractum matrimonium poteſt ordinis ſacramentum ſuſcipere.ergo pari ratione poſt ſuſceptos ordines matrimonium contrahere poteſt. Sed contra eſt qd decre.dicit.Si i ſubdiaconatu, & aliis ſuperioribus ordinibus vxores accepiſſe noſcuntur,eos vxores dimittere cōpellatis. Præ. Scdm Dion.in eccleſiaſtica Hierarchia, Monachi ſunt infirmiores,q̄tū ad ſpūalia,iis q ſunt in eccl'aſticis ordinibus cōſtituti.ſed monachatus impedit matrimoniū. ergo multomagis ordo. Reſpon. Dicendum ꝙ per ſacramentum ordinis aliquis ſpiritualibus actionibus deputatur,per matrimonium autem aliqs a ſpiritualibus impeditur,tum ratiōe carnalis copulæ,in qua anima maxime carnalis efficitur,tum etiam ratione ſolicitudinis quę incumbit matrimonio iunctis circa ſe inuicem, & familiam,vt non poſſint totaliter quæ ſunt Domini cogitare,vt dicitur priē Cor.7.& ideo ordo de ſe aptitudinē quādam habet ad hoc ꝙ matrimoniū impediat:ſed hæc aptitudo ad actum reducitur per eccleſiæ ſtatutum,cuius diſpoſitioni matrimonium, & ordo ſubduntur. Ad primum ergo dicēdum ꝙ ordo habet matrimonium impedire,pro aptitudine quidē, inquātum eſt ordo,ſed ſecundum actum,ratione ſtatuti eccleſię, quod tamen nō ſe ęqualiter extendit ad omnes ordines:Nam per ſacros ordines aliquis familiarius ſpiritualibus tractādis admittitur.ſ.ſacramentis,& vaſis ſacris, & ideo ſacer ordo,ex ſtatuto eccleſię, impedit matrimonium cōtrahendū, & dirimit contractum: nō autem alii ordines, quibus ſacra tractare non cōmittitur,ſed tñ ſecundum ſtatutum occidentalis eccleſiæ, ſi matrimonio vti volūt ab exequutione ordinis impediuntur,& per conſequens a beneficio,& priuilegio clericali. Ad ſecundum dicendum ꝙ tam apud Latinos, q̄ apud Græcos ordo ſacer matrimoniū impedit ex eccleſię ſtatuto:ſed eſt differentia quantum ad duo. Primo quantum ad hoc ꝙ apud Græcos,ſubdiaconatus inter ſacros ordines non computatur.Secūdo, quia apud eos illi qui ſunt.in ſacris ordinibus conſtituti.ſ.diacones,& pręsbyteri,poſſunt vti matrimonio prius contracto, nō tamen cōtrahere matrimonium poſt ſacri ordinis ſuſceptionem. Ad tertium dicendum ꝙ in matrimonio nō imprimitur character aliqs ſpiritualis,ſicut in ordinis ſacrameto,ſed tantum conſiſtit in quadam obligatione hominis ad hominem,quæ diſpoſitioni eccleſiæ ſubditur,non autem character ordinis qui ſequitur virtutem ſacramenti,& ideo ſtatutum eccleſiæ poteſt impedire,ne poſt acceptū characterem ſacramēti ordinis, matrimonium contrahatur,non autem poteſt impedire quin poſt contractum matrimonium character ordinis recipiatur,ſeruatis his quę ſunt de eſſentia ſacramenti.Vnde vir,etiam reclamante vxore,ad ordines accedens peccat, ſed tamen recipit characterem,& non exequutionem,& tenetur reddere debitum,ſed ammittit ius petendi. Si autem volente vxore ad ſacrum ordinem accedat,recipit characterem, & exequutionem,& ad perpetuam continentiam obligatur vterq;.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ vxoricidium matrimonium non impediat. Illud enim quod eſt licitum,non debet matrimonium impedire.ſed occidere vxorem, in aliquo caſu videtur licitum,cū cōcedatur

In alio ſcrip. vbi ſup. q. 3. ar. 2. o.

cedatur

cedatur per leges ciuiles:cum.ſ. vxor in actu adulterii deprehenditur.ergo vxoricidium matrimonium non impedit. Præterea. Maius peccatū eſt occidere matrem,q̃ vxorem, quia ei maior reuerentia debetur. ſed occiſio matris non impedit matrimoniū. ergo nec occiſio vxoris. Præterea. Remota cauſa remouetur effectus.ſed culpa homicidii poteſt etiā per pœnitentiam deleri.ergo ad minus in hoc caſu.matrimonium contrahere pôt. Sed contra eſt quod canon dicit. Interfectores ſuarum coniugum ad pœnitentiam redigendi ſunt, quibus penitus denegatur coniugium. Præterea. In quo quis peccat,in eodē debet puniri.ſed vxoricida cōtra matrimonium peccat. ergo per ſubtractionem matrimonii debet puniri. Reſpon. Dicendum ꝙ vxoricidiū, ex ſtatuto eccleſiæ, matrimonium impedit.Sed quandoq; impedit cōtrahendum,& dirimit contractum,quando.ſ.aliquis in mortem vxoris machinatur,ad hoc vt aliā cum qua mechatur,in matrimonium ducat,cum qua poſtea matrimonium contrahere nō poteſt,& ſi de facto contraxerit,ſeparantur,quandoq; vero impedit cōtrahendū,ſed nō dirimit contractū,quādo.ſ.ex aliqua cauſa vxorē interficit, vel propter vxoris adulteriū , vel qdcūq; odium,vel ſi etiam propter cauſam premiſſam vxorē occidat, & poſt modū cū alia contrahat,dimiſſa adultera,propter quā vxorem occidit,Tamen in his poteſt eccleſia diſpenſare, præcipue cū timetur de eius incontinentia. Ad primū ergo dicendū ꝙ vir poteſt licite vxorem adulterā, zelo iuſtitiæ,non liuore odii,in iudicio ſeculari ad pœnam mortis criminaliter accuſare,non autē in iudicio eccleſiæ,quę materiali gladio non vtitur. Non tamen licet ſecundū forum conſcientiæ,vel eccleſiæ,viro vxorem in adulterio comprehēſam per ſeipſum occidere. Quod autem leges ciuiles hoc permittunt,eſt quia pœnam nō adhibent,conſiderantes magnum iræ incitamentū in viro. Ad ſecundū dicendū ꝙ quāuis matricidium ſit maius peccatum q̃ vxoricidium, non tamen ita directe matrimonio opponitur. Ad tertium dicendum ꝙ remota culpa,adhuc remanet pœna tēporalis interdum,licet non ęterna.

Diſtin. Trigeſimaoctaua.

Nunc de voto inſpiciamus.

Queſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo de voti obligatione.
Secundo de voti diſpenſatione.
Tertio vtrum matrimonū impediat.
Quarto vtrum matrimonio poſſit impediri.

Articulus primus.

AD primū ſic proceditur, & videtur ꝙ votum nō obliget ad ſem per obſeruandum: Votum enim in propoſito voluntatis conſiſtit, vt ipſum nomen deſignat.ſed propoſitū voluntatis poteſt licite mutari. ergo homo non cogitur ad votum ſeruandum. Præterea. Nullus cogitur ad faciendum impoſſibile,vel vana illicita,& periculoſa ſaluti corporali. Sed quandoq; impoſſibile eſt votum ſeruare,ſicut cum aliqua poſt votum virginitatis corrumpitur: quandoq; vero eſt vanum quod vouetur,ſicut mulieres ſolent vouere quod non pectient caput,tali vel tali die : quandoq; vero illicitum , ſicut Iepte vouit filiā occidere,vt dicitur Iudi.11.quandoq; vero eſt corpori periculoſum, ſicut

In alio ſcript. vt hic.q.1.arti.3. ſa ſe q. 88.art. 3.0.

uu

cum quis vouet ꝙ abſtineat duobus, vel tribus diebus a cibo. ergo votum non obligat ad ſemper ſeruandum. Præterea. Ille qui non eſt ſui iuris, non poteſ ſe ad aliquid obligare. Sed quandoq; tales votum emittunt .ſ. vxor, ſeruus, filiusfamilias, & monachus. ergo votum non de neceſſitate obligat. Sed contra eſt quod in Pſal. 75. dicitur. Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. Prępterea. Firmior debet eſſe promiſſio quæ fit Deo q̃ quæ fit homini. ſed ꝓmiſſio facta homini obligat. ergo & votum, quod eſt quædam promiſſio facta Deo. Reſp. Dicēdum quod ſicut homo loquitur homini ore corporali, ita Deo loquitur corde, & ideo ſicut promiſſio facta verbis oris obligat homini, ita ꝓmiſſio facta ore cordis obligat Deo, quę quidē promiſſio votum dicitur. Promiſſio vero exterius homini facta, ſi ſit nuda, non habet plenam vim obligandi: vnde oportet ꝙ etiā promiſſioni factæ Deo aliquid addatur ad plene obligādum, ne ſit quaſi promiſſio nuda: Hæc autem ſunt tria gradatim. Primum eſt ſimplex deliberatio, ſecundū intentio obligandi ſe ad certam pęnam, tertium teſtimonium hominum, quod adhibetur promiſſioni interiori, & ideo magiſter perfecte diffinit votum: quia ponit in eius deſcriptione promiſſionem, quæ dicit eſſentiam voti, & modum promiſſionis, qui ad voluntatē pertinet in hoc ꝙ dicit, ſpontanee, & vltimam confirmationē promiſſionis, quæ duas priores includit, per hoc quòd dicit, teſtificatio, & voti terminum in hoc ꝙ dicit, quòd debet Deo fieri, & materiam in hoc quod dicit quod eſt de iis quę Dei ſunt. Ad primum dicendum ꝙ ſimplex propoſitum non habet rationem voti, ſed promiſſio quæ propoſitum manifeſtat, ſicut effectus cauſam. Promiſſio autem obligat, ſed nō propoſitū. Ad ſecundum dicendū ꝙ debita materia voti accipienda eſt, & ex parte Dei, cui fit ꝓmiſſio, & ex parte voluntatis, per quā promiſſio impletur. Ex parte quidē voluntatis, patet ꝙ votum debet eſſe de volūtariis, non autē de neceſſariis, vel impoſſibilibus, & ideo dicitur eſſe de operibus ſupererogationis, proprie loquēdo, ad quæ quis neceſſario non tenetur. De iis autem quæ ſunt neceſſaria, neceſſitate conditionata. ſ. ſi homo vult ſaluari, poteſt eſſe votū aliquo modo quātū ad hoc quòd poteſt de facto ea ſeruare, vel non ſeruare, ſed non ſimpliciter, & proprie, inquantū habet neceſſe ea ſeruare, ſed nō ſimpliciter, & proprie, neceſſitate præcepti vel iuris. Sed de iis quæ ſimpliciter ſunt neceſſaria, vel impoſſibilia, nullatenus poteſt eſſe votum: vnde illa quæ corrupta eſt poſt votū virginitatis, tenetur ad hoc quod poteſt. vt. ſ. continētiam ſeruet, & pęnitentiam agat. Ex parte vero Dei oportet ꝙ materia voti ſit aliqđ bonum pertinens ad Dei ſeruitiū, vnde illicita non cadunt ſub voti obligatione, & per conſequens nec ea quę pertinent in manifeſtū corporis periculum: quia illicita ſunt. In his autem in quibus periculum timetur, ſi non eſt certum, tutius eſt vt diſpenſatio requiratur: Et ſimiliter nec vana cadūt ſub voto, ſicut ea quæ mulieres frequenter vouent, quæ magis videntur ſortilegia quædam eſſe. Votum autem Iepte obligauit ipſum in licitum euentum. ſ. ſi obuiaret ei animal immolatiū, non autem obligabat in euētum illicitum. Quod quia, nec in vouendo diſcreuit, nec in implendo ſeruauit, fuit in vouendo ſtultus, & in reddēdo impius, vt dicit Hierony.

rony. Ad tertium dicendum ꝙ nullus, quantũ ad hoc ꝙ non eſt ſui iuris, poteſt votũ emittere. Et quia religioſus quãtum ad omne tempus obligatus eſt ad parendum præcepto regulæ, vel prælati, nullum votum poteſt emittere. Vxor vero obligata eſt viro, quantũ ad carnalem copulam, & econuerſo: vnde neuter poteſt ſine cõſenſu alterius continentiam vouere, q̃uis vir ſine cõſenſu vxoris, de iis quę pertinent ad diſpenſationem domus, & regimen vitæ uouere poteſt, ſed nõ econuerſo: quia vir caput eſt mulieris. Seruus autẽ, quia eſt ſui iuris q̃tũ ad actus naturales, poteſt uotum continentiæ emittere, ſicut matrimoniũ contrahere, abſq; domini conſenſu. Non tamen poteſt, abſq; cõſenſu eius, aliquid uouere de iis quę pertinẽt ad diſpẽſationem domus, utputa ꝙ eleemoſinã faciat, uel de iis quæ pertinẽt ad regimẽ propriæ uitę, utputa ꝙ religionem intret: quia in iis non eſt ſui iuris. Sed filiusfamilias eſt ſui iuris in actu naturæ, & in ſtatu proprię perſonę: non autem eſt in diſpenſatione domus, & ideo abſq; conſenſu patris poteſt uotum continentię emittere, & religionis, non autem de eleemoſinis dandis.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, q.1.articulo 4. 2a 2æ q.88. arti. 10.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ in uoto non poſſit fieri diſpenſatio: Reddere enim uotũ de iure naturali eſt. ſed contra hoc ius non poteſt ab homine diſpenſari. ergo nec ſuper uoto. Præterea. Per omne uotũ quis Deo pariter obligatur. ſed aliqua vota ſunt quæ diſpenſationem non recipiunt, ſicut uotum continentię: quia non eſt digna ponderatio animæ cõtinentis, ut habetur Eccleſia. 26. ergo nec circa alia vota diſpenſari poteſt. Præterea. Si aliquis ſuper uoto poſſet diſpenſare, hoc non eſſet niſi inquãtum eſt miniſter Dei. ſed quilibet prælatus eſt miniſter Dei. ergo ſi aliquis poteſt diſpẽſare in uoto, quilibet poteſt diſpenſare, quod non uidetur. ergo ſuper uoto diſpenſari non poteſt. Sed contra eſt quod dicitur primę Cor. 7. Nam & ego condonaui, ſi aliquid donaui ꝓpter uos in perſona Chriſti. ſed Chriſtus poſſet condonare uotum, cum ſit ſibi facta obligatio. ergo & prælatus eccleſiæ poteſt. Pręterea. Non ſunt minoris ſanctitatis diuina myſteria, q̃ uota. ſed diuina myſteria ſunt ſubdita diſpenſationi prælatorum, vt patet primæ Cor. 4. Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei. ergo & uota ſunt ſub diſpenſatione pręlatorum. Reſpon. Dicendum ꝙ, ſicut dictum eſt, per uotũ aliquis ſe obligat Deo de his quę ad ſeruitiũ Dei pertinent. Ea uero quæ ad ſeruitium Dei pertinent ſunt cõmiſſa diſpenſationi prælatorum, ut in eis fideliter faciant quod magis expedit ad honorem Dei, & eccleſię utilitatem: Et ideo ſi prælato uideatur magis expediens ꝙ uotum non ſeruetur, q̃ ꝙ ſeruetur propter aliquam legitimam cauſam poteſt in uoto diſpenſare. Si autem uideatur ꝙ aliquid aliud eſſet uel ęque uel magis expediẽs, poteſt uotum cõmutare: Hoc enim intereſt inter diſpenſationem, & cõmutationem uoti, ꝙ per diſpenſationem aliquis a uoto ſimpliciter abſoluitur, per cõmutationẽ uero aliqs abſoluitur ab uno, & ad aliud obligatur: Nec tamen, ſi uotum non ſeruetur facta diſpẽſatione uel cõmutatiõne is qui uotum fecerat mẽdacium aliquod incurrit: qa in promiſſione uoti piæ conditiones intelliguntur. Quidam uero dicunt ꝙ

uu ii

prælati non poſſunt diſpenſare in uoto relaxando uoti obligationem, ſed declarando. Sed hoc poteſtati clauiũ repugnat. Nec tamen dicendum eſt, ꝙ pro libito poſſint relaxare, ut alii dicunt: quia ipſe non eſt dominus, ſed miniſter: unde debet illud quod dictũ eſt conſiderare in diſpenſando, & nõ propriam uoluntatem. Ad primũ ergo dicendum ꝙ obſeruare uotum, durante uoti obligatione, eſt de iure naturali, non autem poſtq̃ ceſſat per diſpenſationem. Ad ſecundum dicendum ꝙ de uoto cõtinentiæ eſt duplex opinio: Quidam enim dicunt ꝙ nullus in eo poteſt diſpẽſare, tum qa non poteſt prætermitti ſine hoc ꝙ directe ad contrarium tranſeatur, tum quia nulla poteſt fieri recõpenſatio melioris, tum quia per religionẽ homo perfecte cõformatur Chriſto: Vnde uota religionis pricipalia, ſunt indiſpenſabilia, ut ipſi dicunt. Quibuſdam uero econtrario uidetur quod in iis poſſit diſpenſari, eadem ratione qua poſſent aliquãdo prohiberi propter aliquam maximam eccleſiæ neceſſitatem. Ad tertium dicẽdũ ꝙ ptãs miniſterii diuini principaliter reſidet penes ſummum põtificem, qui poteſt in omnibus diſpenſabilibus diſpenſare. Alii vero tantum circa hæc poſſunt, quantum eis cõmittitur: unde põt diſpẽſare in minoribus, nõ autem in maioribus, quæ ſibi Papa reſeruat.

Hãc ꝑmã ſniam. S. D. ãplectitur ꝑa ꝑę q. 88. art. 11. Cardinalis autẽ Caiet. minus pie cõtra D. S. cũ ſecũda ſentiſ maluit, vt patet ibi in eius com.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ uotum ſolẽne matrimonium non impediat: Sicut enim decretalis dicit, Apud Deum nõ minus obligat uotum ſimplex, q̃ ſolẽne. ſed matrimonium acceptione diuina ſtat uel dirimitur. cum ergo uotum ſimplex nõ dirimat matrimoniũ contractum, uidetur ꝙ nec uotum ſolẽne. Præterea. Votum ſolenne, uti in litera dicitur, ſi violetur, nõ ſolum facit peccatum, ſed ſcandalum, & ſic videtur quod non niſi ratione ſcandali impediat matrimonium. ſed aliquod uotum non ſolẽnizatum per ſuſceptionẽ ſacri ordinis vel profeſſionẽ ad certã regulã ſiue p habitus regularis aſſũptionẽ, põt ſcãdalũ generare, ſi in publico fiat, nec tñ pp hoc matrimoniũ contractum dirimitur. ergo nec uotum ſolẽne dirimit matrimonium contractum. Pręterea. Eiſdem impedimentis vir & mulier a matrimonio impediuntur. ſed uir nõ impeditur a matrimonio voto uirginitatis ſolẽnizato propter aliquã uelationem. ergo nec mulier debet p hoc impediri. Sed contra. Sicut per ordinẽ aliquis obligatur ad ſpiritualia, ita & per uotum. ſed ordo hac ratione matrimonium impedit, ut dictũ eſt. ergo ſimiliter & uotum. Præterea. Nullus poteſt ad contraria obligari ſed carnalis copula ad quã aliquis per matrimonium obligatur eſt contraria continentię, ad quam obligat uotum. ergo uotum impedit matrimonium. Iuxta hoc quæritur de ſcandalo, & primo quid ſit, ſecũdo an ſit peccatum mortale, tertio quę ſint propter ſcandalum dimittenda. Reſpon. Dicendum ꝙ ſcandalum Gręce, proprie obicem ſignificat Latinæ. Obex autem proprie dicitur in corporalibus, ſed ſimilitudinarie in ſpiritualibus. Dicitur autem obex id quod ambulanti in via obiicitur, qd de ſe natum eſt occaſionem ruinę pręſtare. In uia uero morum, nihil natum eſt præſtare occaſionem ruinæ, niſi ſit minus rectum, & niſi ſit manifeſtum, ꝙ veniat in eius notitiam. Vnde ſcãdalum eſt dictum vel factum minus rectum, ſecundum glo. ſuper Matth. 18. præbens

In alio ſcrip. vt hic. q. 1. arti. 3. q̃ſtiũ cu. 3. o.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. o. ar. 2. q̃ſtiũ. 1. o. ar. 4. o. ꝑa ꝑę. q. 43. ar. 1. o. ar. 2. 7. 8. o. 3. p. q. 42. art. 2. o. Mat. 15. com. 6. & Ro. 14. l. 2. co. 3. Vęg i exẽplari ant quo nõ hęc q̃ſtiũcu. cũ ſua reſolut õe q̃ hic põitur, put erat i exẽplari impreſſo.

præbens alteri occaſionem ruinæ. Qd
autem præbet alteri occaſionem rui-
næ, aut hoc eſt ex natura ſua, & ſic eſt
ſcãdalum actiuum, & hoc eſt propter
peccatum mortale, aut ex vitio inuen
tis, & hoc eſt ſcandalum paſſiuum, &
poteſt eſſe ſcãdalum veniale, & inter-
dum etiam opus meritorium. Primũ
vero, & ſecundum differunt. Sed quia
bona malis, & maiora bona minori-
bus, & minora mala maioribus; ſunt
præeligenda, ſcandalizare proximum
malum eſt, ceſſare a ſcandalo bonum,
ideo id de quo quæritur an ſit ꝓpter
ſcandalum dimittendum, eſt diſtinguẽ
dum: quoniam, Aut eſt malum in ſe, ſi
ue mortale, ſiue veniale, et de tali nõ
eſt dubium ꝙ debet dimitti, Hoc eni
eſſet ſcandalum actiuum, quod ſemp
peccatũ eſt, Aut eſt indifferens, & hoc
dimittendum eſt ſimiliter, quia natu-
ralis ratio dictat ꝙ proximus non eſt
ſcandalizandus, Aut eſt bonum. Aut
ergo bonum præcepti, & hoc non de-
bet dimitti, quia pro vitando pecca-
to alterius nõ debet aliquis peccare.
Aut eſt bonum ſupererogationis, &
hoc non tenetur totaliter dimittere,
ſed aliquando ad tempus dimittere,
aut prætermittere, quia eſt de vitę per
fectione; Non enim ſalutis neceſſitas
ſolum, ſed etiam perfectio eſt de virtu
te vitæ, Et ſic patet ſolutio ad tria qſi
ta. Ad principalẽ autẽ qõnẽ dicẽdum
ꝙ duplex eſt votũ. ſ. ſolẽne, & ſimplex.
Simplex quidẽ votum in ſola promiſ
ſione cõſiſtit: votũ autẽ ſolẽne habet
cum promiſſione ſimul adiunctam
actualem trãſlationem ſui in ſtatum,
qui habet continentiam annexam, ex
ordinatione, vel approbatione eccle
ſiæ. Quod patet cum quis ordinem ſa
crum ſuſcipit, vel cum profeſſionem
emittit ad certam regulam, ſiue cũ in
religione exiſtens ſuſcipit habitũ pro

Sa ſę. q. 88. art. 7. o. q. 189. arti. 8. ad tert. quol. 3. q. 7. ar. 1. o.

feſſorum: hoc enim eſt quędam inter-
pretatiua ꝓfeſſio, his eni modis votũ
ſolẽnizatur. Promiſſio autem alicui
facta ĩpedit ne res promiſſa licite poſ
ſit alii dari, non autem ne de facto de
tur, ſed tranſlatio dominii in alium,
impedit vt res eadem omnino alteri
dari non poſſit, & inde eſt ꝙ ſimplex
votum impedit matrimonium cõtra-
hendum, non tamen dirimit contrac-
tum & conſũmatum, quia per hoc ali
quis actualiter tradit vxori ſui corpo
ris poteſtatem, Sed votum ſolẽne ĩpe
dit matrimonium contrahendum, &
dirimit contractum. Ad primũ er-
go dicendum ꝙ votũ ſimplex non mi
nus obligat apud Deum q̃ ſolẽne, q̃-
tum ad reatum peccati, cõſiderando
quãtitatem eius in genere: quia vtrũq;
obligat ad pœnam ęternam. Minus
tamen obligat quantum ad matrimo
nii contractum, propter ipſum obli-
gationis modum, vt dictum eſt. Ad ſe
cundum dicendum ꝙ quãtũcunq; vo
tum fiat in publico nõ dirimitur ma-
trimonium ſequens, ratione ſcandali,
niſi ſuperueniat aliquod prædictorũ
per quæ votum ſolẽnizatur. Nõ enim
eſt idem votum ſolẽne, & publicũ, nec
ſimplex, & priuatum. Ad tertium di
cendum ꝙ in velatione virginũ ſigni-
ficatur matrimonium Chriſti, & eccle
ſiæ, quantum ad integritatem eccleſię
ſicut & in matrimonio ſignificatur, q̃-
tum ad fœcunditatẽ, & quia eccleſia
ſponſa eſt, huiuſmodi velatio mulieri
competit, & non viro, & propter hoc
nullo modo corruptis debet præbe-
ri: quia ſignificatio deeſt ꝓp defectũ in
tegritatis. Hęc aũt velatio votũ ſolẽni
zat, ſicut & habitus regularis aſſũptio.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. artic. 5. c. et ad primũ

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & vi
detur ꝙ matrimonium ſequens,
per præcedens non impediatur. For-

tius.n.eſt vinculum ſpirituale q̃ corporale. ſed matrimonium ſequens nõ impeditur per votum ſimplex præcedẽs. ergo multo fortius per matrimonium præcedens. Præterea. Si matrimonium ſequens impediat præcedens, hoc non eſt, niſi quia viuente vxore vir non poteſt aliã ducere, nec econuerſo. ſed hoc eſt falſum, vt patet in caſu ſi vnus coniugum moreretur, & poſtea reſuſcitaretur. ergo ſecundũ matrimonium non impeditur per primum. Præterea. Mulier non debet carnaliter cõmiſceri, niſi ſuo marito, debet autem cõmiſceri cum illo cum quo contraxit ſecũdo, qui eſt eius maritus. ergo &c. Sed contra eſt quod dicitur Rom. 7. Viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro. ergo cum ſecundo viro matrimoniũ non contrahit. Præterea. Nullus poteſt alicui dare quod eſt alterius. ſed vxor ſui corporis poteſtatem tradidit viro cum quo primo contraxit. ergo non poteſt alteri dare, matrimonium cum eo contrahendo. Reſpõ. Dicendum ꝙ ſicut ſupradictum eſt vnus vir non poteſt plures vxores habere ſimul, nec vna mulier plures viros. Hoc autem ſequeretur ſi primum matrimonium non impediret ſecundum: conſtat. n. ꝙ ſecundum matrimonium non dirimit primum, quia nihil ſuperueniens matrimonio põt ipſum dirimere, vnde relinquitur ꝙ ſecundũ dirimatur per primum. Ad primũ ergo dicendum ꝙ per matrimonium aliquis tradit actualiter ſui corporis poteſtatem vxori, ſed per votum ſimplex nõ actualiter tradit, ſed promittit Deo, & ideo non eſt ſimile. Ad ſecundum dicendum ꝙ obligatio matrimonii non eſt niſi vſq; ad mortem, vnde per mortẽ vinculum matrimonii ſoluitur, & ideo ſi mortuus reſuſcitaretur, vxor ei in nullo teneretur, niſi de nouo cum ea contraheret.

In alio ſcript. vt hic. d. 38. lit. et. d. 39. art. 4. ad ſm.

Ad tertium dicendum ꝙ ſi mulier cõtrahat cum aliquo, viuente viro, quẽ ex probabili cauſa mortuum credit, non eſt matrimonium, ſed per ignorãtiam facti excuſatur a peccato. Poſtq̃ vero ei de vita viri conſtiterit, nõ debet debitũ, nec exigere, nec reddere, etiam ſi eccleſia per excõmunicationem cogat: eccleſia. n. iudicat ſecundum ea quæ exterius apparẽt, ſed per conſcientiam aliquis obligatur ad iudicium Dei, qui cor intuetur, & ideo ſtandum eſt conſcientiæ, quantũcunq; eccleſia exterius cogat, quãuis contrarium dicat magiſter in litera, & Hug. de ſancto Vict. quorum dicta non tenentur.

In alio ſcript. vt hic. d. 37. ar. 1. c.

Diſtinct. Trigeſimanona.

Poſt hæc de diſpari cultu &c.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum diſparitas cultus matrimonium impediat.

Secundo vtrum inter infideles poſſit eſſe matrimonium.

Tertio ſi per alterius conuerſionem matrimonium poſſit ſolui.

Quarto vtrum poſſit fidelis cum infideli manere in matrimonio prius contracto.

Articulus primus.

Ad primum ſic proceditur, & videtur ꝙ diſparitas cultus matrimonium non impediat. Hæreticus. n. & catholicus non ſunt vnius cultus. ſed tamen inter eos poteſt eſſe matrimonium. ergo diſparitas cultus non impedit matrimoniũ. Præterea. Sponſalia ad matrimoniũ ordinãtur ſed inter fidelem, & infidelem poſſunt

In alio ſcrip. vt hic, ar. 1. o. 1. Cor. 7 l. 2. co. 2.

contrahi

contrahi ſponſalia. ergo & matrimonium. Præterea. Tempore legis naturę diſparitas cultus matrimoniũ nõ ĩpediebat, alias Ioſeph cũ Ægiptia non contraxiſſet: ſimiliter nec tẽpore legis Moiſi: Dicitur.n. Deut.21. Sj egreſſus ad pugnam videris mulierem pulchrã in medio captiuorum, dormiesq; cũ ea, & erit tibi vxor.&c. Heſter ẽt cum Aſuero contraxit, qui infidelis erat. ergo nec in noua lege diſparitas cultus matrimoniũ ĩpedit. Præterea. Sicut fidei opponitur infidelitas, ita charitati omnia peccata mortalia opponuntur. cum ergo cõiunctio Chriſti ad Eccleſiam, quã matrimoniũ ſignificat, perfectius per charitatẽ q̃ p fidẽ fiat, videtur ꝙ ſi infidelitas alterius coniugis matrimoniũ impedit, ꝙ pari ratiõe alia peccata mortalia matrimoniũ impedirent, quod patet eſſe falſum. Sed cõtra eſt quod dicitur.2.Cor.6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. ſed vxor & vir ſimul iugum ducunt᾽. ergo non debet vxor fidelis virum infidelem in matrimoniũ accipere. Præterea. Deut. 7. dicitur. Non inibis cum eis fœdus .ſ. cum infidelibus, neq; ſociabis cum eis coniugia. Reſpon. Dicendum ꝙ ratiõabiliter cultus diſparitas matrimonium impedit, non inquantũ eſt in officium naturę, ſed inquantum eſt in obſequium Dei, vt.ſ. per matrimoniũ quæratur proles ad cultũ Dei edu canda, quod alterius cõiugum infidelitas impediret. Sciendum tamen ꝙ ſi infidelitas in altero coniugum matrimonium præcedat, dirimitur matrimonium ſequens, etiam quantum ad vinculum. Si vero infidelitas alterius coniugis matrimoniũ ſequatur, non propter hoc vinculũ matrimoniale dirimitur, ſed poteſt fieri ſeparatio a thoro, & cohabitatiõe, ſicut & propter fornicationem carnalẽ. Nam carnalis fornicatio vxoris impedit prolem, ſecundum quod eſt a natura intẽta: facit.n. prolis incertitudinem. Spiritualis vero fornicatio, quæ eſt p infidelitatem, impedit prolem, ſecundum quod eſt intenta per gratiam, vt dictũ eſt. Ad primum ergo dicendum ꝙ quia matrimonium eſt ſacramentum, quantum ad ſacramenti neceſſitatem pertinet, magis requirit in fidei ſacramento.ſ. baptiſmo paritatẽ, q̃ in ipſa interiori fide. Quare ſiquis cum baptizata, & hæretica contraheret, peccaret quidem, ſi ſciuiſſet antea eam hęreticam eſſe, ſed verum eſſet matrimonium. Si vero baptizatus cum nondũ baptizata, interius tamen habente fidem, contraheret, non eſſet verũ matrimonium. Vnde & hoc impedimentum non dicitur diſparitas fidei, ſed cultus, qui in exteriori obſeruatione conſiſtit. Ad ſecundum dicendum ꝙ nec ſponſalia fidelis cum infideli cõtrahere poteſt, niſi conditione appoſita de conuerſione futura ante matrimonium. Ad tertium dicendum ꝙ ꝓbabiliter poteſt credi ꝙ Ægyptia, quã Ioſeph accepit vxorem, & Æthiopiſſa cum qua Moiſes cõtraxit, ad cultum Dei fuerint conuerſę. Et ꝙ vnitatem cultus, etiam ante datam legem, ſancti patres obſeruauerint patet ex hoc quod dicitur Geñ.34. Non poſſumus facere quod petitis, nec dare ſororem noſtram homini incircũciſo, quod illicitũ & nepharium apud nos eſt. Spãliter tñ in lege Moiſi prohibitum fuit de infidelibus terræ Chanaham, quæ propter vicinitatem magis poterant pertrahere ad errorem. In noua autem lege eadem prohibitionis ratio eſt ad omnes, cum fideles ſint vbiq; per mundum diſperſi. Et ſic patet ꝙ Heſter non fecit contra pro-

h bitionem Deutero. cõtrahens cum Aſſuero, q̃uis ipſa Heſter non ex pro prio beneplacito, ſed ex diuina diſpẽ ſatione cum eo contraxiſſe poſſit in telligi. Vnde dicitur Heſt. 14. Noſti quia oderim gloriã iniquorum, & deteſter cubile incircũciſorum, & omnis alienigenę. Ad quartum dicendũ ꝙ alia pctã mortalia, licet charitati opponantur, non tñ ita impediunt matrimonii finem, ſicut infidelitas, vt ex dictis patet, & ideo ratio non ſequitur.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic.

AD ſecundum ſic proceditur, & vr̃ ꝙ inter infideles matrimoniũ eſſe nõ poſſit: Matrimonium.n. excuſat carnalem concubitum a peccato, quod vt videtur, facere non poteſt, niſi inquantum eſt ſacramentum. Sed non baptizati non ſunt capaces alterius ſacramenti, cum baptiſmus ſit ianua ſacramentorum. ergo inter infideles nõ poteſt eſſe matrimonium excuſans carnalem copulam a peccato. Præterea. Duo mala magis ſunt impeditiua boni, q̃ vnum. ſed infidelitas vnius coniugis impedit matrimonium. ergo multomagis infidelitas duorum. Præterea. Diſparitas cultus impedit matrimonium, hoc autem poteſt eſſe inter duos infideles, vt puta ſi vnus ſit iudæus, & alter gentilis. ergo nec inter infideles poteſt eſſe matrimonium. Sed contra eſt quod dicitur. 1. ad Cor. 7. Si quis frater habet vxorem infidelem &c. ſed hoc nõ poteſt itelligi ita ꝙ matrimonium ſit contractum inter eos, niſi qñ vterq; erat infidelis. ergo ẽt iter infideles matrimonium eſt. Præterea. Ea quæ ſunt de iure naturali, ſunt omnibus cõmunia. ſed matrimonium eſt huiuſmodi, vt ſupra habitum eſt. ergo non ſolum eſt apud fideles, ſed etiam apud infideles. Reſpon. Dicendum ꝙ matrimonium dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo ſecundum quòd eſt in officium naturæ, & ſic inter infideles eſſe poteſt, qui naturali iure nõ deſtituuntur. Alio modo ſecundnm ꝙ eſt eccleſiæ ſacramentum, prout. ſ. agitur cum fide cõiunctionis Chriſti, & eccleſiæ, ſecundum quod diſpoſitioni eccleſiæ ſubditur, & ad cultum Dei propagandum ordinatur, & ſic nõ eſt inter infideles Ad primum ergo dicendum ꝙ carnalis concubitus poteſt dupliciter excuſari per matrimoniũ. Vno modo vt ſit meritorius, & ſic excuſatur per matrimonium, inquãtum eſt eccleſiæ ſacramentum in fide Chriſti contractum. Alio modo excuſatur ne ſit peccatum, & pęnę ęternę cauſa, & ſic poteſt excuſari per matrimonium, ſecundum ꝙ eſt inter infideles, ſicut & aliqui eorum actus excuſantur a peccato per virtutes politicas: ad actum enim matrimonii, & temperantia põt concurrere, quæ facit moderate delectationibus carnis vti, & iuſtitia quæ facit debitum reddi. Ad ſecundum dicendum ꝙ diſparitas cultus matrimonium impedit, ratiõe contrariæ intentionis, prout quiſq; ad ſuam fidem prolem trahere nitiur, & ſic etiam imminet periculum non ſolum de impedimento gratiæ, ſed etiam de impedimento naturę. Ad tertium dicendum quòd per ius diuinum, vel eccleſiæ ſtatutum, non impeditur quin inter infideles diuerſi cultus matrimonium eſſe poſſit, qa apud Deum, & eccleſiam eodem pacto infidelis reputatur qualitercunq; quis a fide deuiet. Poteſt tamen impediri ne inter eos ſit matrimonium aliquo iure poſitiuo apud eos, per qd ius naturæ eſt determinabile.

Articulus

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic, ar. 4. o. 1. Cor. 7. l. 3. co. 3.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ſi poſt matrimonium in infidelitate contractum vir conuertatur ad fidem non poſſit vxorem dimittere: Nullum enim impedimentum matrimonio ſuperueniẽs dirimit ipſum, vt ſupra dictum eſt. ſed inter eos erat verum matrimonium quãdo ambo infideles erant. ergo ſubſequens diſparitas cultus, per conuerſioné vnius, matrimonium dirimere non poteſt, & ſic vnus non põt alium dimittere. Præterea. Parentes tenentur bonum prolis procurare, nõ ſolum corporale ſed etiam ſpirituale. ſed proles remanet in periculo ſpiritualis ſalutis, ſi fidelis diſcedat a matrimonio: quia infidelis libere pertraheret ad errorem. ergo non licet fideli diſcedere. Præterea. Si fidelis poſſet infidelem dimittere, videtur ẽt ꝙ poſſet cum alio cõtrahere. ſed hoc non poteſt eſſe, quia ſi vxor poſtmodum conuerteretur deberet eam accipere, & ſic haberet duas vxores ſimul; quod eſſe nõ poteſt. ergo. fidelis infidelem dimittere non poteſt. Sed contra eſt quod Apoſt. dicit. 1. ad Corin. 7. Nam cęteris ego dico, non Dominus, ſi aliquis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illã. ad hoc q̃ ex pcepto Domini non tenetur, & ſic videtur ꝙ licite poſſit eam dimittere. Præterea. Vinculum matrimonii non durat niſi vſq; ad mortẽ. ſed per baptiſmum aliqs Chriſto cõmoritur, vt dicitur Ro. 6. ergo liberatur a vinculo quo vxori tenebatur, & ſic poteſt eam licite dimittere. Reſpon. Dicendum ꝙ, ſicut dictum eſt, inter infideles põt eſſe matrimonium ſecundum ꝙ eſt in officium naturæ, non autem ſecundum ꝙ eſt gratiæ ſacramentum. Matrimonium autẽ perfectę inſeparabilitatis rationem habet, ex hoc ꝙ eſt ſacramentum ſignãs Chriſti, & eccleſiæ vnionem inſeparabilem, & ideo matrimonium inter infideles cõtractum, quãuis ſit verum, nõ tamẽ eſt adeo ratum, & firmum, quod nullo modo poſſit ſeparari: Si enim alter coniugum conuertatur ad fidẽ altero in infidelitate permanente, fidelis poteſt ab infideli diſcedere. Sed in hoc eſt diſtinguẽdũ, ꝙ ſi infidelis vult cohabitare ſine cõtumelia creatoris, fidelis diſcedens non poteſt alteri nubere. Si vero infidelis hoc non velit, ſed in verba blaſphemię prorumpat, & ad infidelitatem fidelem pertrahere nitatur, tunc fidelis diſcedẽs poteſt alteri nubere. Ad primum ergo dicendũ ꝙ regula illa intellgitur de matrimonio, quod non ſolum eſt verum per mutuum cõſenſum verbis de præſenti expreſſum, ſed etiam ratificatum per fidem Chriſti in vtroq;, & carnali copula conſumatum. Ad ſecundũ dicendum ꝙ in tali caſu proles, aut peruenit ad perfectam ętatem, & tunc liberum eſt ſibi fidelem, vel infidelem, ſequi, aut eſt in minori ętate conſtitutus, & tunc debet dari fideli, non obſtante ꝙ indiget matris obſequio ad educationem. Ad tertium dicendũ ꝙ ſi poſt conuerſionem viri ſit aliqua ſpes probabilis de conuerſione vxoris, etiam tunc actualiter ad infidelitatem pertrahere conantis, non debet vir votum continentiæ emittere, nec ad aliud matrimonium tranſire. Si autem non ſit ſpes de eius conuerſione, poteſt vtrũq; facere, prius tamen requiſita vxore quòd conuertatur. Quæ ſi tunc nolit, & poſtea peracto tempore conuertatur, non eſt ei vir ſuus reddendus, ſi votum emiſerit, vel cum alia contraxerit, & debet ſi-

In alio ſcript. vt hic, art. 5. o.

bi, imputari in pœnam tarde conuerſionis.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic, art. 3. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ fidelis conuerſus ad fidē cum infideli contrahere nō poſſit: Dicit.n.canon, ꝙ non poteſt infidelis in eius coniunctione permanere, quæ iam in Chriſtianam tranſlata eſt fidem. Præterea. Matrimonium factum in [gradu] prohibito, eſt dirimendū. ſed infideles quandoq; cōtrahunt in gradu ab eccleſia prohibito. ergo ad minus in hoc caſu, fidelis cū infideli permanere non poteſt. Pręterea. Fidelis non poteſt ſimul habere plures vxores. hoc autem cōtingeret ſi poſſet poſt cōuerſionem cum priori vxore cōmorari, quia cōtingit quādoq; ꝙ infidelis habuit plures vxores ſimul, vel etiam vna repudiata aliam duxerit. ergo videtur ꝙ non poſſit fidelis cum infideli coniuge permanere. Sed contra eſt ꝙ Apoſt. 1. Cor. 7. conſulit ꝙ commaneant. Præterea. Vir debet procurare ſalutē vxoris, & econuerſo. ſed fidelis cum infideli cōmanēdo poteſt eius ſalutem procurare. ergo videtur ꝙ poſſit ei commanere. Reſpond. Dicendum ꝙ circa hoc, conſiderandum eſt quid ſit licitum, & quid expediens. Licitum quidem eſt vt fidelis infidelem dimittat in quocunq; caſu: quia per baptiſmum, iam tranſiuit in aliam vitam, cuius vxor non eſt particeps. Expediens autem videtur, & de hoc Apoſtolus conſilium dat, ꝙ ſi infidelis conſentit habitare ſine ignominia Creatoris, fidelis infidelem non dimittat, & præcipue ſi de eius conuerſione ſpes habeatur, alias non debet cōmanere, tū propter ſuum periculū, tum propter periculum prolis, & ratio eſt, quia periculum eſt ne proles ſequatur cultum infidelis parentis, & ne fidelis peruertatur per infidelem. Sed tamen conſiliū Apoſtoli tenuit, ſecundum alios, in pricipio, & progreſſu eccleſiæ aliqualiter, & non nunc quando nec valet cum muliere volente habitare ſine cōtumelia Creatoris, & ſcandalo coniugis. Et huius ratio patet in prima ſolutione primi argumenti. Alii tamen dicunt ꝙ adhuc tenet conſilium Apoſtoli, quo ad omnes. Tertii vero dicūt ꝙ tenet quo ad gentiles, non quo ad iudęos. Ad primum ergo dicendū ꝙ in primitiua eccleſia ſpes erat de cōuerſione omnium, tam gentilium, ꝗ iudeorum, & ideo fideli conſulendū erat ꝙ cum infideli cōmaneret, niſi expreſſa ſigna ptinaciæ apparerēt. Poſtmodum vero iudęis, in infidelitate obſtinatis, gentilibus vero ad conuerſionem pronis, non eſt permiſſum fideli habitare cū coniuge iudęo, ſed tamen cum gentili, & ſecundum hoc loquitur decretum illud. Nunc autem obduratis vtriſq;, fidelis nō permittitur cohabitare, neq; infideli gentili, neq; iudæo. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſi infideles coniuncti inueniantur in gradibus iure diuino prohibitis, Leu. 18. non permittuntur cōmanere, altero, vel vtroq; conuerſo ad fidem. Permittuntur autem ſi inueniantur coniuncti in gradibus per eccleſiam ſolū prohibitis, quia ĩfideles nō ſunt aſtricti ſtatuto eccleſiæ, ſed iuri diuino, cōtra quod verum matrimonium inter eos eſſe non poterat. Ad tertium dicendum ꝙ cum habere plures vxores, & vxoris repudium ſit contra legem naturæ, vt ſupra dictum eſt, neutrum infidelibus licet. Vnde ſi aliquis infidelis conuertatur habēs ſimul plures vxores, vel vnam, altera repudiata, ſi omnes ſimul conuertantur, debet primam tenere, & alias abiicere. Poteſt

teſt tamẽ cum aliqua illarum,etſi illa conuerſa fuerit,renuente ſcõuerti prima,libere contrahere,ſicuti & cũ alia quacunq; fœmina.

Diſtin. XL.& XLI.

Nunc ſupereſt de

cognatione &c.

Quęſtio vnica.

Circa hanc diſtinctionem,& ſequentẽ quæruntur quatuor.

Primo vtrum conſanguinitas matrimonium impediat.

Secundo vtrum affinitas.

Tertio de gradibus cõſanguinitatis, & affinitatis.

Quarto de ſeparatione matrimonii quæ fit propter alterum iſtorum.

Articulus primus.

In alio ſcript: vt hic.art.3. o.

AD primum ſic proceditur,& vĩ q; conſanguinitas matrimoniũ nõ impediat.Nihil.n.ĩpedit matrimonium niſi quod cõtrariatur alicui matrimonii bono. ſed conſanguinitas non eſt huiuſmodi, immo magis videtur iuuare,quia iter propinquos eſt melior,& firmior coniunctio.ergo conſanguinitas matrimonium nõ impedit. Præterea. Matrimonium eſt de iure naturali,quod eſt in hominibus,& brutis,vt dicitur in pricipio .ff.ſed barbaræ nationes,& bruta animalia nulla propinquitate ſanguinis ab actu matrimonii retrahũtur. ergo conſanguinitas matrimonium nõ impedit. Præterea. Si conſanguinitas matrimonium impedit,hoc nõ eſt niſi ratione alicuius propinquitatis.ſed non eſt maior propinquitas inter conſanguineos,q̃ inter quoſcũq;, cum omnes ſpecie cõueniant & a primo parente proceſſerint. ergo cõſanguinitas matrimonium non impedit. Sed contra eſt quod dicitur Leui.18. Turpitudinem ſororis tuæ non reuelabis. Præterea. Illud quod impedit bonum prolis, debet matrimonium impedire.ſed cõſanguinitas eſt huiuſmodi,vt patet per Greg.qui dicit.Experimento didicimus ex cõſanguineorum coniugio ſobolem non poſſe ſuccreſcere.ergo cõſanguinitas impedit matrimonium. Reſpond. Dicendum q; duplici de cauſa conſanguinitas matrimonium rationabiliter impedit. Primo ad concupiſcentiam reprimẽdam,cui magnus aditus pręberetur,niſi eſſet carnalis copula interdicta iter illas perſonas q̃s oportet in eadem domo conuerſari,vtpote ad eandem familiam pertinentes, & ex hac cauſa aliquæ perſonæ coniunctę,diuino iure a matrimonio excludũtur, Leu.18.Alia ratio eſt propter fędus amicitię inter homines ampliandum,quod fit dum matrimonia non contrahuntur inter eos qui aliquo naturali fœdere iunguntur,& de hac cauſa iure poſitiuo multo plures perſonæ excluduntur. Sed tertia ratio eſt ſpecialis quantum ad matrem, & patrem.Cum.n.matrimonium contractum præiudicaret naturali ſubiectioni,& reuerentiæ quam eis filii debent,huiuſmodi perſonæ de iure naturali excluduntur a matrimonio.

Ad primum ergo dicendum q; licet conſanguinitas nõ impediat bonum prolis,niſi forte ex diuino iudicio,in quantum matrimonium contrahitur contra præceptum, de ſe tamen impedit alia bõa quæ ſunt matrimonio annexa. Ad ſecundum dicendum q; ſi barbari aliqui,patri vel matri, q̃ a matrimonio excluduntur ſecundũ ius naturale,carnaliter cõmiſcentur, procedit ex feruore concupiſcentiæ naturalem rationem obfuſcantis. In animalibus vero aliis non eſt per na-

turam indita reuerētia ad parētes in omne tempus, ſed forte in aliquod aliquibus animalibus, vñ omnia animalia abhorrent cōmixtionem parētum,& ſi aliqua abhorreāt q̃ diu manet in ipſis parentum cognitio,& reuerentia, vt patet per illud quod narrat Philoſophus in octauo de animalibus, de equo,& camelo. Ad tertium dicendum ꝙ conſanguinei, nō ſolum in principiis ſpeciei conueniunt, ſicut omnes homines, ſed etiam in hoc ꝙ virtutes quædam a parentibus in filios relinquuntur, ratione quarum filii parentibus ſimulantur, non ſolum in accidētibus ſpeciei, ſed etiam in accidentibus indiuidui. Hæ autem virtutes per proceſſum generationis euaneſcunt,& ideo conſanguinitas non manet inter aliquos, q̃uis in prio parēte, vel remotis parētibus cōueniāt.

Articulus ſecundus.

In alio ſcrip. vt hic. art. 2.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ affinitas matrimoniū non impediat. Effectus enim ſuā cauſam non impedit. ſed affinitas eſt matrimonii effectus. ergo non poteſt matrimonium impedire. Præterea. Si affinis nō poteſt in matrimonium duci, hoc non eſt niſi quia eſt conſanguineo coniuncta: hoc autem impedire nō poteſt, cum inter eam & ipſum cōſanguineum matrimonium ſit, vel ſi impediret ad tempus, ſaltem poſt mortem conſanguinei nō impediret, quia ceſſante cauſa ceſſat effectus. ergo affinitas non debet poni matrimonii impedimentum. Præterea. Sicut eſt quędam coniunctio per matrimonium, ita & per fornicarium concubitum,& per ſponſalia. ſed per fornicarium concubitum non cauſatur affinitas, vt matrimonium impediat: quia pari ratione cauſaretur per cōcubitum cōtra naturam, quod eſt cōtra iura: ſimiliter nec per ſponſalia, cum ſponſalia ſint ſeparabilia, affinitas vero ſit perpetua. ergo nec affinitas ex matrimonio cauſata matrimonium impedit. Præterea. Si cōſanguinitas propinquitatem aliquā cauſat matrimonium impedientem, quæ affinitas dicatur, pari ratione & illa ꝓpinquitas aliam cauſabit,& ſic procedetur in infinitum, quod eſt inconueniēs. ergo & primum. ſ. ꝙ affinitas matrimonium impediat. Sed contra eſt, quod dicitur Leui. 18. Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis. Quæ quidem propinquitas ad affinitatem pertinet. ergo affinitas matrimonium impedit. Præterea. Gen. 2. dicitur de viro,& vxore. Erūt duo in carne vna. ſed propter carnalem propinquitatem non poteſt contractus matrimonii fieri cum conſanguineo. ergo pari ratione nec cū vxore conſanguinei. Reſpond. Dicendum ꝙ naturalis propinquitas ex naturali coniunctione procedit, quę quidem dupliciter poteſt fieri. Vno modo per generationem, prout filius cōiungitur patri ſecundum aſſimilationem,& ex hoc cauſatur conſanguinitas. Alio modo per carnalem copulam, quæ eſt etiam actus naturæ ad generationem ordinatus,& ex hac cauſatur affinitas, quę quidē impedit matrimonium eiſdē rationibus quibus & conſanguinitas, vt de facili patere poteſt. Et tamen ſciēdum eſt ꝙ ſi præcedat matrimonium impedit contrahendum,& dirimit cōtractum, nō aūt ſi ſequitur, ſed ille ex cuius culpa affinitas cauſatur amittet ius debitū petēdi. Ad primū ergo dicendum ꝙ affinitas nō impedit matrimonium ex quo cauſatur, ſed aliud. Ad ſecundum dicendum ꝙ quāuis vxor non ſit affinis viro, habet tamen cum eo perfec-

tius

tius vinculum quod eſt affinitatis cauſa: Nec oportet ꝙ moriẽte viro ceſſet affinitas, quia relationes quæ cauſantur ex actione præterita non poſſunt deficere manentibus extremis: quod enim eſt præteritum non poteſt non fuiſſe, & hoc patet in filiatione, quæ cauſatur ex generatione præterita. Vnde quã diu manent extrema, manet relatio, non obſtante ꝙ generatio nõ maneat, & ſic ẽ in propoſito de affinitate. Ad tertium dicendum ꝙ cõcubitus fornicarius aliquo modo habet naturalem coniunctionem, ſecundum ꝙ per eum fit cõmixtio ſeminũ ex qua proles naſci põt. Vñ ſi aliqs inuadat clauſtra pudoris vel frangat, niſi cõmixtio ſeminum ſequatur, nõ cõtrahitur ex hoc affinitas, ex quo patet quòd ex concubitu contra naturã in quo tàlis cõmixtio ſeminũ non fit, non eſt cauſa affinitatis. Sponſalia vero, quia non ſunt matrimonium completum, ſed pręparatio ad matrimonium, non cauſant affinitatem, ſed aliquid ſimile, quod dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia, & eſt propinquitas quędam ex ſponſalibus proueniẽs, robur trahens ab eccleſię inſtitutione, propter eius honeſtatem. Ad tertium dicendum ꝙ naturalis propinquitas diuerſimode variatur, perſona addita ſecundum alteram coniunctionem naturalium prædictorum: Nam perſona addita ꝑ generationem facit aliũ gradum propinquitatis in eodem genere: ſed ꝑſona addita per carnis cõmixtionem mutat genus propinquitatis, ſed nõ gradus, ſicut filius filii eſt in alio gradu propinquitatis q̃ filius, ſed vxor filii eſt in eodem gradu, ſed in alio genere, quia filius eſt conſanguineus, & vxor eius affinis. Vnde ver. Mutat nupta genus, ſed generata gradus: Et ideo ſi perſonæ quæ eſt affinis alia perſona per carnalem copulam coniungatur, non erit affinitas, ſed alterius generis propinquitas, quę vſq; ad tertiũ genus olim matrimonium impediebat, magis propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, ex ſtatuto eccleſiæ, q̃ propter affinitatem. Nunc au ẽ illa prohibitio eſt reuocata, & ſola vera affinitas quæ eſt in primo genere, matrimonium impedit.

In alio ſcript. vt hic. art. 1. q̃ſtiuncu. 2.o.

In alio ſcript. vt hic. art. 1. q̃ſtiũcula. 3.o.

In alio ſcript. vt. hic, art. 1. q̃ſtiuncu. 4.o.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter cõſanguinitati, & affinitati gradus aſſignentur: Gradus enim diſtinctionem quãdam importat. oportet ergo ꝙ illi qui ſunt ęqualiter cõſanguinei ſint in eodem gradu, & econuerſo: hoc autem nõ inuenitur, quia propatruus, & pronepos ſunt in eodem gradu, & ſimiliter pater, & patruus, nec tamen ſunt ęqualiter cõſanguinei. ergo gradus conſanguinitatis inconuenienter aſſignantur. Præterea. Gradus inter duo neceſſario eſt. ſed duo puncta ad lineam ſufficiunt. ergo gradus conſanguinitatis non debet aliud poni q̃ linea. Præterea. Matrimonium eſt a Deo inſtitutum. ſed ea quæ ſunt huiuſmodi ſubiacent humanæ diſpoſitioni, quia dicitur Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. ergo non videtur ꝙ per eccleſiam poſſint determinari gradus conſanguinitatis matrimonium impediẽtes, quandoq; plùres, quandoq; pauciores. Præterea. Conſanguinitas gradus habet per ſe, inquantum eſt ꝓpinquitas quędam. ſed affinitas etiam eſt quędam propinquitas. ergo habet per ſe gradus conſanguinitatis. Præterea. Conſanguinitas, maior propinquitas eſt q̃ affinitas, cum ſit affinitatis cauſa. ergo plures gradus debẽt eſſe conſanguinitatis q̃ affinitatis.

In alio ſcript. vt hic. d. 40 ar. 3. o. et 41. art. 1. q̃ſtiun. 2. o.

Reſpond. Dicendum ꝙ in conſanguinitate diſtinguũtur, & lineæ & gradus. Lineę quidem ſecundum diuerſas habitudines, quarũ vna eſt principii ad principatum, vt patris ad filium, & ſm hãc ſumitur linea aſcendentium. Alia eſt habitudo principiati ad principium, vt filii ad patrem, & ſecundũ hanc ſumitur linea deſcẽdẽtium. Tertia eſt habitudo duorum qui ſunt ab vno principio, vt fratres, & ſecundum hanc ſumitur linea tranſuerſalium. Sed quia generatio non quieſcit in vno, ſed vltra procedit, ideo ſecundũ diuerſos generationis terminos in eadem linea diuerſi gradus computantur. In linea quidem aſcendentiũ, vel deſcendentium, ſecundum diſtantiam perſonæ a perſona, inter quas quæritur cognationis gradus, ſicut filius & pater ſunt in primo gradu, quia primo occurrunt aſcendenti, vel deſcendenti. Auus autem, & nepos in ſecundo, quia occurrunt in ſecundo, & ſic de aliis. Sed in linea tranſuerſaliũ cõputatur gradus ſecundum diſtantiam magis diſtantis a cõmuni generationis principio: quia quantum aliquis ab eo diſtat ad minus, tãtum diſtat ab omnibus, qui ratione eius cõiunguntur. Poteſt autem plus diſtare, ſi alius plus diſtet a cõmuni principio, ſicut filius patris qui diſtat in ſecundo gradu a patre, diſtat a ſorore ſimiliter in ſecundo, quãuis ſoror ad patrem ſit in primo. Alius tamen computatiõis modus tangitur in litera, ſecundum ꝙ primum principium conſanguinitatis ponitur, non aliqua perſona, ſed aliqua conſanguinitas, quæ. ſ. eſt patris ad filium, & ſic filius nõ facit gradum, ſed computatur cum radice: vnde nlius filii occurret in primo gradu, quia ſecundum primam computationem occurrebat in ſecundo. Ad primum ergo dicendũ ꝙ illi qui ſunt in eodem gradu, quãuis ſint æqualiter conſanguinei quadam quantitate quaſi dimenſiua, non tamen ſemper intenſiue: quia plus attinet alicui intẽſiue cõmune generationis principiũ ꝙ̃ illi qui ab eo deſcendunt: quãuis in eodem gradu computentur, & ꝓpter hoc patruus eſt magis conſanguineus alicui ꝙ̃ nepos eius, quia patruus eſt propinquior cõmuni principio. Pater autem, & patruus non ſunt in eodẽ gradu reſpectu nepotis qui eſt ad patruum in ſecundo, & ad patrem in primo gradu, quãuis per comparatiõnem ad auum ſint in eodem gradu. Ad ſecundum dicendum ꝙ linea hic ſumitur pro iis qui linealiter diſponuntur, qui quandoq; ſunt pluriũ graduum, & propter hoc linea cõtra gradum diſtinguitur. Ad tertium dicendum ꝙ conſanguinitas ſecundum ſe, cum ſit quædam naturalis vnio, nõ ſubiacet eccleſiæ ſtatuto, ſed ſolũ ꝓut eſt matrimonii impedimentum. Non enim poteſt facere vt aliqui ſint plus vel minus conſanguinei, ſed vt in aliquo gradu poſſint vel non poſſint cõtrahere matrimonium, quantum ad illos gradus qui nõ ſunt prohibiti iure naturali, vel iure diuino. Et ideo primo fuerunt prohibiti ſeptem gradus, propter cauſam quę in litera tangitur, poſtea vero, propter pericula quæ imminebant, reſtricta eſt prohibitio vſq; ad quartum gradum. Ad quartum dicendum ꝙ gradus diuerſificantur per propagationem perſonæ a perſona, quæ cõſanguinitatem cauſat, non autem affinitatem, & ideo gradus per ſe ad conſanguinitatẽ pertinent, ſed ad affinitatem per accidẽs, & antiquitus filius affinis fuiſſet reputatus affinis, & a matrimonio prohibitus, & ſic de aliis gradibus, propter

publicę

publicæ honeſtatis iuſtitiam qd nunc eſt per noua iura reuocatum: Et per hoc patet ſolutio ad quintum, qa ex quo affinitas non habet gradus, niſi per ordinem ad conſanguinitatem, tot gradus habet quot conſanguinitas, & eoſdem.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ matrimonium nō ſit dirimendum propter conſanguinitatem, & affinitatem: Fauorabilius enim eſt matrimonii vinculum ꝗ dominii. ſed per longi tēporis pręſcriptionem acquirit aliquis dominium in re cuius non erat dominus. ergo ꝑ diuturnitatē temporis matrimoniū inter conſanguineos vel affines ignoranter contractum ratificatur, & præcipue ſi authoritas eccleſię interuenerit. Præterea. De ſimilibus eſt idem iudicium. ſed ſimilis conſanguinitas eſt duorum fratrum ad duas ſorores. ergo ſi matrimonium inter vnum fratrem, & vnam ſororem dirimitur, pari ratione videtur ꝙ debeat dirimi inter alium fratrem, & aliam ſororem. Præterea. Iudicium eccleſiæ ad ſeparationē matrimonii procedere nō debet, niſi ſit accuſatio, & teſtificatio. ſed nec debitus modus ſeruatur accuſationis cum nō pręcedat inſcriptio per quam accuſator ſe ad talionem obliget, nec debitus modus teſtificationis, cum propinqui admittātur ad teſtimonium qui poſſunt eſſe ſuſpecti propter amorē alterius partis. ergo eccleſia non recte procedit ad dirimēdum matrimonium conſanguineoꝝ, vel affinium. Sed contra. Omnis coniunctio quæ non eſt matrimonialis inter virum, & vxorem eſt cum peccato, & ideo ſeparanda. ſed inter conſanguineos vel affines non poteſt eſſe matrimonium, vt ex dictis patet. ergo ſi de facto contraxerint ſunt ſeparandi. Præterea. Sicut propinquitas carnalis impedit matrimoniū, ita & diſtantia cultus. ſed propter diſparitatem cultus matrimonium ſeparatur, vt patet Eſdr. 10. ergo & propter conſanguinitatem, & affinitatem.

In alio ſcript. vt hic, art. 5. o.

Reſpon. Dicendum ꝙ conſanguinitas, & affinitas inter illa impedimenta ſunt quæ impediunt contrahendū, & dirimunt contractum, & ideo quandocunq; probatur conſanguinitas vł affinitas matrimonium præceſſiſſe, iudicio eccleſiæ ſeparatur. Ad primū ergo dicendum ꝙ illa quæ ſine peccato eſſe non poſſunt, nulla præſcriptione firmantur, & ideo diuturnitas temporis non impedit quin conſanguineorum, vel affinium matrimonia ſeparentur, nec fauor matrimonii qd nunquā fuit, nec authoritas eccleſiæ quæ in facto decipi poteſt. Ad ſecundum dicendum ꝙ quāuis iudicio eccleſiæ vnus fratrum ab vna ſororū ſeparetur, non propter hoc oportet ꝙ eccleſia aliud matrimonium ſeparet quod eſt inter alium fratrē, & aliā ſororem, quia in foro cōtentioſo res inter alios acta, aliis non præiudicat. Sed in foro conſcientię nō debent cōmanere, niſi forte conſcientiam ſuam forment, ꝙ ſit in cauſa per falſos teſtes proceſſum. Ad tertium dicendum ꝙ accuſatio non ſit hic ad punitionem, & ideo non præcedit obligatio ad talionem. Propinqui autem admittuntur ad teſtimonium: quia de eis pręſumitur ꝙ melius conſanguinitatem cognoſcant.

Diſtin. Quadrageſimaſecūda.

Jam de ſpirituali cognatione &c.

Quęſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrũ ſpiritualis cognatio matrimonium impediat.

Secundo qualiter cauſetur.

Tertio vtrum legalis cognatio matrimonium impediat.

Quarto vtrum ſecundæ nuptiæ ſint licitæ.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. quol.6.q. 3.ar.2.o.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſpiritualis cognatio matrimonium non impediat: Si enim impediat,nõ minus impedit q̃ carnalis,quia ſpirituale vinculum eſt fortius corporali. ſed carnalis cognatio nunquam põt ſtare ſimul cum matrimonio, ſpiritualis autem poteſt ,ſicut cum quis in caſu neceſſitatis filium ſuum baptizat , ex quo ſpiritualem cognationem cõtrahit cũ vxore.ergo ſpiritualis cognatio non debet poni matrimonii impedimentum. Præterea. In cognatione carnali gradus quidã inueniuntur,vt ſupra dictum eſt. ſi ergo ſpiritualis cognatio impedimentum matrimonii ponitur ſicut & carnalis, deberet idem gradus ſeruari , quod patet eſſe falſum. Præterea, Carnalis cognatio non ſolum ſecundum ſe matrimonium impedit,ſed etiam ſecundum affinitatem quam cauſat . ex ſpirituali autem cognatione non cauſatur aliqua affinitas quæ matrimonium ĩpediat.ergo ſpiritualis cognatio non poteſt poni matrimonii impedimentum. Sed contra. Sanctius eſt vinculum ſpirituale, q̃ corporale. Sed corporalis cognationis vinculũ matrimonium impedit . ergo multo magis ſpiritualis impedire debet. Præterea. In matrimonio principalior eſt animarum coniunctio q̃ corporum,quia cauſa eius eſt. ergo ſicut cognatio carnalis impedit matrimonium ratione con iunctionis corporum, ita & ſpiritualis cognatio matrimonium impedit,inquantum eſt coniunctio animarum. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut ſupra dictum eſt,vna cauſa quare carnalis copula matrimonium impedit,eſt, quia impedit amicitiæ multiplicationem,dum ad eos nouum amicitiæ fœdus contrahitur,in quibus ſufficiens erat amicitiæ cauſa. Eadem vero ratio manet in cognatione ſpirituali:Nam ſufficiens amicitiæ cauſa relinquitur ex generatione ſpirituali,ſicut & ex carnali. Vnde dicit Apoſt. 1.ad Cor.4. Vt filios chariſſimos moneo:Nam in Chriſto Ieſu per euangelium ego vos genui:Et ideo rationabiliter ſpiritualis cognatio matrimonium impedit . Ad primum ergo dicendum , ꝙ quãuis cognatio ſpiritualis matrimonium impediat ſicut & carnalis,tamen hæc eſt differentia,ꝙ ſpiritualis cognatio,ſicut & affinitas,poteſt,& præcedere,& ſequi matrimonium,carnalis autem cognatio, quæ matrimonium impediat , nõ poteſt niſi præcedere . Nullum autem impedimentum matrimonio ſuperueniens dirimit matrimonii vinculum, q̃uis poſſit actum ĩpedire, ſed ſolum quando præcedit,& ideo conſanguinitas carnalis nunquã ſtat ſimul cum vinculo matrimoniali,& tamẽ poteſt contingere in cognatione ſpirituali & affinitate.Quòd ſi contingat de ſpirituali cognatione propter neceſſitatis articulum vel ex ignorantia ſufficienti,tamen adhibita diligentia, neuter coniugum amittit ius petendi debitum . Si autem ex induſtria,& non propter caſum neceſſitatis hoc fiat, tunc ille,ex cuius culpa cõtingit , ius amittit petendi debitum,quãuis reddere

dere teneatur. Ad ſecundum dicē dum ꝙ in ſacramentis ex quibus ſpirituális cognatio cauſatur oēs operā tur, vt vnum, ſecundum illud primæ ad Corin. 3. Qui plantat, & qui rigat vnum ſunt. Et ideo ille qui baptizatur a filio ſpirituali non fit ſpiritualiter propinquior patri ſpirituali ſui baptizatoris, q̃ ſi a quocūq; alio baptizaretur. In carnali autem cognatione aliquid proprium generans tradit genito, vnde ꝙ genitus a ſe genito tradit pertinet quodāmodo ad primum generantem, & ideo carnalis cognatio habet gradus, non autem ſpiritualis, ſed ſiſtit in primo gradu, qui in tribus modis attenditur. Primo inter patrem ſpiritualem, & filium ſpiritualem, ſecundo inter patrem carnalem, & patrem ſpiritualem, tertio inter filium ſpirituale, & filios carnales eiuſdem patris. Primus modus dicitur paternitas, vel maternitas, ſiue filiatio ſpiritualis, Secundus compaternitas, Tertius ſpiritualis fraternitas, & quælibet impedit cōtrahēdum, & dirimit contractum. Ad tertium dicendum ꝙ ſpiritualis cognatio cauſat etiam quandam affinitatem ſpiritualem in primo gradu: quando enim vxor alicuius filiū alterius mulieris de ſacro fonte leuat, tunc illa mulier, ſicut fit cōmater vxori, ita & viro, Nō autem ſpiritualis cognatio tranſit ad virū, ſi per actum alterius q̃ vxoris ſpiritualis cognatio cōtrahatur cum vxore, puta ſi pater vxoris baptizat aliquā puellam, fit.n. illa ſoror ſpiritualis vxori, non viro. Sed totum hoc non tenet, quando matrimonium nōdum eſt conſumatum.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. v hic. q. 1.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſpiritualis cognatio contrahatur non ſolum per baptiſmum & confirmationem. Sacramēta .n. ſunt ſacramētalibus pfectiora. ſed quædam ſacramentalia ſpūalē cognatione cāut, ſicut de catechiſmo in litera dicitur. ergo ſpiritualis cognatio per omnia ſacramenta contrahitur. Præterea. Pater, & filius, nomina ſunt cognationis. ſed hæc nomina, ex doctrina, & prælatione, & ex quibuſdam aliis cauſantur. ergo omnia huiuſmodi ſpiritualem cognationem cauſant. Præterea. Cognatio carnalis cauſatur ex generatione, qua pater filiū generat. ſed ille qui tenet aliquem ad cōfirmationem, vel leuat de ſacro fonte, non generat ſpiritualiter. ergo ad eum ſpiritualis cognatio non contrahitur. Præterea. Spirituale eſt propinquius ſpirituali q̃ carnali. ſi ergo aliquis leuās aliquē de ſacro fonte ſpiritualem cognationem cōtrahit cum patre carnali, multo fortius cum patre ſpirituali, qui ſimul eundem de ſacro fonte leuat. Præterea. In eodem gradu computantur pater, & filius, & frater. ſi ergo ſpiritualis cognatio trāſit a patre in filium, videtur ꝙ pari ratione tranſire debeat a filio in patrem, vel a fratre in fratrem, quod tamē non eſt. ergo inconuenienter modus contrahēdi ſpiritualem cognationem ab eccleſia eſt ſtatutus. Reſpond. Dicendum ꝙ cognatio ex generatione cauſatur, & ideo cum ſpiritualis generatio per duo ſacramenta cauſetur. ſ. p confirmationem, & baptiſmum, hæc duo ſacramenta ſpiritualem cognationem cauſant: Nam baptiſmus eſt quaſi generatio, vel natiuitas in vtero, confirmatio vero quædam natiuitas ex vtero, inquātum aliquis iam roboratus exponitur ad publice confitendum nomen Chriſti. Ad primū ergo dicendum ꝙ quidam dixerunt

ꝙ ſpũalis cognatio cauſatur ex quolibet ſacramentalium baptiſmi, quidam vero dicunt ꝙ ex ſolo catechiſmo, Neutrum autem videtur verum, quia in iis ſacramẽtalibus non eſt cõplementum generationis ſpiritualis, quod requiritur ad cognationem, quãuis ſecundum quoſdam ex catechiſmo cauſetur quoddam debile impedimentum, quod impedit contrahendum, ſed non dirimit contractum. Alia vero ſacramenta non habent generationis rationem, & ideo ſpiritualem cognationẽ nõ cauſant. Ad ſecundum dicendum ꝙ pater carnalis, inquãtum generat, eſt cognationis principium, non autem inquantũ nutrit vel inſtruit, & ideo prouiſores, vel doctores, qui ex horum ſimilitudine patres dicuntur, nõ habent aliquã ſpiritualem cognationem. Ad tertiũ dicendum ꝙ ille qui tenet ad confirmationem, vel qui leuat de ſacro fonte, qui Anadochus dicitur, ſecundum Dionyſ. gerit perſonam eccleſiæ, quæ in generatiõe ſpirituali eſt mater. Vnde nõ baptizatus, qui non eſt eccleſię membrum nõ poteſt hoc officio fungi, Ille vero qui ſacramẽtum tradit gerit perſonam Chriſti, qui eſt ſpiritualis pater, & iõ ad vtrũq; cauſatur ſpiritualis cognatio. Ad quartum dicendum ꝙ ſicut gratia fundatur ſuper naturam, ita & ſpiritualis cognatio ſuper carnalẽ, vnde oportet ꝙ inter compatres vnus ſit pater ſpiritualis, alter carnalis. Ad quintum dicendum, ꝙ filius eſt aliquid patris, ſicut vxor viri, & econuerſo, inquantũ ſunt vna caro, pater autem nõ eſt aliquid filii, nec frater aliquid fratris, & ideo ſpiritualis cognatio non tranſit a filio in patrem, nec a fratre in fratrẽ, tranſit autem a viro in vxorẽ, & econuerſo, & ſimiliter a patre in filium per actum proprium patris, vel coniugis, non autem per actum alienum. Vnde ſi aliquis baptizet filium alicuius, nõ habet aliquam ſpiritualem cognationem ad alios filios eiuſdem.

In alio ſcript. vt hic, q. 1. arti. 3. c.

In alio ſcript. vt hic. art. 3. qſtiunc. 1. et. 2. c.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ legalis cognatio, quę per adoptionem contrahitur, nõ impediat matrimonium: Sacramenta. n. eccleſiæ humanis legibus non ſubdũtur, ſed matrimonium eſt eccleſiæ ſacramentum. ergo adoptio per humanas leges introducta impedimentum matrimonii cauſare non poteſt. Prę terea. Cognatio eſt perpetuum matrimonii impedimentum. ſed cognatio legalis non eſt huiuſmodi, quia ſoluta adoptione per mortem adoptãtis, vel emancipationem adoptati, filius adoptiuus poteſt contrahere cũ filia naturali. ergo cognatio legalis non debet poni matrimonii impedimentum. Præt. Sicut cognatio ſpũalis ſuperadditur naturali, ita legalis. ſed ſpiritualis cognatio contrahitur cũ matre naturali filii ſpũalis. ergo & legalis. ſed ſpiritualis cognatio contrahitur cum perſona ſpiritualis filii non autem tranſit ad neptem, cuius contrarium in cognatione legali inuenitur. ergo inconuenienter legalis cognatio ponitur matrimonii impedimentum. Sed contra eſt quod dicit Nico. papa. Inter eos non contrahitur matrimoniũ, quos adoptio iungit. Pręterea. Multiplicatio amicitię quę per hoc impediretur, eſt cauſa aliq̃ quare carnalis cognatio matrimoniũ ipediat. ſed ſimiliter impediretur niſi legalis cognatio matrimonium impediret, quia legalis cognatio eſt ſufficiens amicitię cauſa. ergo legalis cognatio matrimoniũ impedit. Reſpon. Dicendum ꝙ per leges

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 2. c.

leges eſt adoptio introducta, per quã aliquis poteſt ſibi aſſumere perſonã extraneam in filium, vel nepotem, qui trãſit quodãmodo in poteſtatẽ adoptantis, & habet neceſſe conuerſari in domo ipſius, & ſic de facili poſſet luxurię aditus præberi niſi inter filium adoptiuum, & perſonas cõiunctas patri adoptanti eſſet carnalis copula ꝓhibita, & ideo lege ciuili eſt talis copula prohibita, quã prohibitionẽ eccleſia cõfirmat, & ex hoc hẽt matrimonium impedire. Vnde patet reſpõſio ad primum. Ad ſecundum dicendum ꝙ inter adoptantem, & vxorem eius ſemper manet impedimentum legalis cognatiõis ad filium adoptiuũ, quia ſemper aliqua authoritas & reuerentia manere debet. Sed ad filiam non oportet ꝙ maneat prædictũ vinculum, adoptione ceſſante, quia tollitur neceſſitas cohabitandi, quæ erat cauſa impedimenti. Ad tertium dicẽdum ꝙ pater adoptans cum matre naturali adoptati non habet neceſſe cõmorari, vnde ceſſat prohibitionis ratio. Filius vero ſpiritualis non ponitur in poteſtate patris ſpiritualis, & cura eius, & ea quę ipſius ſunt: ſicut ſit in cognatione legali, & ideo adoptato aliquo in filiũ, quicquid eſt in eius poteſtate tranſit in poteſtatem adoptantis, ideo legalis cognatio trãſit in filios, & nepotes, non autem ſpiritualis, quæ habet aliam rationem impediendi. Patet ergo ex dictis quod eſt triplex legalis cognatio. Prima deſcendentium, quæ contrahitur inter patrem adoptantem, & filium adoptiuum, & filios, & nepotes eius. Secunda quaſi collateralium, quæ eſt inter filium adoptiuũ, & filiam naturalem. Tertia per modum affinitatis, quæ eſt inter adoptantem, & vxorem adoptati, & econuerſo. Prima, & tertia præſtant perpetuum impedimentum, non autem ſecunda, vt patet ex dictis.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. arti. 3. ad primum.

In alio ſcript. vbi ſu. ad ſm.

In alio ſcript. vbi ſup. c.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſecundæ nuptiæ ſint illicitę: Nuptię enim excuſantur ratione ſacramenti. ſed ſecundæ nuptię non ſunt ſacramẽtum, quia nec benedictio adhibetur, nec ſignificatio ſeruatur, nec ſacramenta iterari debent. ergo ſecundæ nuptiæ ſunt illicitæ. Præterea. Sacerdotes arcentur ne ſecundis nuptiis interſint, vt in litera patet: qd non eſſet niſi illicitę eſſent. ergo ſunt illicitæ. Præterea. Pœna non debetur niſi culpę. ſed ſecundis nuptiis debetur pœna irregularitatis. ergo ſunt illicitę. Sed contra eſt ꝙ Abraham ſecundas nuptias contraxit, vt patet Geñ. 25. Pręterea, Primæ ad Cor. 7. dicitur. Si dormierit vir eius liberata eſt. ſ. a vinculo matrimonii. Cui vult nubat, tantum in Domino. Reſpon. Dicendum ꝙ qui ſunt matrimonio coniuncti, impediuntur matrimonium contrahere propter matrimoniale vinculum quo aſtringuntur. Hoc autem vinculum per mortem alterius cõiugis ſoluitur, vnde licet coniugi remanenti ſecundo matrimonium contrahere.

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ cum in ſecundis nuptiis ſint omnia quæ ſunt de eſſentia ſacramenti, eſt ibi verum ſacramentum, nec ſit aliqua iniuria ſacramento, quia matrimonium characterem non imprimit, vnde poteſt iterari. Significatio autem ſaluatur, quæ eſt de eſſentia ſacramẽti, quãuis in ordine ad primum ſacramentum ſit aliquis ſignificationis defectus, quia nõ eſt vna vnius, ſicut eſt in Chriſto, & eccleſia, & ratiõe huius defectus benedictio a ſecũdis nuptiis ſubtrahitur quãdo. ſ. ſunt ſecundę ex parte mulieris,

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 1. o. et d. 28. lit. prin. Ro. 7. Le. 1. co. 2. prię Corin. 7. le. 8. co. 2

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar. 1. o.

per quam ſignatur eccleſia, quæ ſoli Chriſto eſt deſponſata: non autem ſi ſint ſecundæ ex parte viri per quē ſignificatur Chriſtus, qui non eſt eccleſiæ militanti obligatus, quin præter eccleſiæ ſacramenta alios poſſit in matrimonium aſſumere. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſecundę nuptiæ licet nō ſint illicitę, habent tamen quādam turpitudinis ſpeciem, inquantū fragilitatem carnis deſignant, & ideo prohibentur ſacerdotes, ne eis inter ſint. Ad tertium dicendum ꝙ irregularitas ex ſecūdis nuptiis cauſatur, non propter aliquam culpam, ſed propter defectum ſacramēti, vt ſupra dictum eſt.

Diſtin. Quadrageſimatertia.

Poſtremo de conditione reſurrectionis &c.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum omnium reſurrectio ſit futura.

Secundo vtrum reſurgent idem numero.

Tertio de cauſa reſurrectionis.

Quarto de conditione reſurgentium in iudicio.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, quæſtiō.1.0.4 contra.c. 80.et.81.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ non erit reſurrectio generalis omnium: Naturale enim deſiderium non poteſt omnino fruſtrari quātum ad omnes. ſed ſecundū Apoſtolum 2ᵉ ad Cor. 5. Hoc eſt cōmune deſiderium quo nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri. ergo aliqui nunquā a corpore ſpoliabuntur per mortē, & ſic non reſurgent. Præterea. Nihil debet in electis fieri niſi in bonum eorum. ſed electorū reſurrectio non videtur eis in bonum cędere, quia anima purior ē, & Deo ſimilior a corpore ſeparata, ꝗ corpori coniuncta. ergo electi non reſurgent. Pręterea. Nullus liberatur a pœna, niſi fuerit purgatus a culpa. ſed mors corporalis eſt pęna originalis peccati, a quo multi nunꝗ fuerunt purgati. ergo nō reſurgent a morte. Præt. Vbi eadem cauſa, & idem eſt effectus. ſed eadem cauſa reſurgēdi eſt mō, & in fine mundi: quia nunc habēt homines merita, & demerita pro quibus ſunt puniendi, vel pręmiandi, ſicut & tūc. modo autem homines non reſurgūnt. ergo nec in fine mundi reſurgent. Sed contra eſt quod dicitur Ioā. 5. Oēs qui in monumentis ſunt audient vocem Filii Dei, & qui audierint viuent. Præterea. Rom. 5. dicitur ꝙ maius eſt donum Chriſti ꝗ peccatum. Adæ. ſed per peccatū Adæ mors eſt in omnes homines introducta. ergo ꝑ donum Chriſti omnes reuocabuntur a morte ad vitam. Reſpon. Dicēdum ꝙ ad ponendum futuram reſurrectionem quatuor inducuntur mouentia. Primum quidem eſt ordo diuinæ iuſtitiæ quæ requirit vt ſicut homo meruit, vel demeruit in anima, & corpore ſimul, ita in vtroqꝫ ęternaliter præmietur, vel puniatur. Secundū eſt exemplū corporalis creaturæ quā interire videmus, & iterum renouari: Vñ maiora de ratiōali creatura debemus præſumere a largitate diuina. Tertium eſt conditio humanæ naturæ cuius anima eſt incorruptibilis, & naturaliter corpori vnitā. Vnde ſepa ratio a corpore eſt ei quaſi accidētalis, & ſic non debet in perpetuum durare. Quartum eſt firmitas promiſſionis diuinæ, quæ in ſcripturis ſanctis continetur, vt patet in authoritate inducta de Ioanne. Primæ quoqꝫ ad Corin. 15. dicitur. Omnes quidem reſurgemus:

gemus:Et ideo firmiter tenere debemus oēs homines reſurrecturos eſſe. Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut peccatum originale in omnes pertrāſit,ita & mors,vt per Apoſtolum patet Rom.v.Vnde illa opinio probabilior eſt ꝙ omnes homines morientur,& reſurgēt,quāuis aliqui dixerint quoſdam non morituros qui viui inuenientur in aduentu Chriſti:de quibus tamen cōmuniter creditur ꝙ in ipſo raptu,quo rapietur obuiā Chriſto morientur,& reſurgent. Deſideriū autem illud,de quo apoſtolus loquitur,non eſt abſolutum,ſed conditionatum:vnde nō eſt neceſſarium ꝙ impleatur. Ad ſecundum dicendum ꝙ ſtatus animæ corpori coniunctæ eſt perfectior,ꝙ̄ cum eſt a corpore ſeparata,ſicut quælibet pars in ſuo toto exiſtens eſt perfectior ꝙ̄ ſeparata a toto,& per hoc Deo ſimilior. [In alio ſcript. vt hic art.1. ad quar.] Ad tertium dicendum ꝙ illi qui non ſunt a peccato originali purgati,a pœna mortis abſoluuntur per hoc ꝙ ſemel moriuntur:vnde nihil impedit quin reſurgant. Ad quartum dicendum ꝙ cōuenienter fit vt tempus reſurrectionis cōmunis vſq; in finem mundi expectetur,quia,imortalitas reſurgētium competet illi ſtatui,in quo tota natura corporalis quādam imutabilitatē habebit per quietē motus cęleſtis,qui erit in fine mundi. Competit etiam gaudio electorū quod maius, atq; cōmunis erit ex hoc ipſo ꝙ omnes ſimul gloria corporis honorabūtur.Competit etiam conditioni naturæ:Nā defectus naturę,qui eſt mors, ſimul remouebitur ab omnibus qui in natura eadē cōmunicant. Hoc autem tempus ideo eſt occultum, vt ad ipſum ſolicitius præparemur.

Articulus ſecundus.

[In alio ſcript .vt hic.d.44. q.1.arti.1. queſito.1. & qſtiū.1. o.4.cōtra .c. 80. & 81.De aīa. ar. 19.ad qn.& decimūtertiū. quol. 11. artic.6.o. op. 3.c. 154.157. Iob. 19. co.4. prīç Cor. 15. le.5.co.2. le.9.co.1.]

AD ſecundum ſic proceditur,& videtur ꝙ non poſſit reſurgere idem numero: Quod enim penitus cedit in non ens, non poteſt idē numero reſumi.ſed corporeitas, ſm ꝙ eſt forma ſubſtātialis, cedit penitus in non ens,ſicut & aliæ formæ q̄ ſunt formæ tantum:non enim habent materiam partem ſui in quam reſoluantur.ergo corporeitas non poteſt reſumi eadē numero.ergo nec homo erit idem numero,quia pricipiis eſſentialibus variatis,variatur qd eſt ex principiis. Præterea. Vbi non eſt eadem humanitas,non eſt idem homo. ſed in reſurrectione non erit eadē humanitas,tum quia humanitas non eſt forma,& ſubſtantia,ſicut anima, & ſic per corruptionem videtur cedere penitus in non ens, tum quia vnio animæ ad corpus,quæ eſt de ratione humanitatis,non poteſt eadem reſumi. ergo non redibit idem homo numero. Præterea. Secundum philoſophum in.2.de generatione,ſubſtantia corruptibilis mota non reiteratur eadē numero.ſed talis ſubſtantia eſt corpus noſtrum ſecūdum pręſentem ſtatum.ergo non reparabitur idem numero,& ſic nec homo in reſurrectione idem homo reſurget. Præterea. Si partes non ſunt eędem numero, nec totum, ſed partes hominis non erunt eędem numero,ſed quod eſt in vna parte redibit ad aliam,vt in litera dicitur.ergo nec totus homo erit idem numero. Sed contra eſt quod dicitur Iob.19. In nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum,& in car. m. vi. d.ſal.m. q. viſu. ſum ego ipſe, & non alius.ꝙ̄ idē hō nūero reſurget. Præt. Dam.dicit in.4.li.Reſurrectio eſt eius quod cecidit ſecunda ſurrectio.ergo oportet eūdē hoīem qui p morte ceci

dit in reſurrectione reparari. Reſpon. Dicendum ꝙ idem numero homo ꝙ nõ reſurgat eſt incõueniens dicere, propter tria. Primo quia repugnat conditioni naturæ: eadem.n. anima non poteſt pluribus corporibus vniri, vt patet per Philoſophum in primo de anima. Vnde cum anima rationalis ſit eadẽ numero, oportet corpus reparari idem numero, & ſic totus homo idem numero erit. Secũdo quia repugnat diuinæ iuſtitiæ, ſi nõ idem numero qui meruit, vel peccauit, puniatur, vel pręmietur. Tertio qa repugnat veritati reſurrectionis, quæ iterationem quãdam importat, ad quã idẽptitas ſecundum numerum requiritur. Vnde hæreticũ eſt dicere ꝙ non idem numero reſurgat. Ad primum ergo dicendum ſecundũ quoſdam, ꝙ corporeitas non penitus cedit in non ens, ſed manet in potentia materię. Sed ex hoc non poteſt haberi ꝙ eadem numero redeat, qa ſic ẽt ſanitas interrupta rediret eadẽ numero qd ẽ cõtra Philoſophũ.5.Phy. Vñ alii dicũt ꝙ ab eadẽ forma ꝑ eſſentiã efficitur res naturalis ſecundũ omnia genera, & ſpecies ſub quibus continetur: eadẽ.n. forma eſt ꝑ quã lapis eſt ſubſtantia, & corpus, & lapis, & ſimiliter per animal rationale homo eſt ſubſtãtia, corpus, animal, & homo, vnde non eſt in eo alia forma ſubſtantialis ꝙ̃ anima rationalis, quæ pręexiſtẽti formę ſuccedit, eiq; ſuccedit alia forma ſubſtantialis, & propter hoc remota anima rationali, nihil manet in corpore mortuo partiũ hominis vniuoce dictum. Ad ſecundum dicẽdũ ꝙ humanitas nõ dicit aliquam formã præter animam, & corpus, ſed compoſitum ex anima, & corpore per modũ partis.i.cum pręciſione aliorum quę non ſunt de ratione humanitatis. Vnde cũ anima rationalis ſit eadem numero, & per cõſequens corpus, ſequitur ꝙ ſit eadem humanitas, non obſtãte relatione vnionis, quæ non eſt aliqua pars humanitatis, ſed ea cõcomitans, cum humanitas non ſit talis forma quę ſit compoſitio, & ordo, ſicut forma domus. Quidam tamen dicunt ꝙ humanitas eſt ipſa anima rationalis, ſed primum melius eſt. Ad tertium dicendum ꝙ Philoſophus de reditu loquitur per viam generationis, homo enim generat hominem, ſpecie non numero eundem. Vel poteſt breuius dici ad omnia prædicta ꝙ miraculoſe diuina virtute erit idemptitas numero in reſurgentibus. Ad quartum dicendum ꝙ ſine ipedimento idẽptitatis fieri põt vt qd eſt in vna parte redeat ad aliam ſub eadem parte homogenea, quia ſic nõ variatur niſi ſitus, vt quod eſt in carne pedis redeat ad carnem tibię, nõ autem redeat ad aliam partẽ etherogeneam, vt qd eſt ſub carne redeat ad oſſa, quia iã ſpecies variaretur. Sed de congruentia probabile eſt ꝙ quicquid eſt de veritate humanæ naturæ redeat ad ſuum locum. Secus autem eſt de ſuperfluis, de quo Aug. videtur loqui in litera.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ reſurrectio Chriſti non ſit cauſa noſtræ reſurrectionis. Non enim poteſt dici ꝙ ſit cauſa meritoria, quia reſurrectio magis ad præmium ꝙ̃ ad meritũ pertinet, nec cauſa effectiua, quia reſurrectio, cum ſit miraculoſa ſola virtute diuina ſit. ergo reſurrectio Chriſti nõ eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Præterea. Cauſa ſufficiens eſt coniuncta effectui. ſed reſurrectio Chriſti non eſt coniuncta reſurrectioni oĩum, neq; ſm tps, neq; ſm corporalem cõtactũ, vt per ſe patet.

In alio ſcript. vt hic. 3. p. q. 56. ar. & 2. c. 4. cõtra c. 8. op. 3. c. 239. Iob 19. co. 3. ſi. 1. Co. 15. le. 3. co. 2. 1. The. 4. le. 2. co. 2.

tet,nec ſecundum ſpiritualem: quia ſic non reſurgerent qui carent fide p quam Chriſto primo cõiungũtur. ergo Chriſti reſurrectio nõ eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Pręterea. Poſita cauſa ſufficienti non oportet ponere alias cauſas ad ꝓductionẽ effectus. ſed ad reſurrectionem noſtrã neceſſe eſt ponere alias cauſas præter reſurrectionem Chriſti.ſ.iuſſum Dei,tubam,& vocem archangeli,vt patet.1. Theſſa.4.et.1.ad Cor.15. ergo reſurrectio Chriſti nõ eſt cauſa reſurrectionis noſtræ. Sed contra eſt quod dicitur.1.Ad Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur,ita & in Chriſto.i. per Chriſtum omnes viuificabuntur. Præterea. Primum in quolibet genere eſt cauſa eorũ quę ſunt poſt, vt patet in.2.metaph.ſed reſurrectio Chriſti eſt prima inter reſurrectiones,vt dicitur.1.ad Cor.15.Chriſtus ſurrexit a mortuis primitiæ dormientium.ergo ſua reſurrectio eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. Reſpon. Dicendum ꝙ Chriſtus ad hoc naturam aſſumpſit, vt eam repararet.Indigebat autem reparatione quantum ad duo. Primo quantũ ad ipſam conditionem naturæ,contra quã erat vt anima remaneret a corpore ſeparata:Secundo quãtum ad ſpiritualia bona & quæ ad ea ordinantur.Sed quantum ad hoc ſecundum nõ reparatur natura humana,niſi in illis q Chriſto ſpiritualiter adhęrent:quantum vero ad primum in omnibus qui ei ſecundum naturã conformantur.Sicut autem ſpirituales defectus reparauit in ſe plenitudinem gratię aſſumendo,de qua omnes acciperemus,ita primum defectum reparauit reſurgendo.vnde ſua reſurrectio cauſa eſt noſtrę reſurrectionis.

De ver.q. 7.ar.3.7 Ad primum ergo dicẽdum ꝙ eſt cauſa exemplaris,& effectiua: non quidẽ principalis,vt Deus,ſed inſtrumentalis:humanitas enim eius,ſecundũ Damaſcenũ eſt inſtrumẽtũ diuinitatis,& ideo actiones humanæ naturę illius ſunt ſalubres,inquantum in eis operatur vis diuinitatis. (&.q.29.articu.4.ad primum.) Ad ſecundum dicendum ꝙ non requiritur ibi cõiunctio ſpiritualis,ſed ſolũ naturalis, vt dictum eſt, nec oportet ꝙ ſint ſimul tempore:quia Chriſti reſurrectio operatur ad noſtram ſecundum ordinationem voluntatis diuinæ. Ad tertium dicendum ꝙ vox tubæ erit applicatio reſurrectionis Chriſti ad reſurrectionem noſtram,quia per vocẽ tubæ intelligitur, vel ipſe manifeſtus aduentus Chriſti in mundum, ſecundum Gregoriũ,vel ad lr̃am eius imperium voce expreſſum,ſicut imperauit mari,& facta eſt tranquillitas. Angeli autem operabuntur miniſterio circa puluerum collectionẽ.Iuſſus aũt Dei eſt ſicut cã principalis,vt dictũ eſt.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic art.5. q̃ſtiun. 2. o.

AD quartum ſic proceditur,& videtur ꝙ nõ vno intuitu omnes reſurgentes videant omnia merita,& demerita propra,& aliena:Illud enim quod omnino eſt de libro deletum,non poteſt in eo legi. ſed peccata ſanctorum erunt omnia deleta.ergo non poterunt ea in ſuis conſcientiis videre. Præterea. Nihil in ſanctis eſſe poterit quod ſit eis ad triſtitiam,vel confuſionem,nec in dãnatis aliquid quod ſit ad gaudium, vel honorem.hoc autẽ eſſet ſi omnium merita,& demerita ab omnibus viderentur.ergo &c. Pręterea. Non cõtingit ſimul plura itelligere.ergo impoſſibile eſt ꝙ vno intuitu ſimul oĩa merita,& demerita videantur. Sed contra eſt quod dicitur.1. ad Cor.4. Veniet Dominus qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit

conſilia cordiũ. Vbi dicit glo. Geſta, & cogitata bona, & mala tunc aperta, & nota erunt omnibus. Præterea. Iudicium humanum exemplatur a iudicio diuino, ſed in iudicio humano ea de quibus eſt iudiciũ nota ſunt omnibus aſtantibus. cum ergo iudicium diuinum ſit futurum de omnibus meritis, & demeritis, omnia omnibus erunt nota, quia omnes ibi aſtabimus, vt dicitur. 2. ad Corin. 5. Reſpon. Dicendum ꝙ vltimum, & finale iudiciũ debet eſſe omnibus manifeſtum, vt omnibus Dei iuſtitia euidenter appareat. Non poſſet autem eſſe hæc iuſtitia omnibus nota, niſi cognoſcerent ea de quibus iudicabũtur nec forma iudicii ſeruaretur, niſi eẽt ibi accuſator, vel defenſor. Vñ oportet ꝙ oẽs ſua merita, vł demerita recognoſcant ad ſui accuſationem, vel defenſionem, & omnia merita vel demerita aliena ad iuſtitiæ iudicis manifeſtationem. Ad primum ergo dicendum ꝙ licet omnia peccata ſanctorũ deleta ſint, quãtum ad maculã, & reatum, manent tamen in aliquo effectu .ſ. in merito pœnitentiæ per quã ſunt expiata, & ſimiliter merita dãnatorum, ſi qua fuerunt, manent quodãmodo in peccatis quibus ſunt mortificata. Diuina vero virtute fiet vt per huiuſmodi effectus omnia in memoriam reuocentur. Ad ſecundum dicendum ꝙ peccatoribus erit ad triſtitiam, & confuſionem ꝙ eorum merita a ſe, & aliis cognoſcentur eo ꝙ per ſuam malitiã tot bona mortificauerunt, & ecõtrario electis erit ad gaudium, & honorẽ ꝙ eorum peccata a ſe, & aliis cognoſcentur, ꝑ hoc ꝙ curauerunt ea ꝑ humilitatem pñiæ delere, ſicut Magdalenæ & Petro nũc non eſt in confuſionem ꝙ eorum peccata cognoſcimus. Ad tertium dicendum ꝙ electi poterunt omnia in vno inſtanti, ſua, & aliena merita, & demerita videre in verbo quod videbunt: dãnati vero non in inſtanti, ſed tempore breuiſſimo, diuina virtute faciente: in quolibet. n. tempore ſunt infinita inſtantia.

In alio ſcript. vt hic, ar. 5. lit.

In alio ſcript. vt hic, art. 5. q̃ſitoprio ad tertiũ.

Diſtin. Quadrageſimaquarta.

Solent autem nonnulli &c.

Quęſtio prima.

Hic quęruntur quatuor.
Primo de integritate reſurgentiũ.
Secundo de eorum ſtatura, & ętate.
Tertio de qualitate corporum electorum.
Quarto de qualitate corporum damnatorum.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ homo non reſurget integer cũ omnibus partibus ſuis. In operibus enim Dei nihil ẽ fruſtra: ſed fruſtra per ſi omnes partes hominis reſurgerent: quædam enim partes hominis ordinantur ad generationem, & nutritionem, quæ poſt reſurrectionem ceſſabunt, ſicut venter, inteſtina, genitalia, & humores. ergo nõ omnes partes hominis reſurgent. Præterea. Ad hoc homo reſurget, vt in corpore præmietur. ſed ille qui manu caruit, nihil per manum meruit. ergo non debet cum manu reſurgere. Præterea. Superfluitates corporis non reſurgent, vt vrina, & ſudor. ſed quædam partes hominis ex ſuperfluitatibus generantur, vt capilli, & vngues. ergo non reſurgent. Prętere. Cibi comeſti, in carnem & alias partes hominis cõuertuntur. ſed non poteſt eſſe ꝙ quicquid eſt cõuerſum ex cibis & potibus reſurgat, quia ſic eſſet inmoderata quãtitas reſurgentis.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. artic. 2. o. 3. p. q. 54. arti. 3. o. 4. contra. c. 81. ad q̃r op. 3. c. 160.

ſurgentis.ergo non omnes partes hominis reſurgent. Præterea. Idem non poteſt reſurgere in diuerſis. ſed aliquid idē fuit pars diuerſorum hominum,vt patet de coſta quæ fuit in Adam & Eua, & de illis qui carnibus humanis veſcebantur.ergo non oēs partes corporis reſurgent. Sed contra eſt quod dicitur Deutero.32. Dei perfecta ſunt opera.ſed reſurrectio erit opus Dei.ergo homo perfecte cū oībus ſuis partibus reſurget. Præt. In reſurrectione erit vltima naturę reparatio. ſed natura non repararetur niſi oēs partes naturales reſurgerent. ergo hō cū oībus partibus naturalibus reſurget. Rñ. Dicendū ꝙ ea quę ſunt contra naturā nō debēt eſſe perpetua.Sicut aūt eſt cōtra naturā aīæ quodāmodo vt ſit ſine corpore, quia corpori natural'r vnitur,ita eſt cōtra naturā corporis vt aliqua naturaliū partiū ei deſit,tum qa vna pars corporis habet depēdētiam ad aliam, tū quia perfecta vnio aīæ ad corpus eē non poteſt niſi ſit integrum,cum anima nata ſit integer corporis actus eē: vnde appetitus eius ad corpus,qui eſt naturalis,non quieſceret niſi integro corpori vniretur,& ꝓpter hoc oportet omnes naturales partes hominis reſurgere.Si quæ vero ſunt non naturales,vt gibboſitates,& ſi qua ſuperexcreſcunt membris,hæc non reſurgēt.

De po.q. 5.art.10. ad nonū.

Ad primum ergo dicendum ꝙ membra prædicta erunt in reſurrectione, non propter actum ad quem nūc ordinantur,ſed ad completionem naturæ.De humiditatibus vero ſciendum eſt ꝙ illę humiditates quę ſunt in via corruptionis,ſicut ſanies,ſudor,& huiuſmodi,vel quæ ſūt in via generationis nondum habentes determinatam ſpeciē:vt humiditas quæ dicitur ros, & canibium quando.ſ.ſanguis incipit dealbari,& verti in carnem, vel quæ ordinantur ad conſeruationem ſpeciei,vt ſemen,non reſurgent. Quæ vero habent ſpeciem determinatam, & pertinent ad perfectionem indiuidui, reſurgēt,vt ſanguis,& alii tres humores,& humiditas quæ dicitur gluten, qua caro continuatur. Ad ſecundum dicendum ꝙ meritum,& pręmiū non proprie reſpiciunt membrum, ſed hominem. Homo autem truncatus manu meruit vt præmiaretur in manu,& ideo cum manu reſurget. Ad tertium dicendum ꝙ triplex eſt ſuperfluum.Quoddam quo nullo modo indigetur, vt digeſtiones, & vrinę,& huiuſmodi nullo modo reſurgent,ſed loco eorum aliquibus humiditatibus inteſtina implebuntur decēter. Secundum eſt quo indigetur ad ſpeciem conſeruandam, vt ſemen, & hoc etiā non reſurget.Tertiū eſt quo indigetur ad indiuidui perfectionē, vt capilli,& vngues: huiuſmodi enim natura pręparat ad cuſtodiam,& ornatum principalium membrorum,ſicut ars vaginam ad cuſtodiam enſis, & huiuſmodi reſurgent. Ad quartū dicendum ꝙ, ſecundum quoſdam, id quod cōuerſum eſt ex cibis nullo modo ē de veritate humanæ naturæ: ſed ſolū hoc quod tractum eſt ex Adam quod per multiplicationē ad plenam quantitatem omnium ſufficit, & ſecundum hoc,nihil quod ex cibis ſit generatum reſurget.Alii vero dicunt quòd illud quod tractum eſt ex ſemine patris eſt principaliter de veritate humanæ naturæ,quia ſemē eſt actiuū & formale in gñatione. Quod vero tractū eſt ex mře,ſecundario pertinet ad veritatē hūanę naturę,qa fuit materiale in generatiōe:tertio vero pertinet ad veritatē naturę hūanę, qđ eſt ex alimētis gñatū,ingtū eſt neceſſariū

ad augmētum. Vnde ſecundum hoc, totum quod eſt ex patre & matre tractum reſurget, de alio vero quantū eſt neceſſarium ad perfectam quantitatē membrorum, cum aliter ad veritatem humanæ naturæ nō pertineat, & hæc opinio probabilior eſt. Ad quintum dicendum ꝙ illud quod fuit pars duorum hominum reſurget in eo in quo magis pertinuit ad veritatem naturæ humanæ. Vnde coſta reſurget in Eua in qua fuit de perfectione indiuidui, & non in Adam in quo pertinuit ad ad perfectionem ſpeciei, vel ſi æqualiter in vtroq; ad veritatem naturæ pertinuit, reſurget in eo in quo primo fuit &c.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, art. 3. o. 4. cōtra c. 88.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ non omnes reſurgent in perfecta ſtatura, & in iuuenili ætate. Non enim poteſt in homine reſurgere quod non fuit. ſed in his qui in pueritia deceſſerunt non fuit tantum de materia corporis quæ ſufficeret ad perfectam ſtaturam. ergo non reſurgent in perfecta ſtatura. Pręterea. Vigor naturæ in reſurrectione non minuetur. ſed maior vigor naturę eſt in pueris q̄ in iuuenibus, quia quantomagis miſcetur de extraneo tanto vis naturæ minus poteſt cōuertere. ergo magis debent reſurgere in puerili ętate q̄ in iuuenili. Præterea. Sicut ſtatura perfecta facit ad hominis complemētum, ita & ſexus perfectus, qui eſt virilis, vt in litera dicitur, ergo nō oportet ꝙ reſurgant in pfecta ſtatura. Sed contra eſt quod dicitur Ephe. 4. Donec occurramus omnes in virum perfectum, in menſuram ętatis plenitudinis Chriſti. Pręterea. Ad reſurrectionem integritas reſurgētis requiritur. ſed hoc eſſe non poteſt ſine pfecta ſtatura & ętate, ḡ hoc modo omnes reſurgent. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut dictum eſt, in reſurrectione erit humanæ naturæ finalis reparatio. Natura autem non perfecte reparatur, niſi totum quod fuit in virtute actiua naturæ reducatur ad actū. In virtute autem naturæ fuit vt perduceret corpus ad perfectam ſtaturā, & ætatem, niſi impedimentum aſſit, & ideo oportet ꝙ in reſurrectione oēs in perfecta ætate, & ſtatura reſurgāt. Sed quia virtus naturę nō fuit in omnibus ęqualiter potens ad augendum: ideo non omnes erunt ęquales quantitate: ſed vnuſquiſq; habebit q̄titatem, ad quam eum natura perduxiſſet, nullo defectu, vel errore exiſtēte. Ad primum ergo dicendū ꝙ quicquid defuit ad perfectionem ſtaturæ, vel integritatē corporis propter defectum temporis, vel naturæ, totum aliunde ſupplebit diuina potentia. Ad ſecundum dicendum ꝙ in puero eſt fortior vigor naturæ quantum ad efficatiā conuertēdi, ſed in iuuene eſt perfectior quantum ad terminum cōplementi. Ad tertium dicendum ꝙ ſexus fęmineus non eſt contra naturam, ſed eſt intentus a natura vniuerſali, licet natura particularis principaliter intendat ſexū virilē: vnde vterq; ſexus reſurget.

In alio ſcript. vbi ſup. q̄ſtiun. 2. o. 4. con. c, 88. Mat. 22. co. 10

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vbi ſup. q̄ſtiū. 3. o. p.p. q. 97. art. 3. c. 4. cō. c. 83. 87. fi. De po. q. 95. art. 9. c. op. 3. c. 159. 160

AD tertium, ſic proceditur, & videtur ꝙ corpora beatorum nō erunt ſpiritualia: Beatitudo. n. ſecundum Boetium eſt ſtatus oīum bonorum congregatione completus. ergo & delectatio beatitudinis colligit in ſe omnes delectationes, & ſic in corporibus beatorum erit actus nutritiuæ, & generatiuæ, qui ad vitā animalem pertinent. in his autē actibus magna delectatio cōſiſtit. ergo corpora beatorū

1. Cor.6. le.3.co.2. beatorum non erunt ſpiritualia. Prȩterea. Magis repugnat perfectio ni defectus ex paſſione relictus, q̃ paſſibilitas. ſed in corporibus beatorum erunt aliqui huiuſmodi defectus. ſ. cicatrices in manibus vt in Chriſto fuerunt, ergo non erit impaſſibilitas, quȩ pertinet ad corporis ſpiritualitatem. Præterea. Id quod conuenit corpori ratione eius quod eſt ei naturale in reſurrectione nō tolletur, ſed replere locum conuenit corpori ratione corporeitatis ſubſtantiæ naturalis. ergo hoc etiā in reſurrectione ſibi conueniet. corpora igitur beatorum non erūt ſubtilia, vt cum aliis corporibus ſimul in eodē loco eſſe poſſint, quod etiam ad ſpiritualitatem corporis pertinere videtur. Prætȩrea. Agilitas ordinem ad motum dicit. ſed corpora beatorum non mouebūtur, cum motus ſit actus imperfecti. ergo non erunt agilia, quod etiam pertinet ad corporis ſpiritualitatem. Præterea. Omne quod eſt clarum, de neceſſitate videtur ab habente viſum. ſed corpora glorioſa non de neceſſitate videntur, vt patet de Chriſto, qui ſe diſcipulorum aſpectibus ſubtrahebat cum volebat poſt reſurrectionē. ergo in corporibus beatorū nō erit claritas quȩ pertinet ad ſpiritualitatem corporis. non ergo corpora beatorum erunt ſpiritualia. Sed cōtra eſt quod dicitur. 1. ad Cor. 15. Seminatur corpus animale, reſurget corpus ſpirituale. Prȩterea. Prȩmium debet merito reſpondere. ſed ſancti merendo, corpora ſua ſpiritui ſubdiderunt. ergo in reſurrectione, eorum corpora debent eſſe ſpiritualia. Reſpondeo. Dicendum ꝙ beatitudo hominis eſt ex coniunctione ad Deū, cui ſecundum ſpiritum coniungitur, vnde oportet ꝙ ex beatitudine ſpiritus, gloria redundet ad corpus, vt Augu. dicit in epiſtola ad Dioſcoꝝ. Vnde oportet corpus glorioſum omnino ſpiritui eſſe ſubiectum, quæ quidē ſubiectio attenditur dupliciter. Vno modo vt perfecte ſubdatur ei tanquā motori, & ex hoc erit agile quaſi paratum & efficax ad omnē motum explendum quem ſpiritus imperabit. Alio modo ſubdetur ei vt formȩ. A forma autē, materia tria ſuſcipit, Primo naturam ſpeciei, & quātū ad hoc corpus glorioſum erit ſubtile, ſicut dicimus aurum ſubtile, inquantū materia eſt perfecte terminata per ſpēm. Secundo ſuſcipit eſſe, & eius conſeruationem, & quātum ad hoc erit impaſſibile. i. nullius corruptiui paſſiuum. Tertio recipit proprietatem formæ proportionatam, & quantum ad hoc erit clarum. Nam claritas corporis maxime congruit animæ claritati. Quidā tñ hoc attribuūt naturæ quintæ eſſentiæ, quæ tunc in corporibus dominabitur elemētari naturȩ, qđ nō vř verum, cum quinta eſſentia non veniat in cōpoſitionē materialē corporis mixti. Ad primum ergo dicendū ꝙ per actum nutritiuȩ & generatiuæ anima maxime ad corpus inclinatur, vnde & ſpiritualitati repugnat, Non autem oportet ꝙ omnes delectatiōes beatitudo cōtineat collectiue, ſed virtualiter ſicut imperfectum cōtinetur a perfecto. Ad ſecundum dicendū ꝙ impaſſibilitas corporis glorioſi excludit paſſionem nociuam, quod erit ex perfecta ſubiectione corporis ad animam, inquantum dat & conſeruat eſſe. Non autem erit ex dominio quintæ eſſentiæ, vt quidam volunt ratiōe iam dicta, neq; ex ſubtractione qualitatum actiuarū, & paſſiuarum, vt alii dicunt, cū huiuſmodi qualitates ſint de ratione corporis mixti. Cicatrices

autem in martyribus non erunt cum aliquo defectu, ſed cum decore gloriæ in ſignum præcedentis virtutis.

3.p.q.54. arti.1.ad pri. et ar. 2, ad ſec. Ad tertium dicendum ꝙ ſubtilitas corporis glorioſi nõ eſt intelligenda ad modũ ſubſtantiæ incorporeę, vel aeris, vt quidam hęretici poſuerunt, cũ corpus Chriſti poſt reſurrectionẽ palpabile fuerit, neq; hoc mõ, vt aliud corpus ſecũ patiatur ĩ eodẽ loco, vt multi dicũt: hoc.n.eſſe non poſſet niſi, quantitas corporis tolleretur, rõne cuius dimenſiones ſeparatę locum replent, aliud corpus ſecum non patientes, ſecundum Philoſophum in.4.Phiſicorum, ſed dicitur ſubtile inquantũ perfecte ſtat naturæ ſpeciei, vt dictũ eſt. Poteſt tamẽ corpus glorioſum ſimul eſſe cum alio corpore in eodem loco miraculoſe, diuina virtute hoc faciente. Ad quartum dicendum ꝙ corpus glorioſum non mouebitur ꝓpter aliquam indigentiam, ſed ꝓpter virtutis demonſtrationem: vnde motus ille non atteſtatur imperfectionẽ: niſi ſecundum ꝙ corpus in vno loco exiſtens eſt imperfectum, inquantũ eſt potentia in alio, & non actu, Non tamẽ mouebitur corpus glorioſum in inſtanti, ſed in tempore imperceptibili.

Vbi ſup. arti. 1.ad ſecundũ. Ad quintum dicendum ꝙ claritas corporis glorioſi erit redundans ex gloria animæ: vñ ſuberit arbitrio voluntatis vt ſecundum eam corpus agat in viſum, vel non agat, ſicut, & quælibet eius actio, & propter hoc in poteſtate corporis glorioſi erit ꝙ videatur cum claritate, vl' abſq; claritate, vel nullo modo.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. artic.1.o. AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ corpora dãnatorum cũ ſuis deformitatibus reſurgent: Sicut enim deformitates habere eſt quædam pœna, ita & deformitatibus carere eſt quoddam pręmium. ſed dãnatis nullum pręmium debetur. ergo cum deformitatibus reſurgent. Præterea. Effectus non tollitur manente cauſa. ſed cauſa horum defectuum fuit paſſibilitas quæ in corporibus dãnatorũ erit. ergo & huiuſmodi defectus in eis erunt. Præterea. Deformitates huiuſmodi pertinent ad proprietatem animalis vitæ, quæ remanebit in corporibus dãnatorum, cũ nõ ſint futura ſpiritualia. ergo & huiuſmodi deformitates in eis erunt. Sed contra eſt quod dicitur.1.ad Cor.15. Mortui reſurgent incorrupti, qđ intelligitur de bonis, & malis, ſ'm glo. ğ reſurgẽt ſine deformitatibus. Præt. Quod eſt cõtra naturam nõ poteſt eẽ perpetuũ. ſed hmõi deformitates ſunt quędã naturę vitia. ergo in perpetuũ n õremanebunt, & ita nõ erũt in corporibus dãnatoꝝ. Reſpon. Dicendũ ꝙ duplex eſt deformitas. Quædã quæ prouenit ex defectu membri, & hæc in corporibus dãnatorum nõ erit, vt omnes dicunt. Alia eſt quæ prouenit ex indebita proportione partium: ſicut lepra, cruris curuitas, & hmõi, de quibus Aug. relinquit ſub dubio. Vnde quidam dicũt ꝙ huiuſmodi deformitates erunt in corporibus dãnatorum. Alii ꝙ non erunt, quod videtur probabilius, quia in reſurrectione author naturæ in omnibus naturam reparabit: vnde omnia hmõi quæ ſunt vitia naturæ tollentur. Ad primũ ergo dicendum ꝙ reparatio naturæ in aliquo reſurgente non reſpondet merito eius, ſed merito Chriſti. Ad ſecundum dicendum ꝙ corpora dam natorum erunt quidẽ paſſibilia afflictionis, ſed non corruptionis, qđ erit propter ſtatum naturæ in quo ceſſante motu primi mobilis oĩs alia mutatio ceſſabit, hmõi autẽ deformitates quol.7.q. 5.ar. 2.o. 4. cõtra. c.88 .op. 3.c. 176.

ſunt

ſunt corruptiones quædam. Ad tertium dicendum ꝙ corpora dānatorū nō erunt ſpiritualia,ſed aīalia, qā nō immutabūtur,vt patet primo ad Corin.15.Non tamen cibis egebunt aut potibus,quia non erit ſtatus aliquid generandi,vel corrūpendi.

Si uero quæritur de

corporibus &c.

Queſtio ſecunda.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum anima poſſit remanere a corpore ſeparata.

Secundo vtrum omnes potentias ſecum trahat.

Tertio vtrum poſſit ab igne corporeo pati.

Quarto vtrum eodem igne damnatorum corpora puniantur.

Articulus primus.

In alio ſcript. 2. d.19.ar.1 o. p. p.q. 75.art. 6. o.2. cō.c. 78.79. et 82. quol. 10.q.3.ar. 2.o.De anima art. 14.o.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ anima nō poſſit, remanere poſt corpus:Nulla.n. ſubſtantia poteſt remanere ſine propria operatione,ſed nulla propria operatio animę poteſt remanere ſine corpore,quia etiam ītelligere corrumpitur quodam interius corrupto,ſecundum Philoſophum in primo de anima.ergo anima non poteſt remanere a corpore ſeparata. Præterea. Ea quorum eſt vnum eſſe,ſimul incipiūt, & deficiunt.ſed animę,& corporis eſt vnum eſſe,quia anima dat eſſe corpori ſicut forma materiæ.ergo ſimul cū corpore anima deficit. Prętere a. Anima eſt forma ſm ſuam eſſentiam, alias accidētaliter corpori vniretur. ſed forma ſine materia eſſe nō poteſt. ergo eſſentia animæ deſinit eſſe cum morte corporis. Sed contra eſt qd philoſophus dicit in.2. de anima, ꝙ reliquum genus animę.ſ.anima rationalis ſeparatur ſicut perpetuū,a corruptibili. Præterea. Subiectum rei incorruptibilis eſt incorruptibile. ſed anima eſt ſubiectum veritatis,quę eſt incorruptibilis.ergo ipſa eſt icorruptibilis. Reſpon. Dicendum ꝙ neceſſe eſt ponere animam rationalē incorruptibilē eſſe:Sicut enim quod non eſt,non pōt agere, ita quod per ſe non habet eſſe,nō poteſt per ſe habere operationem. Anima autem rationalis habet quādam operationē quā exercet nō mediante aliquo organo corporali.ſ. intelligere, vt Philoſophus probat in.3.de anima: Si enim per organum corporale anima intelligeret,non poſſet omnes formas ſenſibiles intelligere, quia illud organū haberet aliquam formam quæ impediret omnium formarum intellectū, ſicut oportet ꝙ pupilla careat omni colore ad hoc ꝙ per eam omnis color poſſit cognoſci. Vnde patet ꝙ anima rōnalis habet eſſe per ſe ſubſiſtens,& ideo non corrumpitur per accidens corrupto corpore, ſicut aliæ formæ,neq; per ſe,quia non habet cōtrarium,nec eſt ex contrariis compoſita.Vnde relinquitur ꝙ ſit oīno incorruptibilis. Ad primum ergo dicēdum ꝙ intelligere,quod ſit per abſtractionē a phantaſmate,indiget corpore tanꝙ continente ſuum obiectū, quod eſt phantaſma,non tamen ſicut medio actionis.Vnde hoc intelligere corrumpitur corpore corrupto: ſed anima ſeparata intelliget alio modo. Ad ſecundum dicendum ꝙ anima, & corpus vniuntur in vno eſſe,quod eſt principaliter ipſius animæ,ab ea corpori cōmunicatū,& ſic deſtructo corpore in anima remanet. Ad tertiū dicendum quòd anima ſeparata,licet non ſit forma in actu, quia non actu vnitur, habet tamen actu id ſecun-

dum quòd eſt forma,ſcilicet ſuam eſſentiam.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar.3.q̃ſtiũ cu.1.o.p. p. q. 77. ar.8.o..2. cõtra.c.81 ad qn.De aia. ar.19 o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ in anima ſeparata remaneant potentiæ ſenſitiuę: Sicut enim membra ſunt partes corporis,ita potentiæ ſunt partes quædam animæ.ſed corpora brutorum habēt omnia membra.ergo & animæ beatę ſine corpore exiſtētes,hñt omnes potentias. Pręterea. In libro de ſpiritu & anima dicitur.Recedit aïa a corpore ſecum trahēs ſenſum cũ imaginatione.hæc autem ſunt potentiæ ſenſitiuæ.ergo hmõi potentiæ manēt in anima ſeparata. Præterea. Actus ſine potentia eſſe non poteſt. ſed actus potentiarum ſenſitiuarũ manent in anima ſeparata: dicitur enim in lib.de ſpiritu & anima, ꝙ anima recedens a corpore,imaginatione, iraſcibilitate,& concupiſcibilitate afficitur,ſecũdum merita,ad delectationē, & dolorem. ergo potentiæ ſenſitiuæ manent in anima ſeparata. Sed contra eſt quod dicitur.2.de anima ꝙ ſolus intellectus ſeparatur,reliquæ autē partes non ſunt ſeparabiles. Præterea. In potentiis ſenſitiuis homo conuenit cum brutis.ſed brutorũ potentiæ non ſeparantur.ergo nec potentiæ ſenſitiuæ hominis. Reſpõ. Dicendum ꝙ circa hoc eſt triplex opinio:Quidam enim dicunt ꝙ potentię ſenſitiuæ remanent in anima ſeparata etiam cum actibus ſuis, non tamen illis,quos exercent per corpus,ſed cũ illis quos per ſe habent. Sed hoc non poteſt eſſe,quia ſi potentiæ ſenſibiles haberent aliquas operationes ſine cõmunicatione corporis animæ brutorum eſſent per ſe ſubſiſtentes,& incorruptibiles,vt de anima rationali dcm̄ eſt:Et ideo alii dicunt ꝙ remanent potentiæ,ſed non actus. Sed hoc etiam eſſe non poteſt, quia eiuſdem eſt potentia,& actus,ſecũdum Philoſophũ: vnde ſicut actus eſt cõiuncti, ita & potentia:Et propter hoc, ſecundũ alios, dicendum ꝙ potentię ſenſitiuę in aïa ſeparata non manent actualr, ſed radicaliter,quia ipſa eſſentia animæ eſt radix omnium potentiarum. Ad primum ergo dicendum ꝙ omnes partes potentiales quodãmodo cõſiſtunt in vna principali, quę habet poteſtatem completam, non autem omnes partes integrales conſiſtunt in vna,& ideo non eſt ſimile de potētiis animæ quæ ſunt partes potentiales, & membris corporis,quæ ſunt partes integrales. Ad ſecũdum dicendum ꝙ verbum illud intelligendum eſt ꝙ anima trahit ſecum quaſdam potētias actualiter,quaſdam radicaliter. Ad tertium dicēdum ꝙ liber ille non eſt authenticus,nec oportet authoritatem eius ſuſcipere.Tamē poteſt dici ꝙ anima ſeparata afficitur ad delectationem,vel dolorem, recogitando actus prædictarũ virium quos geſſit in corpore,non ꝙ eos exerceat.

Prīa Pæ. q.67.ar.1 ad ter. De ver.q.25. arti. 3. ad tertium.

Articulus tertius.

In alio ſcrip. vbi ſup.q̃ſtiũ. 2.o.4.cõ. c.90. De ver.q.26. artic.1.o. quol.3.ar ti.2 3.o. De aia.ar. 21. o. op. 3.c. 180.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ animæ non patiantur ab igne corporeo. Dicit .n. Dama.in lib.4.Tradetur diabolus,& dęmones eius,& peccatores in ignem ęternum,non materialem,qualis eſt q apud nos eſt,ſed qualem vtiq; nouit Deus.ignis autem corporeus eſt materialis. ergo ille ignis non eſt corporeus. Pręterea. Auguſt.ſuper Gen. ad literam lib. 12.dicit.Non ſunt corporalia,ſed corporalibus ſimilia quibus animæ corporibus exutæ afficiũtur,ſeu bene,vel male.ergo anima ſeparata igne corporeo non punitur. Præterea. Agens,& patiens conueniunt

niunt in materia, ſecundum Boe.in lib. de dua. na. ſed anima, & ignis corporeus non cõmunicant in materia. ergo anima ſeparata ab igne corporeo non patitur. Sed contra. Eodẽ igne dãnati puniuntur poſt reſurrectionem, & dęmones. ſed dãnati poſt reſurrectionem punientur igne corporeo. ergo & dęmones igne corporeo puniuntur. Præterea. Per quę peccat quis per hęc debet torqueri: vt dicitur Sap. 11. ſed peccatores peccauerunt nimis amando corporalia. ergo per corporalia debẽt puniri, & ita animæ ſeparatæ igne corporeo punientur. Reſpõ. Dicendũ ꝙ circa punitiones animæ fuit multiplex opinio: Quidam enim dixerunt, vt Origiñ. omnia quæ de pęnis corporalibus dãnatorum dicuntur, ſm metaphorã debere ĩtelligi, vt per eas ſpiritualis afflictio deſignetur. Sed ſecundum hoc non eſſet ibi niſi pęna damni, quę reſpondet auerſioni, non pœna ſenſus, quæ reſpondet conuerſioni: Nam ſpiritualis dolor erit de carẽtia beatitudinis: Et ideo alii dixerunt ꝙ intelliguntur non ſecundum corporalem actionem, ſed ſecũdum imaginariam viſionẽ, ſicut accidit in ſomnis. Sed hoc eſſe nõ poteſt; cum viſio imaginaria ſit actus potentiæ ſenſitiuæ, qui in anima ſeparata non erit, q̃uis hoc Auguſt. dicat, inquirendo magis q̃ ſententiãdo: Et ideo dicendũ ꝙ igne corporeo animæ dãnatorum ſeparatæ puniuntur, & ſpiritus dęmonum. Poteſt autem ignis animas affligere, non virtute naturæ, ſed vt eſt inſtrumentum diuinæ iuſtitiæ. Affligit autem non alterãdo, ſicut agit in corpora, ſed detinendo. Vniri autem poteſt aliquo modo ſpiritus corpori vt motor, ſed ꝙ corpori cui vnitur ſpiritus quodãmodo alligetur, hoc habet ignis diuina virtute, vt eſt inſtrumentum eius iuſtitiæ. Ad primum ergo dicendum ꝙ Dam. loquitur quantum ad proximũ afflictiuum animæ: ignis enim exterius ligans non affligeret niſi appręhenderetur vt nociuus. Ignis autem appręhenſus non eſt materialis. Vel dicitur non eſſe materialis, q̃tum ad modum agendi. Ad ſm dicẽdum ꝙ Aug. loquitur inquirendo. Ad tertium dicẽdum, ꝙ obiectio illa procedit de actione naturali quæ eſt per modum alterationis.

p.p.q.64. arti.4. ad primũ. De aia. art.6. ad ſep. De ſpũal. ar.1 ad vigeſ.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ corpora dãnatorũ ab igne non patiantur: Corpora. n. dãnatorum erunt paſſibilia. ſed omne hmói corpus natum eſt ab igne cõſumi. ſi ergo corpora dãnatorum igne cruciantur, quandoq; totaliter conſumentur. Præterea. Ignis agit in corpora ea ſibi aſſimilando. hoc autem non põt fieri, niſi per exceſſum caloris, & ſiccitatis, qui armoniam corporis ſoluens mortem inducit. Ergo ſi corpora dãnatorum igne cruciantur, quandoq; per hoc mortẽ incurrent. Præterea. Immenſitas doloris animam a corpore ſeparat. ſed ignis inferni eſt maxime afflictiuus. ſi ergo eo dãnatorũ corpora cruciantur, ex hoc mortem incurrẽt, & non erit pęna perpetua, qđ eſt contra fidem. ergo corpora dãnatorum igne non cruciabuntur. Sed cõtra eſt quod Aug. dicit in lib. de ciui. Dei. 21. Gehẽna illa, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora dãnatorum. Pręterea. Maior eſt affinitas corporis ad ignẽ corporeum q̃ aiæ. ſed animæ puniuntur igne corporeo, vt dictum eſt. ergo multomagis corpora dãnatorum. Reſpon. Dicendum ꝙ corpora dãnatorum igne corporeo cru

In alio ſcript. vt hic. q.1. ar 3. q̃ſtiũ.2. o.4. cõtra c.89. 90.

In alio ſcrip. vbi ſup. quæſtiun.3.o. quol.7. artic.11. o. op.3. c. 171.172. 180.

ciabuntur poſt reſurrectionẽ, non tñ conſumentur per ignem. Cuius ratio eſt, quia corpus ſenſibile agere poteſt dupliciter: Vno modo transmutãdo naturam, ſicut agit ignis in aere: Alio modo inferendo ſuam ſpẽm ſine trãſmutatione naturæ, ſicut color agit in aerem, & in pupillam. Quia vero ceſſante motu primi mobilis, nulla poterit transmutatio eſſe naturæ, ignis nõ aget in corpora dãnatorũ tranſmutãdo naturam, ſed ſolum ſpeciem ſenſibilem ingerendo, & ideo affliget quidem, ſed non corrumpet: Et per hoc patet ſolutio ad obiecta.

Diſtin. Quadrageſimaquinta.

Præterea ſciẽdum

eſt ꝙ omnes animæ &c.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo de receptaculis animarum.
Secũdo vtrum ſuffragia eccleſiæ proſint defunctis.
Tertio vtrum proſint exiſtentibus in inferno.
Quarto vtrũ ſuffragia ſanctorum in patria exiſtentium proſint viuis.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. o.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ incõuenienter animabus receptacula aſſignentur: Maior. n. eſt gloria, vl' dãnatio animarum, ꝗ corporũ. ſed omnia corpora ſimul pręmiabuntur, vel dãnabuntur ad maiorem cumulũ pœnę vel gloriæ. ergo etiam & oẽs animæ, & ita ante reſumptionem corporũ ad receptacula pęnarum, vel præmiorum nõ perueniunt. Præterea. Illud qd indifferenter ſe habet ad diuerſa loca non habet determinatum receptaculũ. ſed ſancti qui agnum ſequuntur quocunq; ierit, ad diuerſa loca pergere poſſunt, vt de Apoſtolis, & Martyribus Hiero. dicit, qd etiã videtur de dãnatis exemplo dęmonũ. ꝗ non debent animabus certa receptacula aſſignari. Præterea. Locus præmii eſt vnus. ſ. cęlum. ergo pari rõne locus pęnarũ debet eſſe vnus tantũ. Sed econtra videtur ꝙ ſint plura receptacula ꝗ aſſignentur. Receptacula enim diſtinguũtur ſ'm diuerſitates meritorum. ſed hę ſunt infinitæ. ergo nec receptacula animarũ ſub certo numero cõpręhendi põt. Præterea. Animæ quãq; puniuntur in locis in quibus peccauerunt, vt patet per Grego. in. 4. Dialo. ſed non ſunt determinata loca in quibus peccauerunt. ꝗ nec in quibus punientur. Reſpon. Dicendum ꝙ animabus ſecundũ cõgruẽtiam meritorum aſſignãtur quædam receptacula, licet nõ pro neceſſitate naturę, Quę quidem receptacula, aut ſunt loca pręmiorum, & ſic eſt paradiſus, aut pęnarum ęternarũ, vel temporalium. Si ęternarum, aut pro peccatis cõmiſſis, & ſic eſt infernus, aut ꝓ peccato contracto, & ſic eſt limbus puerorum. At ſi ęternarum, aut pro peccatis commiſſis, & ſic eſt purgatorium, aut pro peccato cõtracto, & ſic eſt limbus patrum, qui pro ſolo originali detinebantur, nondum facta redẽptione humana. Ad primum ꝗ dicendum ꝙ animæ ſtatim poſt mortẽ ad loca tendent ſuis meritis debita: Sicut enim corpora inclinantur ponderibus in ꝓpria loca, ita animæ meritis in propria receptacula. Nec eſt ſimile de corporibus, & animabus, qa eſſentialis gloria, vel miſeria prĩcipaliter conſiſtit in anima, non autem in corpore. Ad ſecundum dicendũ ꝙ tam animæ ſanctorum, ꝗ dãnatorum non poſſunt egredi a ſuis receptaculis, quantum ad debitũ ibi eſſendi, qd manet

3. p. q. 59. arti. 5. ad primum. Io. 14. 1. 1. co. 4. Secundæ Cor. 5. 1. 2. co. 2. et 3.

manet vbicūq; ſint. Poſſunt tamen inde egredi vt actu alibi ſint. Sed hæc animæ ſanctorum hñt cum volunt, animæ damnatorum cum permittuntur. Ad tertium dicendum ꝙ ſicut meritum vno modo contingit, ſed ab eo multipliciter deriuatur, vt Philoſophus dicit de virtute in. 2. Ethi. ita conuenienter vnus eſt locus prǣmii, ſed multiplex locus pœnarum. Ad quartum dicendum ꝙ receptacula diſtinguuntur ſecundum generales diuerſitates meritorum, & demeritorū, non autem ſm quaſcunq;. Ad qntū dicendū ꝙ animæ non puniuntur in locis vbi peccauerunt, quaſi in proprio loco pęnarum, ſed ad noſtram inſtructionem.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. p. o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſuffragia viuorum nō pſint defunctis, quia vt dicitur in Pſal. 61. Tu reddes vnicuiq; iuxta opera ſua. non ergo per opera viuorum defuncti iuuantur. Prǣterea. Iuuari eſt quoddam proficere, quod tātum viatorum eſt. ſed defuncti iam non ſunt viatores. ergo ſuffragia eccleſiæ eis non proficiunt. Præterea. Si aliqua ſuffragia defunctos iuuant, prǣcipue hoc videtur ꝙ debeant magis dignis prodeſſe. ſed hoc nō eſt verum, cum quādoq; pro minus dignis magis fiant. ergo defuncti viuorū ſuffragiis non iuuantur. Sed cōtra eſt quod dicitur. 2. Macha. 12. Sancta, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, vt a peccatis ſoluantur. Præterea. In ſacramentis eccleſiæ nihil agitur fruſtra. ſed in ſacrificio eccleſiæ oratur pro defunctis, ſecūdum cōſuitudinē eccleſiæ generalis. ģ ſuffragia viuorum defunctis proſunt. Reſpon. D. cendum ſm Auguſt. ꝙ ſicut agricolę operātur ad fructuum productionē, ita & homines operātur ad aliorum ſalutē. Operatio autem agricolæ circa plantas nihil valet, niſi prǣſuppoſita vitali virtute plantę, & eius operatione quā iuuat agricola, vel impedimenta tollēdo, vel aliqua conuenientia miniſtrando. Vnde nec homo circa alium poteſt operari ad ſalutē alterius efficaciter, niſi aſſit interior gratia cum actione meritoria. Operatur autē vel ſubſidia miniſtrando quibus aliis proficiat, vel impedimenta tollēdo, Et inde eſt ꝙ opera viuorum nō pñt prodeſſe defunctis, vt eos in altiorem ſtatum promoueant ꝗ ſm merita ꝓpria eis debetur, neq; vt in merito proficiant, ad quod q̄dm potuerunt in hoc mundo iuuari, q̄a non ſunt in ſtatu merendi, ſed ad hoc ſolum vt impedimentum tollatur. ſ. reatus pœnę temporalis quo a Dei viſione retardātur. Ad primum ergo dicendū ꝙ gloria vel dānatio vltima ſolum ſecundum opera propria defunctis reddētur, ſed impedimēta cōſequendę ſalutis tolluntur per opera aliorum, vt dictum eſt, quę tamē opera ſunt eorum, inquātū pro eis ſunt facta, & inquantum meruerunt vt eis poſt mortem poſſent prodeſſe, quippe qui coniuncti ſunt vinculo charitatis his a q̄bus poſt mortē iuuātur. Ad ſecundum dicēdum ꝙ mortui nō ſunt viatores quantū ad hoc ꝙ poſſunt in merito proficere, vnde quantum ad hoc non iuuantur. Sunt tamē viatores quantum ad hoc ꝙ a gloria retardantur, & quantum ad hoc iuuari poſſunt. Ad tertium dicendum ꝙ ſuffragia viuorū proſunt defunctis, ſecundum ꝙ viuorū opera, defunctorum fiunt: Quod quidē contingit dupliciter. Vno modo propter vnionē

quol.2.q. 7.ar.2.o. quol. 8. ar.9.c.

chariſtatis,& ſic proſunt ad gaudium omnibus in charitate exiſtentibus, & magis eis qui ſunt maioris charitatis. Alio modo per intentionẽ facientis, & ſic valent pręcipue ad diminutionem pęnę per modum cuiuſdã ſatiſfactionis,& ſic valent magis eis pro quibus fiunt,etiã ſi ſint minus digni.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar.2.o.

AD tertium ſic proceditur,& videtur ꝙ ſuffragia eccleſiæ proſint dãnatis. Legitur enim.2. Machab.12.ꝙ Iudas fecit offerri ſacrificium pro mortuis,apud quos inuenerat de donariis idoloꝝ, quod erat lege prohibitũ,& ſic mortaliter peccauerant,& dãnati erant.ergo ſuffragia eccleſię proſunt dãnatis. Præt. Gregorius Traiano Impatori veniã impetrauit,vt Dam.dicit, qui tamen dãnatus erat,vtpote idolatra,&eccleſiæ perſequutor.ergo ſuffragia eccleſiæ proſunt dãnatis. Præterea. Maius eſt iuuare ꝗ iuuari.ſed exiſtentes in peccato mortali poſſunt alios iuuare ſuffragiis,alias deciperentur defuncti qui per ſacerdotes in peccato exiſtentes fieri ſibi ſuffragia procurant.ergo multomagis dãnati in peccato mortali decedẽtes ſuffragiis pñt iuuari. Sed contra. In inferno nulla eſt redẽptio,vt eccleſia cantat. ſed dãnati ſunt in inferno. ergo eccleſiæ ſuffragiis iuuari non poſſunt. Præterea. Augu.dicit in litera ꝙ fruſtra ſuffragia impẽduntur his qui de corpore exierũt ſine fide per dilectionẽ operante.taliter autem exierunt omnes dãnati.ergo ſuffragiis eccleſię nõ iuuantur. Reſpon. Dicendum ꝙ in hoc omnes conſentiunt ꝙ dãnatis poſt diem iudicii pęna, per ſuffragia eccleſię nunc facta,nõ minuetur, nec iterum infidelibus ante diem iudicii. Sed de fidelibus dãnatis ante diem iudicii eſt diuerſa opinio. Quidã enim dixerunt ꝙ eis ſuffragia eccleſiæ valẽt ad diminutionem pęnę, & tantũ poſſent multiplicari ſuffragia, ꝙ pœna ſuſpenderetur vſq; ad diẽ iudicii. Sed cõtra hoc eſt,quia aliquid remaneret inordinatum in vniuerſo, cum culpa non ordinetur niſi per pęnã: Et ideo alii dixerũt ꝙ ſuffragia eccleſię pro talibus facta ſemp diminuunt pœnam,nunquã tamen auferunt totam,ſicut linea in infinitum diminuitur,ſed non conſumitur. Sed contra hoc eſt,quia rõ nulla eſt quare ſequẽtia ſuffragia minorem quantitatẽ pęnæ diminuant ꝗ prima.Si autem a linea finita ſemper æqualis quantitas auferretur,oporteret eã per diuiſionem conſumi:Et ideo dixerũt alii ꝙ ſuffragia iuuant tales,non diminuendo pęnam,ſed cõfortando patientẽ ad leuius ferendũ,ſicut ſi ferẽti onus abſtergeretur vultus a ſudore, onere non diminuto.Sed contra hoc, eſt, quia eãdem pęnam aliqui damnatorum leuius,& aliqui grauius ferunt ꝓ diuerſitate culparum,quæ per ſuffragia non minuuntur:Et ideo aliqui dicunt ꝙ tantum ad hoc eis valẽt,ꝙ nõ triſtantur de ſuffragiis per ſe non factis.Sed contra hoc eſt ꝙ aiæ defunctorum,& pręcipue dãnatorum,ea ꝗ circa viuos aguntur ignorant,ſecundum Aug.in lib.de cura pro mortuis agenda.Et ideo dicendum eſt ꝙ damnati nullo modo ſuffragiis iuuantur, & hoc iõ quia ſunt extra vinculũ charitatis,quo mẽbra eccleſię vniũtur,vt opera vnius alium iuuare poſſũt.

De ma. q. 7. arti. 15. ad tertiũ.

Ad primum ergo dicendũ ꝙ illi nõ acceperũt donaria idoloꝝ in eoꝝ reuerẽtiam,ſed tãquam victores iure belli, cum quadã auaritia veniali.Vel ſm quoſdam,in ipſo mortis periculo pęnituerunt, ſecundum illud Pſal.77.

Cum

Cum occideret eos, quęrebant eum. Ad ſecundum dicendum ꝙ de Traiano poteſt dici ꝙ ſit reuocatus ad vitam, & ſuſcepta gratia veniam conſequutus, cum & alii infideles reſuſcitati legantur: Non enim longitudo temporis præiudicat diuinę potentiæ. Vel dicendum, ſecundum quoſdam, ꝙ pęna fuit ſuſpenſa vſq; ad diem iudicii, nec tamen hoc eſt ad conſequẽtiã ptrahendum, quia priuilegia paucorum non faciunt legem cõmunem. Ad tertium dicẽdum ꝙ ſuffragia per malos facta, inquantum agunt in propria perſona, non valent: poſſunt tamen valere inquantũ agunt in perſona aliena, vel totius eccleſiæ, ſicut eſt de clericis, vel eius qui imperat ſuffragia fieri, ſicut cum ſeruus peccator iuſti domini mandatum exequitur eleemoſinam faciendo, ſacrificia tamen eccleſiæ iuuant ex ipſo opere operato.

3.p.q.82. ar.6.c.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 3. ar.1.0.Pa ꝑę. q.83. ar.11.0.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ orationibus ſanctorum non iuuemur. Eſaie. 63. dicitur. Abraham neſciuit nos, & iſrael ignorauit nos. vbi dicit glo. Auguſti. Mortui, etiam ſancti, neſciunt quid agant viui, & eorum filii. ergo pro eorũ neceſſitatibus non orant. Præterea. Deus nos magis diligit, & clementior eſt q̃ aliquis ſanctorum. ſed mediatores eliguntur per quos alterius dilectio excitetur, & ſic oportet eſſe eos magis amantes, & magis propitios. ğ non debemus ſanctos interpellare vt eorum orationibus iuuemur. Præterea. Quicunq; orando impetrat aliquid, quodãmodo illud meretur. ſed ſancti non ſunt in ſtatu merendi, ergo nos ſuis orationibus, aliquid impetrãdo, non iuuant. Sed contra eſt quod habetur. 2. Machab. vlt. de Hieremia. Hic eſt qui multum orat pro populo, & pro vniuerſa ſãcta ciuitate, Hieremias propheta Domini. Præt. Sancti ex charitate dum viuunt, & ꝓ aliis orant, & merito charitatis exaudiũtur. ſed eorum charitas in patria perficitur. ergo ibi magis & efficacius pro nobis orant. Reſpon. Dicendum ꝙ cuiuſdam hęretici, q Vigilantius dicebatur, error fuit, ꝙ ſancti poſt hanc vitam, nec noſtras orationes cognoſcunt, nec pro nobis orãt. Quod Hieronymus reprobat in quadam epiſtola ſic dicens. Si Apoſtoli, & martyres adhuc in corpore conſtituti poſſunt orare pro aliis, quando pro ſe adhuc debent eſſe ſoliciti, quã to magis poſt coronas, victorias, & triumphos? Vnde dicendum eſt ꝙ ex hoc ipſo quod vident verbum, & in verbo omnia quæ eos decent, noſtras orationes, & neceſſitates cognoſcunt, & vrgente charitate, qua feruent, pro nobis orant, & impetrant. Ad primum ergo dicendum ꝙ Augu. loquitur quantum ad naturalem cognitionem animæ ſeparatę, ſed non quantũ ad cognitionem glorię, vt dictum eſt, & vt Grego. dicit. 12. lib. moral. ſup illud Iob. 14. Siue nobiles fuerint filii eius, ſiue ignobiles. Ad ſecundũ dicendum ꝙ non eſt propter defectũ diuinę charitatis ꝙ ſanctos interpellamus ad orandum, ſed diuinæ ſapientiæ hoc ordo exigit, vt alii per alios iuuentur. Ad tertium dicendum ꝙ licet ſancti nũc non mereantur in patria, meruerunt tamen in hac vita, vt eorum orationes exaudirentur.

Diſtin. Quadrageſimaſexta.

Sed quæritur hic de

valde malis &c.

Quęſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.
Primo vtrum in Deo ſit iuſtitia.
Secundo vtrum in eo ſit miſericor-
dia.
Tertio vtrum omnia opera Dei ſint
cum miſericordia & iuſtitia.
Quarto vtrum diuina iuſtitia ex miſe
ricordia patiatur pœnas dānatorꝫ
eſſe perpetuas.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & vi
detur ꝙ iuſtitia Deo nō ſit attri-
In alio buēda: Iuſtitiæ enim actus eſt red
ſcript. vt dere debitum. ſed Deus nulli aliquid
hic. p. p. debet. ergo iuſtitia non cōpetit Deo.
q. 21. art. Præterea. Iuſtitia in quadam
1. o. p. c. æqualitate conſiſtit, vnde domini ad
c. 94. ſeruum non eſt iuſtitia, ſecundum Phi
loſophū. in. 5. Ethi. ſed nihil eſt Deo
æquale, cum ipſe ſit dominus omniū.
ergo iuſtitia Deo non debet attribui.
Præterea. Iuſtitia eſt vna de quatuor
virtutibus cardinalibus, contra tem-
perantiam diuiſa. ſed tēperantia Deo
non attribuitur. ergo nec iuſtitia ei
debet attribui. Sed contra. Ad per
fectum iudicium requiritur iuſtitia in
iudicāte. ſed Deus iudex eſt omnium.
ergo oportet ponere in eo eſſe iuſti-
tiam. Pręterea. Omne quod eſt
optimum Deo eſt attribuendum, ſm̄
Anſel. ſed iuſtitia eſt optima virtutū,
vt Tullius probat in lib. de offi. ergo
iuſtitia Deo debet attribui. Reſpon.
Dicendum ꝙ hoc intereſt inter iuſti-
tiam, & bonitatem, ꝙ bonitas effectū
abſolute reſpicit, iuſtitia vero cum
ordine ad aliquid præſuppoſitū, cui
actus ſecundum quādam decentiam
adęquatur. Hoc autem ſemper in di-
uino effectu inuenitur, quia ſecundi
effectus eius congruūt primis, & primi
cōgruūt dignitati facientis. Vñ ſicut dr̄
Deus bonus, inq̄tum ſuā bonitatē cōi
cat, ita dicitur iuſtus, inquantū in ſuis
effectibus ordinem ſeruat, & vnius ad
alterum, & omnium ad ſeipſum. Ad
primum ergo dicendum ꝙ Deus licet
non ſit debitor alteri, eſt tamen quo-
dāmodo debitor ſibi ipſi, vt. ſ. faciat
quod eum decet, & ex hoc quodāmo
do aliis debitor dicitur conſequēter:
Ex hoc enim quod ſibiipſi ē debitor,
vt ſuam diſpoſitionē ſeruet, efficitur
quodammodo nobis debitor ex pro-
miſſo, & ex merito, quibus niſi cōgruē
tia redderet, ſuam diſpoſitionem mi-
nime ſeruaret, & pro tanto Dei iuſti-
tia veritas dicitur, inquantum implet
quod ordinauit. Ad ſecundum dicē
dum ꝙ ad iuſtitiam requiritur ęqua-
litas, non quantitatis ſemper, ſed pro
portionis. Et licet inter dominum, &
ſeruum non poſſit eſſe iuſtitia ſecun-
dum perfectam rationem, eſt tamē ali
quis modus iuſtitię, quē Philoſophus
nominat dominatum iuſtum. Ad
tertium dicendum ꝙ temperantia eſt
circa paſſiones, quibus Deus caret, iu
ſtitia vero circa actiones quibus non
caret, vnde non eſt ſimile.

Articulus ſecundus.

AD ſecundū ſic proceditur, & vi In alio
detur ꝙ in Deo non ſit miſeri- ſcript. vt
cordia: Miſericordia enim eſt quædā hic. q. 2.
paſſio, quæ in Deum non cadit. ergo ar. p. o. p.
in Deo non eſt aliqua miſericordia. p. vbi ſup.
Præterea. Summe beato nihil po- ar. 3. o. 1.
teſt miſerię admiſceri. ſed Deus eſt ſū c. c. 92.
me beatus. cum ergo miſericors ſit Pſal. 24.
quodāmodo particeps alienæ miſe- co. 6.
riæ, videtur ꝙ nullo modo Deo miſe-
ricordia conueniat. Præterea.
Miſericordis eſt miſeriam aliorū, pro
poſſe repellere hoc autem Deus non
facit: inducit enim aliquos in miſeriā
pœnæ & permittit aliquos incidere
in miſeriam culpæ. ergo Deo miſeri-
cordia non competit. Sed contra
eſt quod in collecta dicitur Deus cui
proprium

proprium eſt miſereri ſemp,& parcere. Prçterea. In Pſal. 144. dicitur. Miſerator,& miſericors Dominus. Reſpon. Dicendum ꝙ ſicut iuſtitia ſupra bonitatem addit ordinem quẽdã,ita & miſericordia, ſed differẽter: Nam iuſtitia addit ordinem cuiuſdã çqualitatis,& congruentię, miſericordia vero addit ordinem contrarietatis,vel diminutionis,Et quia Deus cõgruenter ordinatur circa bona,& mala,non aũt diminuit,nec repellit niſi mala,inde eſt ꝙ iuſtitia importat ordinem,& ad bona,& ad mala: Deus.n. iuſte pręmiat bona,& punit mala,Sed miſericordia habet ordinem tantum ad mala,quæ Deus vel totaliter tollit,vel diminuit. Ad primum ergo dicendum ꝙ ſicut ira non dicitur in Deo ſecundum paſſionem,ſed ſecundum ſimilitudinem effectus, inquantum.ſ.Deus punit,ita miſericordia in Deo nõ ponitur ſcdm paſſionem, ſed ſcdm ſimilem effectum, quia.ſ. Deus ad modum miſericordis operatur repellendo miſeriam alienam. Ad ſecundum dicendum ꝙ miſericors non dicitur,eſſe particeps alienæ miſeriæ ſecundum rem,ſed ſecundum æſtimationem,quia.ſ.ęſtimat alienam miſeriam repellendam,ac ſi eſſet ſua. Ad tertium dicendum ꝙ miſericors non repellit alienam miſeriam quantumcunq; poteſt,ſecundum potẽtiam abſolutam,ſed quantum ratio recta permittit,& ſic etiam Deus facit ſecundũ ꝙ exigit ordo ſuę ſapientię.

[Margin: ſ̃a ſ̃æ. q. 30. art. 2. ad primũ.]

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur quòd non in omni opere Dei ſint miſericordia, & veritas: Opus enim creationis eſt opus Dei, in quo tamen,nec miſericordia , nec iuſtitia apparet,cum iuſtitia pręſupponat debitũ, miſericordia miſeriã, creatio vero nihil.ergo non eſt verũ ꝙ in omni ope Dei ſint miſericordia, & veritas. Præterea. Apoc. 18. dicitur. Quantum glorificauit ſe, & in delitiis fuit , tantum date ei tormentum,& luctum.ergo quãtitas pęnæ ęquatur quantitati culpę,& ſic non eſt ibi aliqua miſericordia. Præterea. Iuſtificatio impii quoddam Dei opus eſt. ſed ibi nulla videtur ſeruari iuſtitia,ſed ſola miſericordia: Dicitur.n. Tit. 3. Non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos,ſed ſe.ſu.mi.ſal.nos ſe.ergo non ſemper in opere Dei coniungitur iuſtitia miſericordię. Sed cõtra eſt quòd in Pſal. 24. dicitur. Vniuerſæ vię dñi miſericordia,& veritas. Prçterea. Opus proportionatur agẽti,cum ex forma agentis ſpeciem trahat. ſed in Deo ſemper iuſtitia miſericordiæ coniungitur. ergo in opere eius ſemper vtrũq; inuenitur. Rñ. Dicendum ꝙ de operibus Dei dupliciter loqui poſſumus. Vno modo ſ̃m proprietatem,alio modo ſ̃m appropriationem. Proprie itaq; loquendo, omne opus Dei,iuſtitiam & miſericordiam habet. Iuſtitiam quidem,inquãtum eſt cum ordine decenti , miſericordiam vero,inquantum per eã malum euacuatur,vel in toto,vel in parte,& vltra dignitatem patientis. Cętcrum ſecundum appropriationem aliquod opus appropriatur iuſtitiæ, & aliqd miſericordiæ. Miſericordię quidem in quo miſericordia ſuum effectum principaliter ſortitur, ſicut patet in opere iuſtificationis, quo repellitur culpa,& glorificationis quo totaliter excluditur miſeria, Iuſtitię vero,in quo miſericordia nõ totaliter effectum ſuum conſequitur, ſicut in opere punitionis in quo non totaliter malum excluditur,ſed iſertur pœna pro merito culpæ, ꝗuis minor ꝗ

[Margin: In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 2. qſtiũ cu. 1. o. p. p. vbi ſup.]

[Margin: ar. 4. o. 2. con. c. 80. Pſal. 24. co. 5. Ro. 15. l. 1. co. 3.]

[Margin: De ver. q. 28. art. 1. ad octa. De po. q. 5. ar. 4. ad ſextum.]

exigeret culpa. Ad primum ergo dicẽdum ꝙ in opere creationis, etiam aliquo modo iuſtitia, & miſericordia ſaluantur. Licet enim creatio nõ prȩſupponat aliquam creaturam, cui ſit aliquid debitum, prȩſupponit tñ creantem, cuius voluntati debetur, vt creationis opus impleatur. Quãuis etiam non præſupponat miſeriam, quæ in creatione tollatur, vel minuatur, prȩſupponit tñ noneſſe creaturȩ, qđ per creationem aufertur, qui eſt defectus omnem miſeriam excedens. Ad ſm dicendum ꝙ etiam in punitione damnatorum ſaluatur iuſtitia, in hoc ꝙ pȩna pro peccatis infertur, & miſericordia in hoc ꝙ citra condignum puniũtur. Authoritas aũt illa nõ demõſtrat ȩqualitatem quãtitatis pȩnæ ad culpam, vt. ſ. tm̃ puniatur peccator, quantum eſt dignus. Eſt autem æqualitas proportionis, quia. ſ. maiori peccato maior pȩna infertur, omnibus tñ citra condignum. Ad tertium dicendum ꝙ etiam in opere iuſtificationis eſt miſericordia, inquãtum gratis peccata condonãtur, & iuſtitia, inquãtum ibi aliqua pœna exiſtit, ſaltẽ cõtritionis, & inquantum ſeruatur decẽtia diuinæ bonitatis. Vnde dicit Anſel. Cũ parcis peccatoribus, iuſtũ eſt. Decet enim &c.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 3. o.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ peccatoribus non inferatur pȩna ȩterna: Non enim eſt iuſtũ vt pȩna culpam excedat. ſed culpa fuit temporalis. ergo pȩna non erit ȩterna. Præterea. Iuſti, & miſericordis iudicis eſt vt pȩnam non inferat, niſi propter emendationem: Non enim delectatur in pœnis. ſed pœna ȩterna non poteſt eſſe ad emendationem. ergo, cum Deus ſit huiuſmodi iudex, videtur ꝙ pœnam ȩternã peccatoribus non inferat. Prȩterea. Matth. 5. dicitur. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. ſed multi miſericordiȩ operibus intenti pro peccatis aliis dãnabũtur. ergo ipſi ſaltem miſericordiã cõſequentur, & eorũ pœna nõ erit ȩterna. Sed contra eſt quod dicitur Eſa. vlti. Ignis eorum non extinguetur, & vermis non morietur, & loquitur de pȩnis damnatorum. ergo pœna damnatorum erit propetua. Præterea. Sicut gloria debetur merito, ita pœna culpæ. ſed ſancti pro meritis gloriam ȩternam conſequentur. ergo ẽt iniuſti pro peccatis pœnam æternã. Reſpon. Dicendum ꝙ circa hoc fuit multipliciter erratum: Origenes enim poſuit omniũ pœnam, etiam dæmonum, quandoqȝ per miſericordiã Dei terminandam. Quidam vero non dæmonum, ſed oĩum hominum, pro quibus ſancti orabunt, ſm eos. Alii vero nec omnium hominũ, ſed fideliũ tm̃, qui ſacramentis fidei imbuti in catholica fide vſqȝ ad finẽ perſeuerauerũt. Alii vero, non omnium fidelium, ſed eorũ tm̃ q circa miſericordiæ opera occupantur. Quæ omnes opiniones erroneȩ ſunt. Primo, quia repugnant authoritati ſcripturæ, quæ ſuppliciũ dæmonum, & hominum dãnatorũ dicit eſſe æternum, & fornicarios, auaros, & alios huiuſmodi in perpetuum excludi a regno, quȩ eſt maxima pœnarum. Secundo, quia pari ratione beatitudo ſanctorum qñqȝ finiretur, & ſic vera beatitudo non eſſet. Vnde dicendum eſt omnes dãnatos ȩterna pœna puniendos. Ad primum ergo dicẽdum ꝙ nulla iuſtitia exigit ꝙ pœna ȩquetur culpæ, duratione, cum ꝓ momentaneo peccato aliquis humano iudicio diu flagelletur, quandoqȝ vero in perpetuum a ciuitate excluditur

p. p. q. 10. arti. 3. ad ſm. q. 64. art. 2. c. 3. contra. c. 144.

tur,vel exilio,vel morte dãnatur pp hoc ꝙ contra bonum ciuitatis peccauit,eſſetq; pœna iſta ſimpliciter ęterna,ſi iudex,& reus eſſent ęterni. Similiter qñãdo aliquis peccat cõtra charitatem,quæ eſt vnio ciuitatis Dei, in perpetuum ab ea excluditur, morte ęterna dãnatus, & hęc eſt ratio Aug. 21.de ci.Dei. Eſt & alia rõ quã Aug. ibidem ponit,quia peccauit contemnendo vitam æternam:vnde factus eſt dignus pęna ęterna.Tertia eſt quã ponit Grego.quia peccauit in ſuo ęterno,quod etſi non eſt actu,eſt tamen in eius voluntate:voluiſſet enim ſemper viuere,vt ſemper peccaret.Quarta ratio eſt quia culpa fuit infinita quodã modo,inquantum fuit cõtra Deũ qui eſt infinitus.Quinta ratio eſt quia culpa manet in ęternum quã oportet ordinari per pœnam. Ad ſecundum dicẽdum ꝙ pœnę dãnatorum ad aliquid erunt vtiles.ſ. ad impletionem diuinæ iuſtitiæ, & gaudii electorum, qui diuinæ iuſtitiæ congaudebunt. Ad tertium dicendum ꝙ illi qui ſibi non miſerentur,non recte,miſericordes ſunt,quantũcũq; aliis miſereãtur. Conſequuntur tamen miſericordiã, non liberantem,ſed aliquid relaxantem, aut etiam in hoc mundo, dum miſericorditer ad pœnitentiam adducuntur.

Diſtin. Quadrageſimaſeptima.

Solet etiam quæri

qualiter dabitur &c.

Queſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum generale iudicium ſit futurum.

Secundo vtrum cũ Chriſto aliqui ſint iudicaturi.

Tertio vtrum omnes ſint in illo iudicio iudicandi.

Quarto de igne qui faciẽ iudicis præcedet.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ generale iudicium non ſit futurum. Exequutio ſentẽtiæ non præcedit iudicium. ſed homines nunc a Deo pręmiantur gloria æterna, & puniuntur pœna æterna, ad quæ diuinum iudicium ordinatur.ergo non erit finaliter iudicũ generale. Præterea. In iudicio generali oportet de omnibus meritis, & demeritis reddi rõnem.ſed hoc nõ poteſt fieri, niſi prolixiſſimo tẽpore, vt videtur. ergo requireretur ad iudicium tẽpus longiſſimum,ſi generale ſit futurũ. Præterea. In iudicio humano tempus iudicii pręnunciatur. ſed iudiciũ humanum exẽplatur a diuino.ergo, ſi iudicium generale ſit futurum, videtur ꝙ tempus eius non eſſet nobis occultum,quod patet eſſe falſum, nõ ergo generale iudicium eſt futurum. Sed contra eſt quod dicitur Mat. 25. Cum veuerit Filius hominis in maieſtate ſua,& omnes angeli eius cum eo congregabuntur ante eum omnes gẽtes;Et ſtatuet oues a dextris,& hędos a ſiniſtris.Vbi & meritorum diſceptatio ſubditur,& pręmiorum,& pœnarum determinatio,quæ ad iudicium pertinent.ergo generale iudicium eſt futurum. Præterea. Diſcretio bonorum a malis ſine iudicio fieri non debet.ſed in futuro iudicio fiet generalis ſeparatio bonorum a malis, ergo erit iudicium generale. Reſp. Dicendum ꝙ iudicium ad duo ordinatur.ſ.ad recompẽſationem meritorum,& ad iuſtitiæ iudicis manifeſtationem,& propter hæc duo generale iudicium eſt futurum.Primo quidem

In alio ſcript. vt hic.3.p.q. 59. art.5. o.4.cõtra c.96. pri. op. 3. c. 249. et op. 10.c. 27.Iſa.30 le.3.p in.

quia etſi ſingulis ſingillatim reddantur pœnę, & præmia animarũ, oportet tamen ꝙ ſicut ſimul omnes reſurgent in corpore, ita omnes ſimul in corpore puniantur, vel præmientur, quod p generale iudicium fieri oportet. Secundo, quia pœnæ vel præmia ſingulis ſingillatim illata, nõ ſunt omnibus nota, nec etiam pœnaꝶ, & præmiorum cauſæ. Vnde oportebit omnia merita & demerita, in omnium adduci notitiam, vt vniuerſalis iudicis iuſtitia omnibus pateat euidenter. Ad primum ergo dicendum ꝙ illius iudicii ſentẽtia erit de punitione, vel de pręmiatione hominũ in anima & corpore, & de impletione ſocietatis tam bonorum q̃ malorum, quę conſtat ꝙ generale iudicium non præcedit. Ad ſcdm dicendum ꝙ Auguſt. relinquit ſub dubio vtrum iudicium illud peragatur vocali diſcuſſiõe meritorum, & ſnia de pęnis & præmiis, aut mentali. Probabilius tñ ęſtimari poteſt ꝙ tm̃ mentali. Quod ſi eſt, breuiſſimo tempore, vel etiam in mõmẽto iudicium illud complebitur, dum oẽs recognoſcent ſua, & aliena merita, & quid pro eis ſecundũ Dei iuſtitiã debeatur, vt ſupra dictum eſt. Si vero vocaliter ageretur, requireretur tempus prolixum. Ad tertium dicendũ ꝙ tempus iudicii debet eſſe incognitum, vt ad ipſum diligentius præparemur, & etiam quia ſolum diuinæ poteſtati ſubiacet finis mũdi, in quo erit generale iudicium, & ipſe ſolus illius temporis notitiam habet.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ homines cum Chriſto non iudicabunt. Non. n. ſunt minoris dignitatis angeli, q̃ homines. ſed de angelis non dicitur ꝙ debeant iudicare. ergo nec de hominibus hoc debet

In alio
ſcript. vt
hic. o. 4.
con. c. 56

dici. Præterea. Si homines aliqui iudicabunt, hoc pręcipuè pertinere videtur ad eligẽtes voluntariam paupertatem, quia ſcriptum eſt Iob. 36. Iudiciũ pauperibus tribuet. ſed pauperes nõ iudicabunt: magis enim hoc conueniret ratione martyrii, vel virginitatis, quæ ſunt pauptate digniora. ergo nulli homines iudicabunt cũ Chriſto. Præterea. In futuro omnis ceſſabit prælatio, vt dicitur in gloſ. Ro. 15. ſed iudicium ad aliquã prælationẽ ſpectat, & ſimiliter exequutio iudicii. ergo nec hoĩes iudicabunt cum Chriſto, nec dæmones exequentur iudicis ſniam in dãnatos. Sed cõtra eſt qd dicitur Iſa. 3. Dñs ad iudicium veniet cum ſenioribus populi ſui, per quos perfecti intelliguntur. ğ perfecti cum Chriſto iudicabunt. Prę. Mat. 19. dicit Dñs Apoſtolis. Sedebitis ſup ſedes duodecim iudicãtes duodecim tribus Iſrael. Rñ. Dicendum ꝙ iudicare eſt multipliciter. Vno modo authoritate, & ſic tota Trinitas iudicabit. Specialiter vero Filius, ſe omnibus viſibilem pñtando in humana natura. Alio modo cõparatione, & ſic iudicabunt, non ſolum boni, ſed etiã mali, ex quorum cõparatione alii dãnabiles oſtẽdentur. Tertio modo approbatione, & ſic omnes ſancti iudicabunt, ſniam iudicis approbãdo. Quarto modo quadã priuilegiata authoritate, & ſic iudicabunt perfecti, Chriſti conuerſationẽ ſpẽliter imitantes, quę quidẽ authoritas in duobus cõſiſtit. Prĩo in quadã honorabili cõſeſſione, quia honorabiliorem locum cęteris obtinebunt Chriſto magis propinqui. Secundo in quadam ſnię promulgatione, non quaſi ex ſua authoritate, ſed Chriſti. Qd fiet dum cognitióę diuinæ iuſtitię repleti, alios cognoſcere facient quid eis ex merito ſuorum operum

ſi. op. 3. c.
254. prię
Cor. 6. le.
1. co. 2.

operũ debeatur, Quę duo notãtur cũ dicitur. Sedebitis ſuper ſedes iudicantes. Ad primum ergo dicendum ꝙ Chriſto iudicium dabitur, quia Filius hominis eſt, vt patet Io. 5. In forma enim hominis apparebit, & ideo oportet aſſeſſores iudicis non angelos, ſed homines eẽ, qui corporaliter poſſint ab hominibus videri. Angeli tñ cum Chriſto veniẽt, vt habetur Matth. 25. quaſi teſtes de actibus hoĩum, quos cuſtodierunt. Ad ſecundum dicendum ꝙ paupertas maxime diſponit hominem ad hoc ꝙ Chriſto adhæreat, & eius iuſtitiã cõtẽpletur mundo totaliter ſpreto: vñ & eis ſpãliter iudiciaria ptãs debetur, cũ oporteat iudices diuinã iuſtitiã retinere in corde, vt eã aliis promulgent. Specialiter tñ illis pauperibus cõpetit qui ſalutem cęleſtem hominibus nunciauerunt, per angelos ſignificati, qui cum Chriſto venturi leguntur, Mat. 25. vt Aug. dicit in lib. de pœnitentia. Tamẽ quod de pauperibus dicitur, ẽt de pfectis aliis poteſt intelligi, eo quod paupertas eſt prima perfectionis pars. Ad tertium dicendum ꝙ prælatio in futuro euacuabitur poſt iudicium, non autẽ in iudicio. Nec intelligitur euacuari, niſi quantum ad hunc actum, qui eſt adducere in finem, vel abducere, omnibus iam in ſuo termino conſtitutis. Vnde nihil prohibet homines per dęmones poſt iudicium puniri. In litera tamen circa hoc duplex opinio ponitur. Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. o. op. 3. c. 252. Pſal. 1. co. 3. & Cor. 5. le. 2. co.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ ĩ illo iudicio omnes debeant iudicari. Ad hoc enim aliqui iudicio aſtant, vt iudicentur. ſed omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt habetur Ro. 14. ergo omnes in illo iudicio iudicabuntur. Pręterea. Illud iudicium magis ad homines ꝙ ad angelos pertinet. ſed in illo iudicio etiam angeli iudicabuntur, vt patet. 1. ad Cor. 6. Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus. ergo multo magis omnes homines. Præterea. Si aliqui homines a iudicio excluduntur, hoc videtur præcipue de omnibus bonis, quia dicitur Io. 3. Qui credit in eum non iudicatur. aliqui tñ boni iudicabuntur, quibus dicetur. Eſuriui & dediſtis mihi manducare. ergo oẽs homines iudicabuntur. Sed cõtra. Non eſt eiuſdem iudicari, & iudicare. ſed aliqui in illo iudicio iudicabunt cum Chriſto. ergo non oẽs iudicabuntur. Præterea. In Pſal. 1. dicitur. Non reſurgent impii in iudicio. gloſ. vt iudicentur. Reſpon. Dicendum ꝙ duo ſunt de ratione iudicii. ſ. diſtributio præmiorum, & pęnarum, & q̃tum ad hoc omnes iudicabuntur, quia vnicuiq; reddetur ſm opera ſua. Requiritur iterum diſcuſſio meritorũ, & q̃tum ad hoc aliqui non iudicabuntur triplici ratiõe. Primo quia opera nõ habẽt propria de quibus erit iudiciũ, ſicut patet de pueris decedentibus añ perfectũ vſum li. ar. qui tñ in iudicio cõparebunt, vt recipiant pęnam pro peccato originali, vel præmium pro ſacramento Chriſti. Secundo quia eorum bonis meritis nulla mala notabilis quãtitatis adiunguntur, ſicut illis qui ædificant aurum, argentum, & lapides pretioſos, terrenis contemptis, ſolis cæleſtibus inhiantes, ſicut a rege terreno præmiantur, abſq; aliqua diſcuſſione, filii & amici chariſſimi. Tertio quia non habent permixtionẽ alicuius boni, ſicut infideles, qui carent fidei fundamento, quomodo hoſtes a rege terreno abſq; audientia puniuntur. Ad primum ergo dicendum ꝙ ad hoc aſtabunt, vt referat vnuſqſq; propria quæ in corpore geſſit, vt di

1.ad Cor.5. Ad ſecundum dicendum ꝙ angeli, neq; boni, neq; mali iudicabuntur iudicio diſcuſſionis, ſed per augmentum præmii accidentalis, vel pœnę. Ad tertium dicendum ꝙ loqtur authoritas illa de iudicio condẽnationis.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q.2. ar.1.0.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ignis non præcedet faciẽ iudicis ad purgationẽ mundi: Purgatio enim fit ad auferendam immundiciam. ſed creaturę Dei ſunt mundæ. ergo per ignem non purgabuntur. Præterea. Purgatio ad innouationem ordinatur. ſed oẽs partes mundi innouabuntur, vt infra dicetur. ergo pari ratione, vel oẽs purgabuntur, vel nullæ. ſed non oẽs purgabuntur, quia nec ſeipſum ignis purgabit, neq; ſuperiores cœlos, quia nõ aſcendet niſi quãtum aquæ diluuii aſcenderunt, nec etiam omnia elementa, quia duo ex ipſis totaliter abſumẽtur, vt Beda dicit. ergo pari rõne nulla pars mundi purgabitur. Pręterea. Poſt reſurrectionem corpora hominũ erunt incorruptibilia, & ſic non poterunt per incinerationem purgari. ſed ignis ille reſurrectionem ſequetur, qa inuoluet reprobos, & trahet in gehẽnam, vt dicit quædam glo. Dan. 7. & Aug. dicit, 20. de ci. Dei, ꝙ conflagratio mundi reſurrectionem ſequetur. ergo ignis ille corpora hominum nõ purgabit, quę maxime purgatione indigent propter infectionem culpæ. ğ pari ratione nec alias partes mundi. Sed contra eſt quod dr. 1. ad Cor. 7. Pręterit figura huius mundi. glo. Pulchritudo huius mundi mũdanorum ignium conflagratione peribit. Præterea. 2. Pet. 3. dicitur. Cœli qui nũc ſunt, & terra repoſiti ſunt, igni reſeruati. Reſpon. Dicendum ꝙ cũ omnia corporalia ſint propter hominẽ facta, oportet vt de eis diſponatur ſecundum ꝙ congruit ſtatui hominum. Homines autem anteq̃ ad gloriã perueniant oportet purgari ab omni infectione culpæ, & defectu naturæ, quę cum gloria eſſe non poſſunt. In corporalibus autem elementis, & ſi nõ ſit infectio culpæ, relinquitur tñ in eis qdam indecentia ad gloriam ex peccatis in eis cõmiſſis quã oportet purgari, ſicut videmus loca corporalia purgari antequam in eis ſacra celebrentur. Eſt etiam in corporalibus elementis aliquis defectus naturæ, & impuritas, maxime circa medium locum, ex mutua actione elementorum, & ab his duobus oportebit elementa purgari per ignem, qui eſt maxime actiuus, & extranei permixtionem non patiens. Primo vero mundus purgatus fuit ꝑ aquam contra vitium concupiſcẽtię, ſed ignis competit contra torporem charitatis, qui erit in fine. Ad primũ ergo dicendum ꝙ creaturę Dei dicuntur non eſſe immundę, quia non hñt alicuius malæ naturæ permixtionẽ, eſt tamẽ in eis aliqua impuritas, vt dictum eſt. Ad ſecundũ dicendum ꝙ non oportet purgari, niſi illas partes mundi in qbus homines peccauerũt, & hoc eſt circa mediũ locũ in quo ẽt mixtiones elementorum fiunt. Vnde ſuperiores cœli non purgabuntur, nec ſphęra ignis, ſed ſolum ignis q eſt hic. Non etiam paradiſus terreſtris, quia etſi peccatum in eo fuit cõmiſſum, non tamen in eo fuit habitatio peccatoris, ſed ſtatim homo inde fuit expulſus poſt peccatum. Nec etiã infernus: illuc enim omnes elementorũ impuritates congregabuntur. Neq; aliqua elementa quæ ſecundum ſubſtantiam auferẽda ſint, vel ſecundum formas ſubſtantiales, aut ſm qualitates

tes naturales, vt quidam dicunt, quia ſic mundus remaneret imperfectus, ſed ſolum quantum ad mutuas actiones, & varios motus. Vnde præcipue duo dicūtur conſumi. ſ. ignis, & aqua, in quibus dominantur qualitates actiuæ, vel aer, & aqua, propter multiplices eorum motus. Ad tertium dicendum, ꝙ ignis ille, quātum ad ſui principium, erit ante reſurrectionem, & incinerabit corpora bonorum, & malorum ſimul, cum purgabit faciem mundi. Sed bonorum abſq; dolore, malorum cum dolore, ſecundum peccati quantitatem, diuina iuſtitia faciente. Sed quantum ad ſui finem, ſequetur reſurrectionem, & inuoluet reprobos, & in infernum detrudet, quicquid eſt in igne impurum, & in aliis elementis congregabitur, vt Baſi. dicit. Cauſabitur autem ille ignis ex conflagratione omnium ignium mūdanorum, vt dicit Aug. i. ex concurſu omnium cauſarum inferiorum, & ſuperiorum, ex quibus poteſt ignis circa locū medium generari.

Diſtin. Quadrageſimaoctaua.

Solet etiā quæri in qua forma &c.

Hic eſt duplex quæſtio.
Prima de forma iudicis.
Secunda de innouatione mundi.

Quæſtio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo vtrum Chriſtus in forma hominis ſit iudicaturus.
Secundo vtrum oẽs homines ſint eius deitatem viſuri.

Articulus primus.

In alio ſcript, vt hic, ar. 1. AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ Chriſtus non iudicabit in forma ſerui: Quia ad iudiciū authoritas requiritur, Sed authoritas penes deitatem reſidet. ergo Chriſtus non ſecundum formam hominis, ſed ſecundum formam Dei iudicabit. Præterea. Forma iudicis ab omnibus iudicandis debet videri, qui tantum locum occupabunt, a quo nō poterit ita paruum corpus videri. g̃ Chriſtus non iudicabit ſecundum formam humanā. Præterea. Si in forma humana Chriſtus iudicabit, præcipue videretur ꝙ hoc eſſet ſecundum formam corporis glorioſi. ſed ſecundum hanc non iudicabit, quia eā non poterunt omnes videre: corpus enim glorioſum a non glorioſo videri nō poteſt. ergo ſecūdum formam humanam Chriſtus non iudicabit. Sed cōtra eſt quod dicitur Io. 5. Poteſtatem dedit ei iudiciū facere, quia filius hominis eſt. Præterea. Chriſti exaltatio eſt præmium eius humiliationis, vt patet Phil. 2. ſed Chriſtus humiliatus eſt ſecundum naturam humanam vſq; ad hoc ꝙ iniuſte a Pilato iudicaretur. ergo ſecundum humanam naturam exaltabitur vſq; ad iudiciariā poteſtatem. Reſpon. Dicendum ꝙ, ſicut prædictum eſt, illud iudicium generale ad hoc erit, vt omnes ſimul corpora reſumentes, vel conſequantur gloriam corporum, vel pœnam. Ipſa autē reſumptio corporum cauſatur ex myſteriis peractis in humanitate Chriſti, vt ſupra dictum eſt. Vnde recte illud generale iudicium ſecundum humanam naturam attribuitur Chriſto: Et iterum quia per Chriſtum hominem documenta ſalutis, & gratiæ auxilia recepimus, conueniens eſt vt per eum in gloriam perducamur iudicantem ſecundum humanam naturā. Ipſa etiam humana natura ab omnibus cōmuniter poterit videri: requirit enim manifeſtum iudicium vt ſit etiam iudex manifeſtus, & ideo conue

et. 2. q. 4. contra. c. 96. quol. 10. arti. 2. c.

nienter Chriſto ſecundum humanam naturam iudicium attribuitur. Ad primum ergo dicendū ꝙ Chriſto ſm̄ diuinam naturam conuenit authoritas dominii naturalis & ęterna iure creationis, ſed ſecundum humanā naturam conuenit ei ex tempore iure redemptionis. Ad ſm̄ dicendū ꝙ corpus Chriſti erit maxima claritate pręfulgidum, & ideo nihil prohibet ipm̄ a longinquo videri. Ad tertium dicendum ꝙ, ſicut ſupra dictum eſt, corpus glorioſum habet in ſua poteſtate vt videatur, vel non videatur ab oculo non glorioſo, & ſic nihil prohibet quin in forma glorioſa Chriſtus iudicet, & eam videant ēt reprobi.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. articu. 3. ad pri. & art. 2. ad quartū. 4. con. c. 96. op. 3. c. 149. Ioā. 5. le. 4. co. 3.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ diuinitatē Chriſti omnes ſint viſuri ĩ iudicio: Inuidus enim tanto magis affligitur quanto maiorē gloriam videt eius quē odit. ſed impiis conceditur videre gloriam Chriſti in iudicio ad eorum afflictionem, vt patet Iſa. 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret. cū ergo maxima gloria Chriſti ſit eius diuinitas, videtur ꝙ etiam impii diuinitatē eius ſint viſuri. Præterea. Sicut conueniēs eſt delectabile, ita quod eſt contrariū, & repugnans eſt cauſa doloris. ſed impii egerunt contra Chriſti diuinitatē eam odio habentes, ſecundum illud Pſal. 73. Superbia eoꝝ qui te oderunt aſcendit ſemper. ergo ad cumulū doloris eorū, fieri debet vt videant Chriſti diuinitatem. Præterea. Beati in patria gaudent de viſione diuinitatis & humanitatis Chriſti. ſed impii humanitatem Chriſti videbunt ſine gaudio, imo cum dolore. ergo & diuinitatē eius poſſent ſine gaudio cū dolore videre. Sed contra. Illud qđ promittitur amicis in pręmium, non debet hoſtibus exhiberi. ſed manifeſtationē ſuę diuinitatis Chriſtus promittit amicis ſuis in præmium. Dicitur enim Ioā. 14. Qui autē diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei meipſum. ergo diuinitatem Chriſti peccatores non videbunt. Pręterea. Ad viſionem Dei cordis mūditia requiritur, vt patet Mat. 5. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. hanc autem peccatores nō habent. ergo diuinitatem Chriſti videre non poterunt. Reſpon. Dicendū ꝙ diuinitas Chriſti poteſt videri dupliciter. Vno modo per expreſſa indicia, & ſic impii diuinitatem Chriſti videbunt cognoſcētes eum eſſe verum hominem, & verum Deum. Alio modo per eſſentiam, & ſic videri non poteſt, niſi ab intellectu lumine gloriæ illuſtrato, quia lumen naturæ eſt deficiens ad tantam cognitionem. Vñ in Pſal. 35. dicitur. In lumine tuo videbimus lumen. Cum igitur animæ peccatorum non ſint habituræ gloriæ claritatem, non poterunt diuinitatē Chriſti in ſua eſſentia videre. Ad primū ergo dicendum ꝙ cognitio diuinitatis Chriſti p̄ expreſſa indicia ſufficiet peccatoribus ad inuidię tormentum. Ad ſecundum dicendum ꝙ Deus ratione ęſſentiæ ſuæ non poteſt ab aliquo odio haberi, quia ſua eſſentia eſt eſſentia bonitatis, nullus autē poteſt odire bonum, inquātum huiuſmodi, licet aliquod bonum, prout ęſtimatur malū, poſſit odio haberi: Et ideo nullus poſſet videre eſſentiam diuinā quin eam diligeret, & in ea delectaretur. Dicitur tamen Deus odio ab aliquibus haberi, ratione aliquorū effectuum, vt punitionis, vel prohibitionis, & huiuſmodi. Vnde impii p̄ effectus diuinitatem Chriſti cognoſcētes,

In alio ſcript. vbi ſup. c. Io. 15. le. 5. co. 2.

in

in ea non delectabuntur. Ad tertiū dicendum ꝙ humanitas Chriſti nō eſt ipſa bonitas, ſicut eius diuinitas, & iō non eſt ſimile.

Deinde quæritur

de innouatione mundi.

Quæſtio ſecunda.

Et circa hoc quęruntur duo.

Primo de nouitatibus quæ fient ante iudicium vel circa ipſum.

Secundo de nouitate quę ſequetur iudicium.

Articulus primus.

Iu alio ſcript.. vt hic. ar. 4. o.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ nullis nouitatibus iudicium futurum debeat pręueniri: qa vt dicitur. 1. Theſ. 5. Dies Domini ſicut fur in nocte veniet. hoc autem nō eſſet, ſi aliquibus nouis ſignis præueniretur. ergo tales nouitates aduentū Domini non præcedent. Præterea. Sol nō eclypſatur, niſi in coniunctione ſui ad lunam, luna vero non eclypſatur niſi in oppoſitione. ſed non poteſt eſſe ꝙ hæc duo luminaria ſimul coniungantur, & opponantur. ergo nō pñt ſimul eclypſari circa diem iudicii, vt in litera dicitur. Præterea. Mutatio & admiratio ſunt contra rationem beatitudinis, quia admirationis cauſa eſt ignorantia. ſed virtutes cœlorum ſunt angeli beati. ergo moueri non poterunt, nec admirari de aduentu Chriſti. Præterea. Nubes fiunt ex inſpiſſatione vaporum, qui tunc non erunt, motu cœli ceſſante. ergo eſſe non poterit ꝙ ſancti in nubibus Chriſto obuiam rapiantur. Præterea. Vallis Ioſaphat non eſt tanta, quæ omnium hominum multitudinem capere poſſit. ſed omnes iu iudicio comparebunt, vt prius ſupra dictum eſt. ergo iudicandi non cōgregabuntur in valle illa Ioſaphat. In cōtrarium ſunt authoritates, quę ponuntur in litera. Reſpond. Dicendum ꝙ Chriſtus in primo aduentu venit occultus, ſed in ſecundo veniet manifeſtus. Vnde ſicut primus aduentus habuit quędam ſigna præcedētia, & concomitantia nō omnibus nota, ſed quibuſdam vt apparitiones, & alloquutiōes Angelorum, ita ſecundū aduentum pręcedent quædam manifeſta ſigna, quæ ab omnibus cognoſcētur. Quæ autem futura ſint nō poſſumus ſcire pro certo, quia ſigna quæ in euangeliis leguntur non cogimur referre ad futurum Chriſti aduentū, vt Aug. dicit in epiſtola ad Eſicium. Ad primum ergo dicendū ꝙ dies Domini malis ſuperueniet ſicut fur, qui ſigna aduentus paruipendent, ſed boni erunt areſcentes pre timore, vt in euangelio legitur, Quāuis poſſit dici ꝙ totum illud tempus quo ſigna manifeſta apparebunt, ſub tempore iudicii cōprehendatur. Ad ſecundum dicēdum ꝙ ſolis, & luna in ipſo Chriſti aduentu obſcurari dicuntur, non luminis ſubtractione, ſed ex comparatione maioris claritatis præſentis. ſ. Chriſti. Ante iudicium vero obſcurari non poterunt, ſed diuerſis temporibus, ſecūdum naturam, vel eodem tēpore diuina virtute, quis hoc ſit naturæ impoſſibile. Ad tertium dicendum, ꝙ per virtutes cęlorum poſſunt itelligi oēs Angeli, qui moueri dicuntur per admirationem diuinę virtutis talia facientis quæ etſi cognoſcunt, non tamen comprehendunt. Vñ hæc admiratonis mutatio beatitudini nō repugnat. Poteſt etiā per virtutes cœlorum intelligi ordo virtutū, qui moueri dicitur propter effectum frequētię ſignorum. Nā huiuſmodi ordinis eſt ſigna facere, ſecundum Gregoriū,

vel quia eorũ eſt Deo ſeruire in omnibus cęleſtibus, quia tunc ceſſabunt. Ad quartum dicendũ ꝙ nubes illę & ſi nõ cauſentur virtute naturæ, poterunt tñ cauſari diuina virtute, vt ſit conformitas aſcenſionis ſanctorũ ad aſcenſionem Chriſti, quem nubes ab oculis diſcipulorum ſuſcepit, vt dicitur Act. 1. quãuis quidã dicant ꝙ huiuſmodi nubes nihil aliud erit q̃ denſitas radiorum ex corporibus glorioſis reſplendentium. Ad quintum dicendũ ꝙ creditur Chriſtus circa montem oliueti deſcenſurus ad iudicium vnde aſcendit, cui monti ſubiacet vallis Ioſaphat, vbi peccatores cõgregabuntur, vel etiam oẽs iudicandi, & circa illum locum, q̃tum ſufficiens erit, iuſti autem, ſaltem illi qui cum Chriſto iudicabunt, rapientur in nubibus obuiam Chriſto in aera, vt patet. 1. ad Theſſ. 4.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quod mundus poſt iudicium non innouetur: Nouitas enim glorię reddetur pro meritis. ſed elementa mundi nihil meruerunt, ẽ non innouabuntur. Præterea. Motus cœli eſt ad perfectionem ipſorum cęleſtium corporum, quæ diuinã bonitatem per motum participant, vt dicitur in ſecundo cę. & mun. eſt etiam ad perfectionem inferiorum corpoꝝ, quæ ſol circũiens illuſtrat ne alicubi ſint perpetuæ tenebræ. ſed nulla perfectio debet mundo auferri. ergo mũdus non innouabitur per ceſſationẽ motus cęli. Pręterea. Corpora cęleſtia per lucem ſunt cauſa generationis. ſed generatio ceſſabit, ergo corporibus cęleſtibus claritas non augebitur. Pręterea. Elementa ſemper manebunt ſecundũ ſuam ſubſtãtiam, & naturam. ſed de natura quorundã elementorum eſt vt ſint peruia, terrę vero vt ſit opacum. ergo in innouatione mundi non conferetur claritas, huiuſmodi elementis. Præterea. Sicut elementa ſunt partes mundi, ita animalia, & plantę, & corpora mineralia, & tanto nobiliores, quãto habent nobiliorem formam. ſed elemẽta manebunt. ergo, & predicta. Reſpon. Dicendum ꝙ beatitudo hoĩs conſiſtit in fruitione Dei ad quam nõ poteſt peruenire oculus carnis, ſed ſolus oculus mentis, & ideo vt aliqualiter oculus carnis Deum videre poſſit, ipſa corpora viſibilia maiori participatione diuinæ bonitatis perficiẽtur, vt ſic in eis quodãmodo oculus carnis Deum videre poſſit. Vnde Aug. dicit in fine de ci. Dei. Videbitur Deus in cęlo nouo, & terra noua, & omni corpore quocũq; fuerint ſpiritualis oculi corporis directi, & hoc innouatio mundi dicitur. Ad primum ergo dicẽdum ꝙ licet hanc nouitatem elementa mundi non meruerunt, meruit tñ eam quodãmodo hõ qui in ea præmiatur. Ad ſecundum dicendum ꝙ homini motus cœli ſeruit quãtum ad ſtatum generationis, & corruptionis, quæ tũc ceſſabunt, & ſic motus nõ eſt de perfectione corporũ cœleſtiũ, in quãtum ſunt cauſa generationis & corruptionis. Quãuis aũt tunc ſol nõ circũeat, ſed in nobiliſſimo ſitu reſideat, in nulla tñ parte erũt perpetuæ tenebrę, niſi in inferno, quia aliæ partes mundi, etiam ex ſeipſis claritatem habebũt, & ex aliis cœli luminaribus. Ad tertium dicendum ꝙ motus non pertinet ad perfectionẽ corporis cœleſtis ratione ſuiipſius, cum ſit actus imperfecti, ſed ſolum inquantum eſt cauſa generationis. Claritas autẽ pertinet ad decorem ipſius cœli ſecundũ ſeipſum, vnde claritas augebitur, ſed

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 1. et 2. o.

motus ceſſabit. Ad quartum dicendum ꝙ ſicut ſpiritus inferiores.ſ.hominum aſſumentur ad gloriam ſuperiorum.ſ.angelorum, ita corpora inferiora induentur claritate, quę ꝓprie cõpetit ſuꝑioribus corporibus: Nec hoc erit cõtranaturã, ſed ſm naturã, diuina virtute fauẽte: erit enim, vt dicitur, terra in ſuꝑficie exteriori clara ſicut vitrum, aqua ſicut criſtallus, aer vt cęlum, ignis vt luminaria cęli, vel etiam multo excellentius, quia decor naturæ non adęquat decorẽ gloriæ. Ad qntum dicẽdũ ꝙ in ſtatu icorruptionis non debet manere, niſi illud quod aliquo modo eſt incorruptibile. Homo autẽ eſt incorruptibilis ſm partem, quę eſt anima, elementa autẽ ſecundum totum, licet non ſecundũ partes, cęlum ſecundum totũ, & partes, vñ hęc omnia manebũt. Sed alia corpora mixta ſũt corruptibilia omnibus modis, vñ non manebunt ſicut partes principales mundi, ſed ſecundario ad aliarum ornatum, vel miniſterium ordinata.

Diſtin. Quadrageſimanona.

Poſt reſurrectionẽ

vero &c.

Quęſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrũ intellectus creatus Deũ per eſſentiam poſſit videre.

Secundo vtrum in hac viſione beatitudo principaliter conſiſtat.

Tertio vtrum beatitudinẽ oẽs appetãt.

Quarto vtrum poſt reſurrectionẽ ſit maior gloria ſanctorum ꝙ̃ ante.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic. q. 2.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ intellectus creatus Deũ per eſſentiam videre nõ poſſit: Hominibus enim ęqualitas angelorũ in pręmiũ promittitur, vt patet Mat. 22. ſed angeli Deum per eſſentiam videre nõ poſſunt, quia vt Chry. dicit, nec ipſę coeleſtes eſſentiæ, ipſa dico Cherubin, & Seraphin ipſum Deum, vt eſt, vnquam videre poterunt. ergo nec homines Deum per eſſentiã videbunt. Præterea. Omne qd videtur per eſſentiam, ſcitur quid eſt, quia eſſentia rei eſt quidditas eius. qd autẽ ſcitur quid eſt, compręhẽditur, quia diffinitio indicans quid eſt res, eſt terminus rei. Deum autẽ impoſſibile eſt ab intellectu creato compręhendi. vt Augu. dicit in epiſtola ad Paulinum de iudicio Domini. ergo Deus per eſſentiã ab intellectu creato videri nõ põt. Præt. Viſus ad viſibile oportet eſſe proportionẽ. ſed inter intellectũ creatum, & Deũ nulla eſt proportio, cũ in infinitum diſtent, ẽt lumine gloriæ appoſito. ergo Deus per eſſentiã videri nõ poteſt ab intellectu creato. Sed contra eſt quod dr̃. 1. Io. 3. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, qm̃ videbimus eũ ſicuti eſt. Pręt. Mat. 5. dr̃. Beati mundo corde, qm̃ ipſi Deum videbunt. Reſpon. Dicendũ ꝙ amori non ſatisfit, niſi ei præſentialiter offeratur quod amat: abſentia. n. amati cõtriſtat. Homines autem per charitatem Deum immediate amant, nõ propter aliquid, ſed ꝓpter ſeipſum: vnde charitas non ſufficienter remuneraretur, niſi ipſe Deus imediate animę amanti pręſentaretur. Hoc autẽ eſſe non põt, niſi per ſuam eſſentiam videatur, quia quicunq; effectus, vel quæcunq; alia ſpecies inſufficientiſſime repręſentat diuinam eſſentiã, etiã minus ꝙ̃ vmbra corpus. Quare ſicut videns vmbram non pñtialiter videt eũ cuius eſt vmbra, ita p quãcũq; ſpeciẽ, vel effectũ intellectus Deum præſentialiter habere non poteſt. Opor-

arti. 1. o. p. p. q. 12. ar. 1. o. 3. con. c. 51 54. 57. De ver. q. 8. arti. 1. o. quol. 7. ar. 1. o. & quol. 10. ar. 17. op. 3. c. 104. Matth. 5. co. 10.

tet igitur ꝙ ipſa eſſentia quæ cognoſcitur, ſit ẽt ſpēs qua cognoſcitur, Et ſic Deus per ſuam eſſentiam vr. Eſt tū ibi in hac viſione quoddã mediū, non in quo, ſed ſub quo Deus videtur. ſ. lumẽ gloriæ, ſicut ẽt oculus corporalis ſub lumine corporali ſuū viſibile videt. Ad primū ergo dicẽdū ꝙ Chry. loquitur de viſione cōprehẽſionis, qua ſolus Deus ſe videt. Ad ſm dicendum ꝙ qñ eſſentia rei cognoſcitur ſcdm modum ſuæ cognoſcibilitatis, tunc res cōprehenditur. Sed hoc in viſione Dei eſſe nō pōt, quia claritas diuinæ eſſentiæ per quã eſt cognoſcibilis eſt infinita, modus aũt intellectus creati vidẽtis non pōt eſſe infinitus, & ideo nō cōprehendit, nō quia totū nō videat, ſed quia totaliter nō videt: videt .n. finite quod de ſe eſt viſibile infinite. Ad tertium dicendū ꝙ potentia operatur ad obiectū mediãte actu: vñ non oportet accipere proportionem potẽtiæ ad obiectum ſimpliciter, ſed ſecundum ꝙ cadit ſub actu. Quãuis autem Deus ſit infinitus, tñ modus eum videndi eſt finitus, & ideo huic modo intellectus per lumẽ gratiæ proportionatur.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt h.c.q.p. ar.p. quæ ſt.un.p.o.

AD ſecundum ſi proceditur, & videtur ꝙ beatitudo nō cōſiſtat in viſione Dei: Beatitudo enim eſt ſummum bonum. hoc autẽ eſt Deus ſolus, cum nō ſit niſi vnū ſummū bonū. ergo beatitudo eſt ipſe Deus, ſed viſio Dei non eſt Deus. ergo viſio Dei non eſt ipſa beatitudo. Præterea. Vt dicit Boe. in. 3. de conſola. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorū congregatione perfectus. ſed viſio nō nominat ſtatum, ſed actū. ergo viſio Dei non eſt ipſa beatitudo Præterea. Beatitudo omnis conſiſtit in coniunctione ad Deum. ſed magis homo cōiungitur Deo diligendo q̃ cognoſcẽdo, qa vt dicit Hug. de ſan. Vict. Plus Deus diligitur, q̃ cognoſcitur & intrat dilectio, vbi ſcia foris ſtat. ḡ magis Dei dilectio eſt beatitudo q̃ eius viſio. Præterea. Finis cuiuslibet motus eſt quies, quæ eſt in termino motus. ſed quies ad quã terminatur motus appetitus eſt delectatio. ergo finis appetitus noſtri eſt delectatio, & non viſio, & ſic viſio non eſt beatitudo. Sed contra eſt qd dr Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te ſolum verum Deum. ſed vita æterna eſt beatitudo, & finis vltimus, Ro. 8. Finem vero vitam æternam. ergo ipſa Dei viſio eſt noſtra beatitudo. Præterea. Merces ſanctorum eſt beatitudo. ſed viſio eſt tota merces ſanctorū, vt Auguſt. dicit. ergo viſio eſt tota ſubſtantia beatitudinis. Reſpon. Dicendū ꝙ cuiuslibet exiſtentis in potentia finis eſt vt reducatur in actum: Ipſe autem ordo, vel habitudo rei ad actum ſuum, vel habitum, vel non habitum, & ſiquæ proprietates ex actu conſequuntur non ſunt finis, ſed cōcomitãtur finem, & ipſum quodãmodo perficiunt, & decorant, ſicut in generatione finis eſt conſequutio formæ, non proprietates quæ conſequuntur formam, & ſic in motu locali conſequutio loci, non quæcūq; aliæ proprietates locum conſequentes. Anima autẽ noſtra eſt in potentia omnia, ſm intellectum: quia intellectus eſt potẽtia ipſa intelligibilia, vnde vltimus finis eius eſt vt reducatur in actum omnium intelligibilium. Hoc autem ſit per Dei viſionem, in qua ipſe Deus, q eſt actus omniū, vnitur quodãmodo intellectui vt intelligibile, & ſit actus eius quodãmodo. Vnde ipſa Dei viſio eſt eſſentialiter vltimus finis humanæ animæ & eius beatitudo. Dilectio vero

p.p. vbi ... ſu.c. pri... ſec.q.3.ar ti.4.c.

vero eſt quaſi quædam proprietas cōſequēs actus. Vnde ipſa viſio eſt eſſentialiter beatitudo, ſed dilectio, & fruitio, ſiue delectatio côcomitantur eā ſicut ſtabilientes, & conſūmantes, & decorantes ipſam. Ad primum ergo dicendum ꝙ ipſe Deus eſt beatitudo per eſſentiam, homines autē fiunt beati participatione, quod fit dum ei vniuntur, & hoc primo eſt per viſionem. Ad ſecundum dicendū ꝙ beatitudo, ſiue fœlicitas, ſecundum Philoſophum, in perfecta operatione cōſiſtit: Perfecta autem operatio requirit omnia quę ad perfectionem pertinent operantis, & hac ratione ſtatum perfectum omnium bonorum cōgregatione Boe. beatitudinem deſcribit. Ad tertium dicendū ꝙ dilectione perficitur coniunctio ad Deum, quæ per viſionem eſſentialiter inchoatur, & hæc eſt ratio dicti Hug. de ſanct. Vic. Ad quartum dicendum ꝙ delectatio non eſt ipſa adeptio finis, vel quietatio in fine, ſed conſequitur ipſum, inquantum volūtate ſibi complacet in fine habito, in quo quieſcit.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. pria ſ̃.q.5.ar. 3.o.3. con.c.62. rat.2.et.4

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ non omnes beatitudinē appetant. Nullus enim appetit quod ignorat, & de quo non cogitat. ſed multi ſunt qui non cognoſcunt beatitudinem, nec de ea cogitant. ergo videtur ꝙ non oēs beatitudinem appetant. Pręterea. Sicut dicit Auguſt. in lib. de Tri. & habetur in litera, Beatus eſt qui habet oīa quæ vult, & nihil male vult. hoc autem nō oēs volunt: multi enim ſunt qui male volunt, & in hoc gaudēt, de quibus Prouer. 2. dicitur. Qui lętātur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. ergo non omnes volunt eſſe beati. Præterea. Conſequutio finis reſpōdet appetitui eius. ſed nō omnes beatitudinem conſequuntur, nec qui ſequuntur eam ęqualiter habent. ergo beatitudinis appetitus non eſt omnibus cōmunis. Sed contra eſt qđ Boe. probat in. 3. de conſo. quod oēs ad beatitudinem peruenire nituntur, licet diuerſis viis. Præterea. Omnis res naturaliter appetit ſuum finem, ſicut graue locum medium. ſed beatitudo eſt finis hominis. ergo oēs homines naturaliter eam appetunt. Reſpon. Dicendum ꝙ vnaquęq; potentia naturaliter tēdit in ſuum obiectum, ſicut viſus in colorem. Voluntatis autem obiectum eſt bonum. Vnde omnes homines naturaliter bonū volunt, non autem quodcūq;, ſed bonū proprium ſibi: Et ſicut bonum ꝓpriū appetunt, ita boni proprii perfectionem: Omne enim diminutū perfectionem ſui exoptat. Bonum autem proprium hominis perfectū, eſt ipſa beatitudo, ideoq; omnes homines, appetūt beatitudinem. Quicquid autem homines volunt, volunt propter aliqđ bonum, vel verum, vel apparens, conſequendum, vel perficiendum. Quare quicquid appetunt homines, appetūt propter beatitudinem. Ad primum ergo dicēdum ꝙ licet nō omnes cognoſcant beatitudinem, nec de ea cogitēt ſub nomine beatitudinis, omnes tamen cognoſcunt, & cogitant beatitudinis rationem, ſicut rationem boni perfecti. Sed cui cōueniat eſſe perfectū bonū hominis non eſt omnibus notum, ſed plures circa hoc erraue runt. Ad ſecundum dicendum ꝙ licet aliquis velit aliquid velle quod eſt male velle, tamē hoc vult ſub ratione alicuius boni, & ſic vnuſquiſq; vult bene velle per ſe loquendo, ēt ſiquis per accidens velit male velle. Ad tertium dicēdum ꝙ quāuis omnes ap

petant beatitudinem cómuniter, non tamen omnes eam conſequuntur, q́a non volunt ea per quę ad beatitudinem peruenitur, ſicut qui vult ſcire, & non vult ſtudere. Nec etiam omnes qui volunt ea quibus ad beatitudiné peruenitur, æqualiter ea volunt, ſed quidam maiori charitate, quidam minori, & exinde eſt ꝙ quidam plenius, quidá minus plene beatitudinem cóſequuntur.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar. 4.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ beatitudo ſanctorũ nó erit maior poſt reſurrectionem q̃ ante: Beatitudo enim ſanctorum cóſiſtit principaliter in viſione Dei, vt dictum eſt. ſed ad viſionem Dei nihil operatur corpus. ergo poſt reſurrectioné non erit maior beatitudo ſanctorum. Prẹterea. Si ante reſurrectionem ſit minor beatitudo ſanctorum, hoc videtur eſſe propter appetitum animę ad corpus, propter quem retardatur a diuina viſione. ſed talis appetitus retardare non poteſt, cum anima non appetat corpus ſicut finé vltimum, ſed ſicut quod eſt ad finem. appetitus auté ordinatus eius q́d eſt ad finem non retrahit a fine, ſed magis dirigit in ipſum. ergo beatitudo ſanctorum non eſt minor anté reſurrectionem q̃ poſt. Præterea. Magis videtur ꝙ plurium bonoꝝ ſit beatitudo inęqualis, q̃ vnius, & eiuſdem. ſed plurium beatorum beatitudo eſt ęqualis, quod patet ex hoc quòd omnibus dabitur vnus denarius, vt dicitur Matth. 20. & quòd beatitudo eſt in termino, vnde non recipit magis, & minus. ergo idem poſt reſurrectionem non erit magis beatus, q̃ ante. Sed contra. Beatitudo in viſione Dei conſiſtit. ſed animæ ſanctorũ ante reſurrectionem minus vident Deũ q̃ poſt: dicit enim Auguſt. 12. ſuper Geñ. ad literam, Minime dubitandum eſt, mentem poſt mortem non ſic videre poſſe incómutabilé ſubſtátiam, vt ſancti angeli vident. Poſt reſurrectionem vero Deum viſuri ſumus, ſicut angeli vident, vt ipſe dicit in fine de ci. Dei. ergo maior erit beatitudo ſanctorum poſt reſurrectionem, q̃ añ. Prẹterea. Gaudium eſt de ratione beatitudinis. ſed boni amplius gaudium ſunt habituri poſt reſurrectionem q̃ ante, vt Aug. dicit. ergo ſancti magis erunt beati poſt reſurrectioné, q̃ ante. Reſpon. Dicendũ quòd magnitudo beatitudinis poteſt attendi dupliciter. Vno modo extenſiue, & ſic planum eſt quòd beatitudo ſanctorum maior erit poſt reſurrectionem q̃ ante, quia quantum ad plura erunt tunc beati. ſ. quátũ ad animá, & corpus, nũc aũt q̃tum ad aiam tantũ. Alio modo intenſiue, & ſic maior eſt beatitudo vbi eſt pfectior operatio, in qua beatitudo conſiſtit. Perfectio autem operationis ex duobus dependet. Aut. n. ex habitu, & ſic nó erit maior beatitudo poſt reſurrectionem q̃ ante, quia nec maior charitas perficiens affectum, nec maius lumen glorię illuſtrans. Aut ex potentia naturali, & ſic quodãmodo erit intéſior beatitudo poſt reſurrectionem, q̃ ante: Anima enim ſeparata a corpore, non dũm habet perfecte naturæ ſuæ modũ quem habebit poſt ſpiritualem corporis reſumptioné, vt Aug. dicit. 12. ſuper Geñ. ad lit. Pars enim in toto exiſtens, habet perfectionem quandam naturæ, quá non habet ſeparata a toto. Ad primum ergo dicendum ꝙ licet corpus non faciat ad actũ beatitudinis directe, facit tamé indirecte, inquantum ex vnione corporis ipſa natura animæ ſit perfectior, & per cóſequens

Prima ſę q. 4. ar. 5. o. 4. con. c. 87. fin. De po. q. 5. art. 10. opu. 3. tract. 1. c. 163. 167. et. 169. Iob. 19. ſi.

ſequẽs vires itellectiuę in eſſentia animæ fundatæ. Ad ſecundum dicendũ ꝙ appetitus corporis non impedit a fruitione quaſi diſtrahendo intentionem,ſed deſignando,& concomitando imperfectionem nature,Vnde nullus appetitus deliberatiuus angeli, vł animæ retardare poteſt a diuina fruitione,ſed ſolus appetitus naturalis,q imperfectionem naturæ cõſequitur. Ad tertium dicẽdum ꝙ dignitas beatitudinis penſatur ex duobus, Vno modo ex obiecto operationis in qua beatitudo cõſiſtit,& ex hac parte omnium eſſet par gaudium,& beatitudo ęqualis,quia ex eadẽ diuina eſſentia viſa & amata,& propter hoc dicitur vnus denarius. Alio modo ex intẽſione operationis,quæ eſt per diuerſitatem habitus,& ſic ſecũdum diuerſam quãtitatem charitatis,& luminis gloriæ,quæ reſpondent diuerſitati charitatis in via,ſũt diuerſi beatitudinis gradus,qui diuerſæ manſiones appellantur propter diuerſos modos quo collocantur in fine.Nec obſtat ꝙ beatitudo eſt ſummum bonum,quia beatitudo creata non dicitur ſummũ ſimpliciter,ſed ſũmũ in ſpẽ,ſicut ignis dr ſubtiliſſimus corporum. Vnde nihil prohibet vnum alio,vel ſeipſo diuerſo tempore beatiorem eſſe.

In alio ſcript.vbi ſup. quæſtiun. 1.o.

Diſtin. Quinquageſima.

Hic oritur quæſtio

ex prædictis &c.

Quæſtio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo de voluntate dãnatorum.

Secundo de tenebris in quibus erunt poſt diem iudicii.

Tertio de cognitione animarum ante diem iudicii.

Quarto vtrum beati videant pœnas damnatorum.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur,& videtur ꝙ dãnati non habeant in omnibus malam voluntatem: Pœnitet.n.eos de malis quæ cõmiſerunt.vnde dicitur Sap.5.Intra ſe pœnitentiam agentes.ſed hæc eſt bonæ voluntatis.ergo habebunt aliquã bonam voluntatem. Præterea. Dãnati in inferno vellent ſuos cõſanguineos ſaluari,vt Lucę.16.dicitur de diuite qui rogabat ꝓ fratribus ſuis ne venirent in locum tormentorum.ſed velle ſalutem aliorum eſt bonæ volũtatis.ergo damnati habent aliquam bonam voluntatem. Præterea. Diligere Deum bonæ voluntatis eſt.ſed damnati Deum diligunt,quia,ſicut dicit Diony.4.ca.de di.no.Omnibus diligibile eſt bonum,& pulchrum,quod eſt omnis boni,& pulchritudinis cauſa,quod Deus eſt.ergo damnati habẽt bonam voluntatem. Pręterea. Per malam voluntatem homines demerentur in hoc mundo.ſed nõ ſunt melioris cõditionis poſt damnationẽ ꝗ̃ ante.ergo ſi malam voluntatẽ hñt videtur ꝙ demereantur,quod eſt falſum,cũ ſint in termino viæ. ergo dãnati non ſemper habent malam volũtatem. Sed contra.Homines dãnati dęmonibus conſociantur. ſed omnis voluntas dęmonum eſt mala,vt in ſepti.diſtin.ſecũdi libri dictum eſt.ergo & omnis voluntas hominum damnatorum. Præterea. Sicut boni ſunt in cõplemento bonitatis in beatitudine,ita dãnati in cõplemento malitiæ.ſed beati non poſſunt habere malam voluntatẽ.ergo nec damnati bonam. Reſpon. Dicẽdum ꝙ duplex eſt volũtas,naturalis,& deliberatiua. Naturalis voluntas in dãnatis eſt bo-

In alio ſcript. vt hic. q. 2. arti. 1. o. quol.8.arti.17.o.

na,& ea aliquod bonum volunt, quæ quidem voluntas atteſtatur bonitati naturæ cuius Deus eſt author. Voluntas autē deliberatiua in damnatis bona eſſe non poteſt: procedit enim ex electione lib. ar. quod in damnatis eſt confirmatum in malo, propter perpetuam ſeparationē a bono fine, a quo ſe per culpam voluntarie ſeparauerunt. Ad primum ergo dicendū ꝙ pœnitere de peccato per ſe, dum ſcilicet aliquis dolet de turpitudine culpæ eſt bonæ voluntatis, ſed pœnitere per accidens, dolendo de acerbitate pœnę, poteſt ad malam voluntatem ptinere quæ rectitudini iuſtitię repugnat. Ad ſecundum dicendum ꝙ in damnatis eſt tanta inuidia, ꝙ inuidēt etiam proximorum ſaluti, Vellet tñ, ſi aliqui ſaluantur, quòd propinqui ſui potius ſaluarentur, & inuidebunt aliis, ſi ſui propinqui dānabūtur. Vel dicendum quia diues ſciebat ſuā pœnam augeri ex ſuorum pñtia, ideo eis bonum optabat per accidēs. Sicut. n. ex multiplicatione iuſtorum augetur beatorum gaudium, ita ex multiplicatione reproborum augetur malorum pœna. Ad tertium dicendum ꝙ ab illis qui Deum per eſſentiam vidēt Deus haberi odio nō poteſt, vt ſupra dictum eſt. Sed damnati naturali affectu diligunt Deum, quantum ad effectus naturæ. Habebunt tamen eū odio quantum ad effectus iuſtitiæ per quā punientur. Ad quartum dicendum ꝙ poſt diem iudicii tam boni quàm mali erunt in vltimo termino conſtituti, vnde nec merebuntur, nec demerebuntur, cum hoc ptineat ad motum in terminum. Tñ ante diē iudicii angeli boni vel mali poſſunt mereri, reſpectu pręmii accidentalis, quod eis debetur, ex his quęcirca hoīes agunt, quia quātum ad hoc, ſunt quodāmo do viatores, non autem reſpectu præmii eſſentialis, quod iam ſunt conſequuti. Nō autem eſt ſimile de animabus ad quas non pertinet viatores in bonum vel in malum exercere.

Pr̄ia pę. q. 85. art. 3. ad tertiū. 4. cō. c. 93

Op. 3. c. 176.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd damnati non omnino poſt diem iudicii erunt in tenebris: Recordantur. n. damnati eorum quę in hoc mūdo geſſerunt, alias remorſum conſcientiæ non haberēt. ergo eadem ratione, & eorum quæ in hoc mundo ſcierunt. ſed multi damnati fuerunt in hoc mūdo magna luce ſcientiæ prædıti. ergo penitus non erunt in tenebris. Præterea. Nullus poteſt habere odio id de quo non cogitat. ſed dānati habebunt odio Deū, vt in litera dicitur. ergo de eo cogitabunt, & ſic non totaliter in tenebris erunt. Pręterea. Quod ad afflictionē pertinet, damnatis poſt diem iudicii nō auferetur. ſed videre gloriam bonorum affligit damnatos, propter inuidiam. ergo etiam poſt diem iudicii gloriam beatorum videbunt, & ſic nō erunt totaliter in tenebris. Pręterea. Damnati igne punientur. ſed ignis naturaliter eſt lucidus. ergo non totaliter erunt in tenebris. Sed contra eſt quod dicitur Matth. 22. Proiicite eū in tenebras exteriores. Pręterea. Pęna damnatorum contrariatur glorię electorum. ſed electi erunt in plena luce. ergo & dānati erunt in plenis tenebris. Reſpon. Dicendum ꝙ in inferno erunt duplices tenebræ, corporales, & ſpirituales, quæ dicuntur exteriores, quia extra participationem verę lucis erunt: Dicit enim Grego. 3. et. 9. mora. ꝙ damnatis, ignis quātum ad aliquid lucebit, & quātum ad aliquid non lucebit. Non lucebit ad cōſolationem, ſed lucebit ad afflictionē, inquātum

In alio ſcript. vt hic. q. 2. ar. 3. quæſtiun. 3. o

inquantum videbunt ſuos ſequaces, qui amore eorum deliquerunt, ſecum torqueri. Et ſimiliter dicendum eſt de ſpiritualibus tenebris, quia non erit in eis aliqua cognitio vel conſideratio quæ poſſit eos delectare, ſed ſolummodo quæ poteſt affligere. Ad primum ergo dicendum ꝙ damnati recordabuntur eorum quæ ſcierunt, vt magis torqueantur, vel inquantũ cõtra ſcientiam egerunt, vel inquantum ſcientia eorum remanet imperfecta, & pœnis impedita. Ad ſecundum dicendum ꝙ de Deo impii non cogitabunt, ſecundum ꝙ eſt totius bonitatis principium, quia hoc eos delectaret. Conſiderabunt tamen eum vt iudicem eos punientem, & ex hoc torquebuntur. Ad tertium dicendum ꝙ ante diem iudicii animæ damnatorum videbunt bonos, cognoſcentes eos eſſe in gloria ineſtimabili, quãuis ipſam gloriam non comprehendant. Sed poſt reſurrectionem nec ipſos bonos videbunt, & ex hoc eorum pœna non minuetur, ſed augebitur: Cognoſcent enim eos eſſe pro certo in gloria, quod ſufficit ad tormentum, ſed ſcient ſe eorum viſione reputatos indignos, quod pertinet ad tormenti augmentum. Ad quartum dicendum ꝙ ignis dãnatorum tenebroſus erit, habens ardorem ſine luce. Sed tamen ſub quadam vmbroſitate lucebit tantum, ꝙ videre poterunt qd eos cõtriſtet, vt ex authoritate Gregorii dictum eſt.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic. q. 1. ar. 1. p. p. q. 89. ar. 8. o.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ animæ dãnatorum ante iudicium cognoſcant ea quę in hoc mundo aguntur. Animæ. n. damnatorum nõ habent niſi cognitionẽ intellectiuam, cum actibus ſenſitiuaꝝ potentiarum careant. ſed diſtantia localis nihil operatur ad cognitionem intellectiuam. ergo animę damnatoꝝ poſſunt ſcire ea quæ hic aguntur. Præterea. Plus diſtant ſancti a damnatis, q̃ in hoc mundo viuẽtes. ſed dãnati vident ſanctos ante diem iudicii, vt in litera dicitur. ergo multomagis vident ea quæ in hoc mundo aguntur. Præterea. Diues, de quo legitur Luc. 16. in inferno dãnatus erat, & tamen ipſe ſciebat quid circa ſuos ageretur, vt ibidem patet. ergo dãnati ſciunt ea quæ in hoc mundo aguntur. Sed contra eſt quod Aug. dicit in libro de cura pro mortuis agẽda. Ibi defunctorum animæ ſunt, vbi ea quæ hic fiunt omnino ſcire non pñt. Præterea. Iob. 14. dicitur de ſpiis. Siue nobiles fuerint filii eius, ſiue ignobiles non intelligent. Quod exponẽs Grego. dicit in. 12. mora. Sicut. n. ii q adhuc viuentes ſunt, mortuorum animæ quo loco habeantur ignorant, ita mortui, vita in carne viuentium poſt eos, qualr diſponatur neſciunt. Reſpon. Dicendum ꝙ animæ dãnatorum neſciunt quæ hic aguntur, niſi ad eorum pœnam cognoſcere pmittantur, vel per dęmones, vel per animas damnatorum illuc deſcẽdẽtes. Cauſa autem ignorantiæ eſt diſtantia loci, ſecundum eos qui dicunt ꝙ animæ ſeparatæ cognoſcunt a ſenſibilibus accipiendo. Sed ſecundum alioꝝ opinionẽ, hoc eſt propter hoc ꝙ impediuntur ex afflictione pœnaꝝ quibus abſorbẽtur, Vľ quia cum cognoſcant per influxionem ſuperioris luminis, ad illa cognoſcenda illuminantur quæ ad vitam in qua degunt pertinent, non ad alia. Et hoc eſt qd Grego. dicit in prædicto loco, cãm ignorantiæ prędictæ aſſignans in. 12. mora. Mortui, vita in carne viuẽtiũ poſt eos, qualr diſponantur neſciunt, ga

vita ſpiritus longe eſt a vita carnis, Et ſic, ſicut corporea atq; incorporea diuerſa ſunt genere, ita etiam diſtincta cognitione. Ad primum ergo dicendum ꝙ quãuis nõ impediat diſtantia localis, impediuntur tamen aliunde, vt dictum eſt. Ad ſecundum dicendum ꝙ ad hoc eis oſtẽduntur beati vt magis torqueantur, & præterea ipſi etiam ſunt a corpore ſeparati, vnde cauſa Grego. ceſſat. Ad tertium dicendum ꝙ diues hoc dicebat p coniecturam, quia fratres ſuos viuẽtes reliquerat, & ad inferos deſcendiſſe non cognoſcebat.

Articulus quartus.

In alio ſcript. vt hic. q.2. ar.4. o. & lit. ad q̃r. op. 3. c. 239. pſal. 36. co. 24 pſal. 51. co. 5.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ ſancti non videant pœnas damnatorum, vel reproborum. Ad perfectionem enim operationis aliquid facit nobilitas obiecti. ſed miſeria damnatorum eſt maximæ indignitatis. ergo deturparetur viſio beatorum ſi pœnas damnatorum viderent. Præterea. Ex charitate contingit ꝙ pœnis alienis viſis condolemus. ſed ſancti habebunt maximam charitatẽ. ergo ſi pœnas damnatorũ viderent, aliquis dolor in eis eſſet, qd eſt impoſſibile. Prętꝫ. Si viderent pęnas damnatorum, aut viſione ſpirituali, aut corporali viderent. Non ſpirituali, quia per eam nõ egrediuntur, ſed magis ingrediuntur, cum dicatur Iſa. vltimo. Egredientur, & videbunt cadauera impiorum &c. Viſione autem corporali pęnas omnes dãnatorum videre nõ poſſunt, cum pręter pęnam ignis alias pęnas patiãtur, & pręcipue vermem conſcientię qui eſt pœna ſpiritualis. ergo beati non videbunt pœnas damnatorum. Sed contra eſt quod dicitur Iſa. vltimo. Egredietur, & videbunt cadauera impiorum. Pręterea. Nihil electis ſubtrahi debet quod ad eorum iocunditatem pertineat. ſed viſio pœnę damnatorum affert electis iocunditatem, vt dicitur in Pſal. 57. Lętabitur iuſtus cum viderit vindictam. ergo talis viſio non eſt eis ſubtrahenda. Reſpõ. Dicendum ꝙ beati in maxima Dei reuerentia cõſtituti ſũt, & idoportet vt cognoſcant omnia quæ ad reuerẽtiã Dei ptinent; Et ideo ſicut cognoſcent effectus naturæ, in quibus Dei potentia manifeſtatur, & reueretur Dei iuſtitia: ita oportet ꝙ dãnatorũ videant pęnas, in quibus tũ Dei omnipotentia, tum illius iuſtitia manifeſtatur, & ex quarum comparatione clarior apparet Dei miſericordia, quam illis exhibuit. Ad primum ergo dicendum ꝙ licet cognitio nobilium ex hoc ipſo habeat quãdam nobilitatẽ, vilitas tamẽ cognoſcibilium ignobilitatem cognitionis non facit, quia cognoſcibilia ſunt ſpiritualiter in cognoſcente: Vnde Deus omnia bona, & mala cognoſcit. Ad ſecundum dicendum ꝙ hic poſſumus cõpati miſeriis aliorum ex caritate, q̃diu homines a miſeria liberari poſſunt. Sed quando iã per diuinam iuſtitiam erunt in miſeria confirmati, non erit ex charitate compatiendum miſeriæ, ſed congaudendum iuſtitiæ diuinę. Ad tertium dicendum ꝙ in dãnatis, nõ ſolum erit pęna corporalis ignis, ſed etiam alię, quod patet ex hoc ꝙ omnium elemẽtorum impuritates in infernum intrudẽtur ad pęnam dãnatorum; Nec tamen ſucceſſio pœnarum contrariarum, vt ignis, & aquæ, aliquod eis refrigerium præſtabit, quia his pœnis natura non permutabitur, ſed ſolum ſenſus affligetur, vt ſupra dictum eſt. Vermis tamen ille non erit corporalis, cum nullum animal brutum poſt innouationem mundi remaneat, vt ſu

quol. 8. artic. 16. ad pri. op. 3. c. 239.

pra dictum eſt, ſed intelligitur p ver-mem, conſcientię remorſus, qui eſt pę-na ſpiritualis, quam ſpirituali, & non corporali viſione videbunt: Quę ta-men viſio egreſſus dicitur, quantum ad res viſas, non quantum ad modum videndi, prout omnia videbunt in Verbo, ipſum Verbum intima viſione appręhendentes, quod eſt eorum per-petua, & perfecta beatitudo, per infini ta ſęcula ſęculorum. Amen.

Explícít líber quartus, & totum ſecundum ſcríptum ſuper ſentẽtías Angelící, ac vere Díuíní Doctorís S. Thomæ Aquínatís Ordínís prædícatorum ad Reue rendíſs. D. D. fratrem Hãníbaldum Hãníbaldenſem Romanum eíuſdem ordínís S. R. E. títulí SS. duode cím Apoſtolorum Cardínalem, nuper ſtudío, ac dílí gentía Sanctíſſimí ín Chríſto Patrís, & Dominí noſtrí D. Paulí Díuína prouídentía Papæ quartí repertum, atq; eíuſdem man-dato recognítum, emendatum, & ímpreſſum, Anno Do-míní M. D. LVI. Pon tíficatus eíuſ-dem San-ctíſſimí Domíní noſtrí Anno prímo, cuíus Deus, merítís, & oratíoníbus D. Tho mæ augeat fęlícíter annos ad vtílítatem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ. Deo Opt. Max. Laus, & gloría ſemper.

Romæ apud Antonium Bladum Impreſſorem Cameralem.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE